BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
F
14
NAPOLI

Digitized by Google

111
c
14

Digitized by Google

LES LIBERTEZ

DE

L'ÉGLISE GALLICANE,

PROUVÉES ET COMMENTÉES.

TOME TROISIEME.

Digitized by Google

LES LIBERTEZ

DE

L'ÉGLISE GALLICANE,

PROUVÉES ET COMMENTÉES

Suivant l'Ordre & la Diſpoſition des ARTICLES dreſſés par M. PIERRE PITHOV,

Et ſur les RECUEILS *de M. PIERRE DUPUY, Conſeiller d'État.*

Par M. DURAND DE MAILLANE, Avocat en Parlement.

TOME TROISIEME.

A LYON,

Chez PIERRE BRUYSET PONTHUS, à l'entrée de la rue S. Dominique, près du Cloître des RR. PP. Jacobins.

M. DCC. LXXI.

AVEC APPROBATION ET PRIVILEGE DU ROI.

LES LIBERTEZ
DE
L'EGLISE GALLICANE,
PROUVÉES ET COMMENTÉES.

ANCIENS TESMOIGNAGES

de la grande eſtime en laquelle a touſiours eſté la France & ſon Egliſe, au faict de la Religion, tant à cauſe de la pieté de ſes Rois, que de l'éminente doctrine, & ſaincte vie de ſes Paſteurs qui ont eſté en veneration par toutes les puiſſances de la terre, qui ont fait des decrets, & eſtably des couſtumes approuvées par l'Egliſe & par les Papes (**).

EX Breviario Epiſtolæ Synodi I. Arelatenſis ad Pap. Silveſtrum. *Domino ſanctiſſimo fratri Silveſtro, Marinus vel cætus Epiſcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi. Quid decreverimus communi conſilio caritati tuæ ſignificamus, ut omnes ſciant quid in futurum obſervare debeant.*

ANCIENS TÉMOIGNAGES.

S. HILARIUS, libro de Synodis adverſus Arianos, ad Epiſcopos

(**) Cette Piece eſt employée dans les éditions précédentes; mais elle eſt ſi honorable, ſi avantageuſe, que nous avons cru devoir en orner celle-ci. *Voyez* les art. 1, 7, 8, 9 & 10. Tous ces différents paſſages, qu'on ne peut certainement récuſer, étant dignes de vénération par eux-mêmes, y ſont appliqués ou applicables dans leurs preuves.

ANCIENS TEMOIGNAGES.

Galliæ. *Gratulatus ſum in Domino incontaminatos vos & illæſos ab omni contagio deteſtandæ hæreſeos perſtitiſſe, voſque compartícipes exilii mei, in quod me Saturninus ipſam conſcientiam veritus, circumvento Imperatore, detruſerat, &c. O glorioſæ conſcientiæ veſtræ inconcuſſam ſtabilitatem! O firmam fidelis petræ ſundamine domum! O intemeratæ voluntatis illæſam imperturbatamque conſtantiam, &c.* & paulò poſt. *Sed inter hæc, ô beatos vos in Domino & glorioſos, qui perfectam atque Apoſtolicam fidem conſcientia & profeſſione retinentes conſcriptas fides huc uſque neſcitis: non enim eguiſtis littera qui ſpiritu abundatis. Neque officium manus ad ſcribendum deſideraſtis, qui quod corde à vobis credebatur, ore ad ſalutem profitebamini.*

S. HYERONIMUS adverſus Vigilantium. *Multa in orbe monſtra generata ſunt, Centauros, & Sirenas, & ululas in Eſaia legimus, &c. Sola Gallia monſtra non habuit, ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit. Exortus eſt ſubitò Vigilantius ſeu veriùs Dormitantius, qui immundo ſpiritu pugnet contra Chriſti ſpiritum, & martyrum neget ſepulcra veneranda.* (Art. 16. des Lib. Nouveau Comment. Diſſert. du Pere Alexandre ſur le Concile de Trente, ſchol. 1.)

Ex CLODOVEI Regis Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ. *Dominis ſanctis & Apoſtolica ſede digniſſimis Epiſcopis Chlothouechus Rex, enuntiante fama,* & cæt. & in fine, *Orate pro me Domini ſancti, & Apoſtolica ſede digniſſimi Papæ.*

S. GREGORIUS I. Epiſt. 58. lib. 5. ad Theodoricum & Theodebertum Reges Francorum. *Poſtquam Deus omnipotens regnum veſtrum fidei rectitudine decoravit, & integritate Chriſtianæ religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, magnam de vobis materiam præſumendi concepimus, quòd ſubjectos veſtros ad eam converti fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe Reges eſtis & Domini.*

IDEM ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, reſponſ. 3. *Novit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit enutritam; ſed mihi placet ut ſive in Romana, ſive in Gallicana, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniſti quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicitè eligas, & in Anglorum Eccleſia quæ adhuc in fide nova eſt, inſtitutione præcipua quæ de multis Eccleſiis colligere poteris infundas.* C. 10. Novit. 12. diſtinct. (Paſſage remarquable pour l'autorité des Coutumes dans les Egliſes. Art. 64 des Libertés.)

IDEM Epiſt. h. lib. 5. ad Childebertum Regem Francorum. *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium regna, regni veſtri profectò culmen excellit. Eſſe autem regem, quia ſunt & alii, non mirum eſt; ſed eſſe Catholicum, quod alii non merentur, hoc ſatis eſt.*

IDEM Epiſtola ad Brunichildem Reginam Francorum, quæ eſt 5. libri 5. *Excellentiæ veſtræ prædicandam ac Deo placitam bonitatem, & gubernacula regni teſtantur, & educatio filii manifeſtat. Unde non immeritò contigit ut cuncta gentium regna præcelleret; quippe qui earumdem gentium creatorem & purè colit & veraciter confitetur.*

IDEM Epiſt. 114. lib. 7. ad Theodoricum & Theodebertum Reges Francorum. *Cùm regni veſtri nomen inter cæteras gentes gratia olim Chriſtianæ religionis effulſerit, valde ſtudendum eſt, ut unde glorioſiores cæteris gentibus eminetis, inde omnipotenti Domino qui dat ſalutem Regibus perfectiùs placeatis, & fidem quam colitis, adjutricem in omnibus habeatis.*

MARTINUS I. Papa ad Amandum Epiſcopum Trajectenſ. Mittit ei acta Synodi Romanæ, ut ab Epiſcopis Galliæ, congregata Synodo, confirmentur. *Unde prævidimus volumina geſtorum Synodalium in præſenti vobis dirigere, unà cum encyclia noſtra. Ex quorum ſerie omnia ſubtiliter poteſtis addiſcere, & tenebras illorum nobiſcum, ut filii lucis extinguere. Idcircò ſtudeat fraternitas tua omnibus eadem innoteſcere, ut tam abominandam hæreſim nobiſcum execrentur, quamque ſuæ ſalutis ſacramenta addiſcere valeant, atque Synodali conventione omnium fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum partium illarum effecta, ſecundùm tenorem encycliæ à nobis directæ, ſcriptæ unà cum ſubſcriptionibus veſtris nobiſmet deſtinanda concelebrent, confirmantes atque conſentientes eis quæ pro orthodoxa fide & deſtructione hæreticorum veſaniæ nuper exortæ à nobis ſtatuta ſunt, & Sigebertum præcellentiſſimum filium noſtrum Regem Francorum pro ſuæ Chriſtianitatis remedio conſultiſſimè admone atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum noſtrorum dilectiſſimos Epiſcopos qui ſedis Apoſtolicæ legatione, divina concedente propitiatione fungi debeant, & quæ in noſtro Concilio peracta ſunt, cum his Synodalibus apicibus veſtris ad clementiſſimum Principem noſtrum (Imperatorem) ſine dubio adſportare, ut noſtrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipiſci valeat, & ſui regni protectorem inveniat eum cujus cauſa flagitari dignoſcitur.*

Ex EPISTOLA Adriani I. Papæ ad Conſtantinum & Irenem in Conc. II Nicæno, Generali VII, actione 2. *Cùm talis iniquum erroris ſcandalum quod in ipſis Græciæ partibus irrepſit abolitum fuerit; & Deo annuente ipſæ venerandæ imagines in priſtino ſtatu reſtitutæ fuerint, erit magna lætitia per univerſum orbem, & nunc ſuper omnes barbaras nationes B. Petro Principe Apoſtolorum vobiſcum comitante eritis in triumphis Imperantes victores, ſicut filius & ſpiritualis compater noſter Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum noſtris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates, omnis Heſperiæ occiduæque partis barbaras*

ANCIENS TEMOIGNAGES.

nationes ſub ſuis proſternens conculeavit pedibus omnipotentatum illarum domans, & ſuo ſubjiciens regno adunavit. Unde per ſua laboriosa certamina eidem Dei Apoſtoli Eccleſiæ ob nimium amorem plura dona perpetuò obtulit poſſidenda, tam provincias quàm civitates ſeu caſtra & cetera territoria, imò & patrimonia quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei Apoſtolo reſtituit, cujus & jure eſſe dignoſcebantur, ſed & aurum atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, ſeu alimoniis pauperum non deſinit offerendo, quatenus ejus Regalis memoria non derelinquatur in ſæculum ſæculi.

IN PROLOGO lib. 2. Chronici Mauriniacenſis. *Cùm juxta vaticinium Iſaiæ, labor Ægypti, & negotiatio Ethiopiæ, virtque ſublimes, ſæculi videlicet iſtius, Principes ad Eccleſiam venirent, tot tantiſque poſſeſſionum beneficiis eam per diverſa loca totius orbis ditaverunt, ut nulla hominum memoria, nulloque ſermone valeat comprehendi. Id verò intra Gallias permaximè factum eſt. Nam Clodovæus qui primus Francorum Rex à B. Remigio Remenſium Archiepiſcopo baptizatus, titulo Chriſtianitatis meruit inſigniri: plurimique poſt eum Reges liberaliſſima munificentia, vel Eccleſias fundavere, vel fundatas ab aliis ipſi ſuis muneribus amplificare ſtuduerunt. Proceres verò Regni ejuſdem gratiæ cupientes fieri participes, alitque omnium generum viri ad tam celeberrimum opus pro poſſibilitate ſua tota mentis alacritate cucurrerunt.*

NICOLAUS I. ad Epiſcopos Concilii Silvanectenſis. *Cæterum de Balduino de quo multa jam ſcripſiſtis, ſciat Beatitudo veſtra non nos regulas atque ſancta decreta velle corrumpere,* &c.

EX EPISTOLA Anacleti Papæ (ſchiſmatici) apud Card. Baronium, tomo XII. Annalium, anno 1130. *Et Apoſtolicæ ſedis auctoritas, & emergentium cauſarum neceſſitas nos compellunt, ut fratres noſtros circumquaque poſitos & litteris crebrioribus & miſſis à latere noſtro nuntiis viſitemus; præcipuè verò Gallicanam Eccleſiam noſtra duximus viſitatione digniſſimam, quæ inter reliquas Chriſtianitatis Eccleſias nullis unquam ceſſit erroribus, nulla prorſus potuit ſchiſmaticæ pravitatis infamia maculari, ſemper in plena Dei conſtantia perſeverans, Romanæ Eccleſiæ pacem unitatemque tenere, eamque ſemper ſtuduit magnis obſequiorum exhibitionibus exaltare.*

BERNARDUS Abbas in vita ſancti Bernardi cap. 1. lib. 2. *Præmiſſi in Gallias nuntii qui Gallicanæ Eccleſiæ intimarent negotii veritatem, & hortarentur Epiſcopos, ut in ultionem præſumptionis accingerentur, & damnata parte ſchiſmatica, ſubſcriberent unitati. Necdum verò ad plenum tenor operis innotuerat Epiſcopis, nec privatim quiſquam commodare præſumpſit aſſenſum, donec collecto Stampis generali conventu in commune deciderent, quid receperent, quid damnarent.*

Neque enim Francia cæteris regionibus proclivibus ad ſchiſmata aliquando tali factione fœdata eſt, nec malignorum acquievit erroribus, nec fabricata eſt in Eccleſia idolum, nec venerata in Petri Cathedra monſtrum: neque enim talibus in cauſis principalia aliquando eos tenuerunt edicta, aut generalibus utilitatibus privata commoda prætulerunt, nec declinantes in partem perſonis detulere, ſed cauſis.

Ex Epistola x. Saresberienſis apud Cardinal. Baronium, anno 1168. *Hujus rei cauſa ipſe Francorum Rex admodum turbatus eſt adverſus Roman. Pontificem. Quod intelligens electus Epiſcopus Carnotenſis de his ſcripſit ad ipſum Alexandrum, in quibus hæc de ipſo Rege Francorum. Inter omnia regna mundi non eſt ex animi mei ſententia Regnum quod fidem ſinceriorem, charitatem ferventiorem, devotionem uberiorem Apoſtolicæ ſedi ſemper exhibuit, quàm Francorum; non eſt inter Reges & Principes qui benigniùs exaudiat preces veſtras, qui mandatis obediat humiliùs, qui Eccleſiam & viros Eccleſiaſticos devotiùs honoret, & ſtudioſiùs tueatur Chriſtianiſſimo Rege noſtro. Non eſt Eccleſia, quæ Eccleſiæ Romanæ fuerit utilior in omnibus anguſtiis quàm Gallicana.*

Ex Io. Saresberienſis Epiſtola 48. *Tota fere Eccleſia Romana in parte Alexandri eſt.* (ſcilicet, tertij Papæ) *incredibile autem eſt quòd pars illa poſſit obtinere & prævalere per hominem cui juſtitia deeſt, cui Dominus adverſatur: eos verò in ſimili caſu prævaluiſſe, crebra recolimus lectione quos Gallicana recepit & fovit Eccleſia, & infelicem exitum eorum quos tentationis impetus introduxit. Sic obtinuerunt temporibus noſtris Innocentius adverſus Petrum; Callixtus adverſus Burdinum; Urbanus adverſus Wibertum; Paſchalis adverſus très, Albertum, Maginulfum & Theodoricum, & multi ſimiliter in diebus Patrum.*

Ex Arnulphi Lexovienſis Epiſcopi, Epiſtola ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Galliæ. *Benedictus pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui Eccleſiæ Gallicanæ ſolitam miſericordiam benignus impendit, ut eam ſemper & agnitione veritatis illuſtret, & pedes ejus à Juſtitiæ tramite nullatenus abberrare permittat. Sicut enim omnes quos ad oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ rabida Teutonici furoris provexit invidia, virtus Altiſſimi manifeſta dejecit, ſic omnibus quos devotio Gallicana ſuſcepit, victoriam ſemper contulit & triumphum. Cumque multis conſtet cæteras regiones abundaſſe portentis, ſola Gallia monſtra non habuit, ſed ſinceritate fidei, doctrinæ veritate, virtutum quoque titulis, & plurima operum exhibitione præfulſit. Unde nunc quoque perſonarum penitus qualitate diſcuſſa, factiſque electionum plenius exploratis in perſonam ſanctiſſimi Patris Alexandri, de verè Catholici & Sereniſſimi Regis ſui beneplacito convenerunt, litteraſque ejus & nuntios paſſim & ſuſcipiunt, & honorant.* Vide Baronium Tomo xii. Annalium, anno 1160.

ANCIENS TEMOIGNAGES.

ALEXANDER III. Ambianenſi Epiſcopo. *Quod ſedem Apoſtolicam conſulis ſuper iis quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus & acceptum, & tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur; Ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quòd quædam mulier tui Epiſcopatus cuidam viro nupſit, ignorans quòd propter utriuſque inguinis rupturam genitalia ejus eſſent abciſa, nec ab eo cognita fuiſſet; quæ utique modò factus leproſus ſe pariter & ſua reddidit domui infirmorum, mulier verò ad domum paternam reverſa, ſicut juvenis alii viro nubere deſiderat, & conjugali affectu conjungi. Verùm licèt Eccleſia Romana non conſueverit propter naturalem frigiditatem, nec propter alia maleficia legitimè conjunctos dividere, ſi tamen conſuetudo generalis Gallicanæ Eccleſiæ habet, ut hujuſmodi matrimonium diſſolvatur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundùm illam conſuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, nubendi in Domino conceſſeris facultatem. Sicut enim puer, quia non poteſt reddere debitum non eſt aptus conjugio, ſic quoque qui impotentes ſunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* Collect. 1. Decretalium, lib. 4. tit. 16. c. 3. & c. 2. de frigidis & maleficiatis.

ALEXANDER III. Januen. Epiſcopo. *Cùm non ignores, quòd unæ Eccleſia unius eſſe debet ſacerdotis, mirabile gerimus & indignum, ſi uni perſonæ locum in pluribus Eccleſiis velis concedere, & in Epiſcopatu tuo inducere conſuetudinem Gallicanæ Eccleſiæ, quæ cùm unum ad plura beneficia recipiat, contra ſacrorum Canonum inſtituta, non comprobatur à nobis, licet præ multitudine delinquentium emendari,* & cæt. in collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 4. c. 1.

ALEXANDER III. Remenſi Archiepiſcopo. *Pervenit ad nos quòd cùm in Eccleſia Laudunenſi, & Eccleſia Tornacenſi ad ſuſtentationem ejus qui ſcholas regit, beneficium olim deputatum fuiſſet, ſicut per omnes fere alias Eccleſias majores Gallicanas, & fuiſſe quondam, & in quibuſdam adhuc eſſe dignoſcitur, ab aliquibus retro temporibus clerici Eccleſiarum ipſarum avaritia depravati, idem beneficium in communem uſum redigere præſumpſerunt, qua de re ſtatim doctrina ceſſavit, dum doctoribus ſtipendium eſt ſubtractum. Nos autem in Concilio Lateranenſi nuper auctoritate Domini celebrato, ac tota Eccleſia, quæ convenerat, approbante, ſtatuimus ut per omnes Eccleſias Cathedrales ad ſubſidium magiſtri qui ſcholas regat præbenda una debeat deputari,* & cæt. in collect. 2. Decretalium, lib. 5. tit. 3.

ALEXANDER Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum Regi, ſal. & Apoſtol. benedictionem. *Quantum illuſtres & magnifici proavi & progenitores tui Reges Francorum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ devoti ſemper & obedientes extiterint, quanta ei commoda & devotionis obſequia exhibuerint, nos ex multis ac magnificis utilitatibus quæ per eos ſanctæ Dei Eccleſia*

ANCIENS TEMOIGNAGES.

provenerunt, manifestè cognovimus, & Fratres noſtri qui diutiùs ſunt in Romana Eccleſia converſati, idipſum pleniùs agnoverunt. Tu verò progenitorum tuorum laudabilis imitator exiſtens, ut ita paternarum virtutum ſicut & Regni heredem te veraciter exhiberes, ad eorum exemplum ſingularem & unicam matrem tuam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam propenſiùs dilexiſti: in preſſuris & neceſſitatibus ſuis ei fideliter aſtitiſti, & nihil unquam fuit quod à devotione & ſubventione ipſius Regium potuerit animum revocare. Quæ utique in omni tribulatione ſua tam apud prædeceſſores tuos, quàm apud te ipſum, & optatæ portum quietis obtinuit, & refugium ſemper opportunum invenit. Gallicana quoque Eccleſia inter omnes alias orbis Eccleſias, quæcunque aliæ provenientibus ſcandalis in tribulatione mutaſſent, nunquam à Catholicæ Eccleſiæ unitate receſſit, nunquam ab ejus ſubjectione & reverentia ſe ſubtraxit; ſed, tanquam devotiſſima filia, firma ſemper & ſtabilis in ejus devotione permanſit. Unde ipſa mater omnium & magiſtra Romana Eccleſia progenitores tuos, & teipſum inter cæteros orbis Principes, Gallicanam quoque Eccleſiam ſpeciali & ſingulari prærogativa dilexit: ad honorem, incrementum & exaltationem veſtram intendit; & in omnibus in quibus ſecundùm Deum potuit, veſtræ ſatisfaciens voluntati, perſonas veſtras propenſiùs honoravit. Nullum ſi quidem in toto orbe terrarum Principem eſſe credimus, quem anteceſſores noſtri & nos ipſi ampliori affectione diligere teneamur, & cui magis à nobis ſit quàm tuæ celſitudini deferendum, &c. Vol. IV. Hiſtoric. Franciæ Cheſnæi, pag. 596.

ALEXANDER Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus G. Senonenſi Archiepiſcopo & Suffraganeis ſuis, &c. *Cùm per auxilium, potentiam & favorem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici illuſtris Francorum Regis & Regni ſui, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ac nobis recognoſcamus glorioſa & magnifica beneficia proveniſſe: dignum eſt & conſentaneum rationi, ut illi & vobis, quorum auxiliis potenter ſumus in neceſſitatibus noſtris adjuti, proſperos & felices pacis ſucceſſus ſignificemus; indubitata veritate tenentes quòd poſt Deum idem Rex ſimul cum regno ſuo cooperatus eſt honori & exaltationi Eccleſiæ, & ei magnum contulit incrementum, &c.* Vol. IV. Hiſtoric. Franc. Cheſnæi, pag. 601. Vide & epiſtolam Alexandri III. pag. 620.

GEIZA, Dei gratia, Ungariæ, Dalmaciæ, &c. Rex, Ludovico, eadem gratia, victorioſo Regi Franciæ, &c. *Scitis quoniam Imperator Alemannorum orto in Eccleſia ſchiſmate, proprium Papam ſibi elegit, & contra ſanctorum Patrum inſtituta defendit. Ego verò timens Deum & non hominem, velut Catholicæ fidei cultor, Alexandrum, quem univerſalis Eccleſia & veſtræ Regiæ dignitatis auctoritas confirmavit, & confirmatum recepit, ſicut per nuncios meos mandaſtis,*

Digitized by Google

ANCIENS TEMOIGNAGES.

confirmavi, recepi, & ab hoc nullo modo diſſentire propoſui. Tomo IV. Hiſtoric. Franciæ, pag. 578. & pag. 579. Epiſtola Manuelis Imperatoris.

Ex Marth. Paris, Hiſt. Angl. in Henrico II. pag. 156. *Anno 1169. procurante ſummo Pontifice Alexandro III. habitum eſt colloquium prope Pariſios inter Reges Francorum & Anglorum ubi præſens fuit Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis. Ubi cùm diù tractatum fuiſſet de pace reformanda inter Regem Anglorum, & Archipiſcopum Cantuarienſem, idem Archiepiſcopus per conſilium Regis Francorum, Epiſcoporum & procerum qui affuerunt, petitionem ſuam in ſchedulæ redactam Regi Anglorum miſit*, &c. *Rex autem Anglorum duobus articulis non plenum præbuit aſſenſum, ſed coram Rege Francorum Archiepiſcopo ſatisfacere paratus erat, vel ſi contendere vellet, judicium in Palatio Pariſienſi ſubire, Gallicana Eccleſia ponente partes ſuas, ſeu ſcholaribus diverſarum provinciarum æqua lance negotium examinatus. Et ita Rex Angliæ qui priùs odium in ſe plurimorum conflaverat, per hæc verba plurimum adeptus eſt favorem.*

Amantiſſimo Patri & Domino dignè reverendo, Ludovico, Dei graria, illuſtri Francorum Regi. Joſ. Turonenſis Eccleſiæ miniſter humilis, ſeipſum, & ab eo ſalvari qui dar ſalurem Regibus. *Quantum illuſtres veſtri progenitores & proavi magnifici Reges Francorum Eccleſiæ Dei devoti ſemper extiterint & fideles, quanta ei commoda & devotionis obſequia exhibuerint, nos ex multis utilitatibus & magnis quæ per eos provenerunt, manifeſtè cognovimus. Novit & hoc tota plenius Gallicana Eccleſia, noverunt & omnes qui juſtitiam colunt & diligunt veritatem. Vos itaque progenitorum veſtrorum laudabilis imitator, & paternarum virtutum verus ſucceſſor & heres, ad eorum exemplum ſingularem & unicam Matrem Eccleſiam Dei, ex quo Regnum veſtræ commiſſum eſt Excellentiæ gubernandum, propenſius dilexiſtis*, &c. Vol. IV. Hiſt. Franc. Fr. du Cheſne, pag. 680.

JACOBUS Cardinalis, Ludovico VII. Regi Francor. *Quia hodie divinitatis clementia præ cæteris mundi Principibus Eccleſiarum vos conſtituit defenſorem, idcirco pro religioſis perſonis protectione, & auxilio potentiæ veſtræ indigentibus Serenitati veſtræ preces confidenter porrigimus.* Tomo IV. Hiſtoric. Cheſnæi, pag. 657.

Ex epiſtola Amalrici Hieroſolymor. Regis, ad Ludovicum VII. Regem Francorum. *Sicut de prædeceſſorum veſtrorum & totius proſapiæ veſtræ piiſſima intentione veriſſimè dicit, ſanctitas vobis innata ex more & propoſito laudabili ſemper conſuevit Regnum cui præeſtis in Domino, civitatem ſanctam & regionem ei univerſam adjacentem, & univerſos fidei Catholicæ charactere inſignitos protegere, fovere, & corroborare*, &c. Vol. IV. Hiſtoric. Franciæ Fr. du Cheſne, pag. 690.

Ex

Ex epiſtola O. & C. Frajapanes, Romanor. Conſulum, ad Ludovicum VII. Regem Francorum. *Inter cæteros mundi Catholicos Principes, feliciſſimæ memoriæ prædeceſſorum veſtrorum Regum fides & devotio plurimùm commendatur, qua circa ſanctam Romanam Eccleſiam in maximis periculis quæ ſibi frequenter evenèrè, conſtantiſſimi ad auxilium & ad obſequium promptiſſimi ſunt reperti*, &c. Vol. IV. Hiſtoric. Franciæ Fr. Cheſnæi, pag. 715.

Ex epiſtola Innocentii III. ad illuſtrem Francorum Regem. *Nos Eccleſiaſticæ proviſionis ſollicitudinem aſſumentes, ac conſiderantes quantum Regnum Franciæ in Eccleſiæ ſemper permanſerit unitate, tibi tanquam ſpeciali Eccleſiæ Romanæ filio, litterarum noſtrarum primitias duximus deſtinandas.* Vol. V. Hiſtoric. Franc. Cheſnæi, p. 707.

Ex epiſtola ejuſdem Papæ ad Philippum Francorum Regem. *Ad cumulum autem hujus præcipuæ dilectionis accedit progenitorum tuorum grata memoria, quos ſicut Chriſtianiſſimos Principes, nec ventus turbinis, nec impetus tempeſtatis ab Eccleſia Romana potuit aliquando ſeparare, quin potiùs tanto ampliùs in ipſius devotione ſervirent, quanto fortiùs in naviculam noſtri piſcatoris fluctus inſurgerent*, &c. Eod. vol. V, pag. 708.

Innocentius III. Epiſcopo Belvacenſi. *Cùm in tua diœceſi.* & infrà, *Sanè quia contigit interdum quòd aliquibus volentibus contrahere matrimonium, bannis, ut tuis verbis utamur, in Eccleſiis ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ editis, ac nullo contradictore publicè comparente, licèt fama privatim impedimentum deferat parentelæ, cùm ex parte contrahentium juramenta majorum de ſua propinquitate, ut ſuſpicionis tollatur materia, offerantur*, &c. Ex Collect. 4. Decretalium, lib. 4. tit. 1. cap. 2. & cap. *Cùm in tua*, de ſponſalibus & matrimoniis.

GREGORIUS IX. P. epiſt. ad Archiepiſcopum Remenſem. *Gallicana Eccleſia poſt Apoſtolicam ſedem eſt quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum, & immotum fidei fundamentum, utpote quæ in ſervore fidei Chriſtianæ, ac devotione Apoſtolicæ ſedis non ſequatur alias, ſed antecedat.*

GREGORIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Univerſitatis Magiſtrorum & ſcholarum Toloſanorum ſalutem, & Apoſtol. benedictionem. *Olim, operante illo qui vult omnes homines*, &c. *Et ut laici teneantur ſtudentibus in cauſa qualibet coram Eccleſiaſtico judice reſpondere, ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ*, &c. *Datum Laterani, 3. Kal. Maii, Pontificat. noſtri anno 7.* Cette Bulle eſt du Pape Gregoire IX, de l'an 1235, qui eſt l'érection de l'Univerſité de Toulouſe, & ſe trouve entiere dans le ſieur Paſquier en ſes recherches, chap. 37. du livre 9. *Voyez* les lettres octroyées par le Roi

ANCIENS TEMOIGNAGES.

Philippes Auguſte, en faveur de l'Univerſité de Paris, de l'an 1200, dont fait mention ledit ſieur Paſquier, chap. 7. du même livre de ſes recherches.

SUGGERIUS Abbas S. Dionyſii in vita Ludovici Groſſi, pag. 102. *Sequenti anno, venerandæ memoriæ univerſalis & ſummus Pontifex Paſchalis II. ad partes Occidentales cum multis & ſapientiſſimis viris Epiſcopis & Cardinalibus, & Romanorum nobilium comitatu, ut Regem Francorum, & filium Regem deſignatum Ludovicum, & Eccleſiam Gallicanam conſuleret ſuper quibuſdam moleſtiis, & novis Eccleſiaſticæ inveſtituræ querelis, quibus eum & infeſtabat, & magis infeſtare minabatur Henricus Imperator.* Et poſt paulo. *Et quidem deliberatum eſt Romæ propter Romanorum perfidiam, de præfatis, imò de omnibus quæſtionibus tutiùs Regis, & Regis filii, & Eccleſiæ Gallicanæ in Francia, quàm in Urbe diſceptare naufragio.*

STEPHANUS Tornacenſis Epiſcopus, epiſt. 160. ad R. Remenſem decanum. *Scio manſuetudinem domini mei Remenſis Archiepiſcopi tantam eſſe, ut cum caritate, quæ omnia ſuffert, voluntati filiorum citò cedat, maximè cùm generalis Eccleſiæ Gallicanæ conſuetudo ſingulares portiones canonicis ſuis diſtribuendas concedat & approbet, & ſummi Pontificis auctoritas non reclamet.*

HONORIUS P. III. in quinta compilat. Decretal. tit. 24. cap. 2. *Cùm Eccleſia Gallicana, per Dei gratiam, tanquam lucerna ſuper candelabrum poſita, luceat aliis per exemplum, qui videntes opera ejus bona glorificant Patrem cæleſtem, ne, quod abſit, tantæ negligentiæ tenebris obumbretur, & alias conſequenter obumbret.*

Ex epiſtola Urbani IV. Papæ, miſſa ad Ludovicum IX. Regem Francorum. *Attendentes quòd tu benedictionis filius, honoris tuæ matris Eccleſiæ zelator eximius, votis ipſius, non ſolùm cordis, verbi & operis conſtituti promptitudine te conformas, ſed ea omni ſollicitudinis ſtudio niteris prævenire. Lætemur igitur & gaudeamus in his procul dubio de te ipſo, quia non ſolùm progenitorum tuorum geſta recolenda proſequeris, & laudabilia veſtigia imitaris, ſed generis tui ſucceſſor non degener, eos virtutibus conaris excedere, quibus in tanta profapiæ claritate non indignè ſuccedis. Lætemur etiam nimirùm & non ſine cauſa gaudeamus, quia mater Eccleſia in te, quem ſui proſecutorem honoris & libertatis Eccleſiaſticæ protectorem aſſiduum experitur, ſecura quieſcit, nec oportet ipſam aliquibus ſollicitari moleſtiis, ne cujuſvis fraudibus ab ejus ſeparetis gremio vel uberibus abducaris. Dignè itaque Petri ſucceſſor & vicarius Jeſu Chriſti, teſte veritate fatetur, te ſingulare fortitudinis brachium, meritò communis aſſertionis teſtimonio concurrente, te prædicat incommutabilem Eccleſiæ ac præcipuum defenſorem*, &c. Vol. V. Hiſtoric. Franciæ Cheſnæi, pag. 865.

Pour ſatisfaire du tout à ce que promet le titre de cette obſervation, il faut faire voir ſuccinctement, & par un ordre chronologique, quels ont été les commencemens & les fondemens de la Religion Chrêtienne dans les Gaules, & en quelle conſidération ont été de tout temps, tant en particulier qu'en general, les Prélats de l'Egliſe Gallicane. ANCIENS TEMOIGNAGES.

Encore que Severe Sulpice, au ſecond livre de ſon Hiſtoire ſacrée, ait dit, *Religionem Dei ſeriùs trans Alpes ſuſceptam*, quelques-uns toutesfois ont remarqué & avec raiſon, qu'il ne fait point cette obſervation que par comparaiſon des Gaules avec l'Italie & l'Orient, qui avoient, comme plus proches de Jeruſalem, reçu la premiere lumiere de la Religion Chrêtienne.

Car dès le tems de l'Empereur Antonin, les diſciples de S. Polycarpe, Benignus, Andochius, Andeolus, Thyrſus, Ferrucio, & Ferruciolus avoient commencé de prêcher à Lyon, Vienne, Authun, Dijon, Valence & Beſançon.

En l'année 169. de notre Seigneur, qui étoit la ſeptiéme du regne de l'Empereur Marc-Aurele, nous avons les celebres Martyrs des Egliſes de Vienne & de Lyon, qui ſont Photin Evêque de Lyon, Alexandre, Attalus, Sanctus, Maturus, Ponticus, Biblis & Blandina. *Greg. Tur. lib. 1.*

Et S. Irenée qui ſucceda à Photin, & qui fut martyriſé ſous l'Empereur Severus l'an 198. avec toute ſon Egliſe de Lyon, remarque que les Egliſes fondées en Germanie deçà le Rhein, & entre les Celtes, demeuroient en la tradition de la Foi Catholique. *Lib. 1. c. 3.* *Greg. Tur. lib. 1.*

Auſſi le même ſaint Irenée & l'Egliſe Gallicane s'interpoſerent pour pacifier les différens qui étoient entre l'Egliſe Romaine & les Aſiariques. *Euſebe lib. 5. cap. 24. & 25.*

Depuis ce tems, le reſte des Gaules embraſſa la Religion Chrêtienne. S. Denys, S. Martial, S. Gatian, S. Auſtremoine, S. Paul, S. Trophime & S. Saturnin vinrent en l'année 250. fonder les Egliſes de Paris, Limoges, Tours, Clermont en Auvergne, Narbonne, Arles & Toulouſe; & peu à peu le Chriſtianiſme prit un accroiſſement ſi heureux, que Euſebe eſt forcé de reconnoître, que la Providence épargna la ſimplicité & la foi des Saints dans les Gaules, Italie, & autres lieux durant la grande perſécution de Diocletian, qui ne les travailla que deux ans, au lieu que l'Orient en fut cruellement affligé dix ans à diverſes repriſes, depuis la Pâque de l'an 303. juſques en l'année 312. *Greg. Tur. lib. 1. c. 30.* *Lib. 8. c. 13.*

Les Donatiſtes preſenterent lors leur requête au grand Conſtantin, le ſupplierent de leur donner pour Juges des Evêques des Gaules, qui ſeules avoient été exemtes du crime dont les Afriquains, les Italiens & les Eſpagnols avoient été coupables en livrant aux perſecuteurs les *Optatus l. 1.*

ANCIENS TEMOIGNAGES.

saints livres pour les brûler. L'Empereur délegua Maternus Evêque de Cologne, Rheticus Evêque d'Authun, & Marinus Evêque d'Arles, qui jugerent l'année ſuivante ce différent dans Rome avec le Pape Miltiades.

Lib. 1. c. 4. contre l'Epître de Parmenian.

En même-tems, Oſius Evêque de Cordouë, qui ſe trouve le premier ſouſcrit au Concile de Nicée, ayant été condamné par le Concile d'Eſpagne, fut abſous en celui des Gaules, & les Eſpagnols, comme remarque ſaint Auguſtin, cederent à la ſentence de leurs collegues.

En l'année 314. le Jugement du Concile de Rome ayant été reçu, l'Empereur en fit aſſembler un plus grand de tout ſon Empire dans Arles, où Marin Evêque de la ville preſida, où aſſiſterent 83. Evêques, à ſçavoir 21 Italiens, onze Eſpagnols, onze Afriquains, cinq Britaniens, & trente-cinq Gaulois, & eſt à noter que dans les lettres de la convocation rapportées par Euſebe, adreſſées à Creſtus Evêque de Syracuſe, l'Empereur parlant du Concile de Rome, dit expreſſément qu'il a deſiré qu'il fût compoſé des Evêques de Gaule & d'Afrique, & de celui de Rome, comme s'il eût peu conſideré le reſte: & en la lettre à Ælafius Vicaire d'Afrique au ſujet du Concile qui étoit convoqué à Arles, dit qu'il avoit commandé aux Evêques des Gaules de ſe rendre à Rome, *ut pro integritate vitæ ſuæ atque laudabili inſtituto cognoſcerent:* & enſuite il les appelle *idoneos & probatiſſimos viros.*

Lib. 10.

Concil. Gall. Tom. 1. p. 1.

p. 2.

Nicaſius, Evêque de Die, aſſiſta de la part des Gaulois au Concile univerſel aſſemblé à Nicée en l'année 325.

S. Maximin Evêque de Treves, l'an 337, protegea ſi puiſſamment S. Athanaſe, qu'il renvoya ſans effet les Legats venus d'Orient contre lui; & peu après il fut le premier qui admit à ſa communion Paul Evêque de Conſtantinople, chaſſé en haine de ſa Foi par l'Empereur Conſtantius, & fut cauſe de ſon rétabliſſement.

Veriſſimus Evêque de Lyon, & Euphratas Evêque de Cologne, l'an 347, aſſiſterent de la part de l'Egliſe Gallicane au Concile de Sardique, & l'Empereur Conſtans honora Euphratas de ſa Legation vers l'Empereur Conſtantius ſon frere.

Epiſt. Syn. Sard.

Theodor. hiſt. l. 2. c. 9.

La reſiſtance que fit Paulin Archevêque de Treves à la faction des Ariens a été memorable, car l'Empereur ayant fait aſſembler un Concile à Arles compoſé d'Ariens, il s'y oppoſa ſi courageuſement, qu'il en fut relegué juſques à ſa mort.

L'An 353.

En l'année 356, Saturnin Evêque d'Arles, chef de la faction Arienne, ayant aſſemblé un Concile à Beziers, S. Hilaire Evêque de Poitiers, & Rhodanius Evêque de Toulouſe travaillerent avec tant de reſolution, que les ennemis de la verité ne les pouvans ſupporter, les firent releguer en Phrygie.

Digitized by Google

En l'année 358, le Concile des Gaules condamna l'impieté contenuë dans la formule dreſſée à Sirmium. Phœbadius Evêque d'Agen compoſa expreſſément un livre pour la combattre, & S. Hilaire, pendant ſon exil, écrivit à même deſſein ſes excellens livres de la Trinité.

ANCIENS TEMOIGNAGES.

Saint Hilaire aſſiſta au Concile de Seleucie d'Iſaurie, l'an 359, où il fut admiré, & fit tout ce qui ſe pouvoit faire pour la défenſe de la vérité, & après le Concile il préſenta trois requêtes à l'Empereur, qui aima mieux le laiſſer retourner en Occident, que de permettre qu'il triomphât de l'hereſie en Orient.

Sulpit. Sever.

En la même année, dans le Concile d'Arimini, nos Evêques refuſerent d'être défrayés aux dépens de l'Empereur, crainte que cela ne portât préjudice à leur liberté. Phœbadius Evêque d'Agen, & Servais Evêque de Tongres, ſe ſignalerut en cette occaſion.

Sulp. Sever. Hiſt. ſacr.

L'an 360, Saint Hilaire retourné d'Orient, fit condamner dans pluſieurs Conciles, & particulierement par celui de Beziers, l'hereſie Arienne, & ceux qui la maintenoient, & ainſi il repurgea les Gaules de cette pernicieuſe hereſie. Non content de ces belles actions, il paſſa en Italie, y rétablit les Egliſes, & y enſeigna la pure doctrine, ce que les autheurs de diverſes nations n'ont pas oublié, comme Ruffin Italien, & Sozomene Grec, liv. 5, c. 12 de ſon Hiſtoire.

Lib. 2.

En l'année trois cens ſoixante-deux, le Concile des Gaules aſſemblé à Paris, condamna cette hereſie d'Arius, témoigna ſon zele aux Egliſes d'Orient, & les rendit plus fermes & aſſûrées à maintenir la verité.

Saint Hilaire, en l'année trois cens ſoixante-neuf, prit à partie Auxentius qui occupoit l'Egliſe de Milan, & tâchoit par divers artifices de couvrir ſon impieté ; mais l'Empereur Valentinian, poſſedé par Auxentius, contraignit ſaint Hilaire de ſe retirer.

Le Concile d'Italie ayant à s'aſſembler dans Aquilée l'an trois cens octante & un, demanda l'aſſiſtance de celui des Gaules, qui y députa les Evêques Conſtantius d'Orenge, Juſt de Lyon, Proculus de Marſeille, Theodore d'Octodore aujourd'hui Martigny, Domnin de Grenoble, & Amantius de Nice.

L'Egliſe d'Eſpagne s'aſſemblant à Saragoſſe en l'année 381, contre les Priſcillianiſtes, invita l'Egliſe des Gaules qui délegua Firadius Evêque d'Agen, & Dauſin Evêque de Bourdeaux, qui furent nommés les premiers dans le titre du Concile.

En l'année trois cens octante-cinq, l'Empereur Maximus commit aux Egliſes des Gaules le jugement de Priſcillian hereſiarque Evêque d'Avila en Eſpagne, & Inſtantius autre Evêque de la même Province, qui furent jugés & condamnés au Concile de Bourdeaux.

ANCIENS TEMOIGNAGES.

Heros Evêque d'Arles, & Lazare Evêque d'Aix ſe rendirent parties contre l'Hereſiarque Pelagius, & le firent condamner l'an quatre cens douze.

L'An 425.

Et encore que ceux qui ſuivent n'ayent point été honorés de l'Epiſcopat, ils meritent néanmoins d'être inſerés en cet abregé. Proſper homme ſeculier a defendu avec vigueur la doctrine de ſaint Auguſtin contre ſes calomniateurs, & Vincent religieux du Monaſtere de Lerins en Provence, écrivit en l'année 433. cet excellent ouvrage qui ſe lit aujourd'hui avec admiration.

Vita ſancti Germani.

En l'année 446, l'Egliſe Gallicane priée inſtamment par celle de la grande Bretagne, envoya ſaint Germain Evêque d'Auxerre, & S. Loup Evêque de Troyes, pour combattre le Pelagianiſme, qui avoit pris de profondes racines dans ce pays.

Le Pape Leon montra l'eſtime qu'il faiſoit de nos Evêques Gaulois, lors qu'en l'année quatre cent cinquante, il leur communiqua la lettre qu'il écrivit pour la défenſe de la Foi bleſſée en la perſonne de Flavian, & cette communication fut ſuivie de l'approbation de nos Evêques, dont le Pape leur ſçût gré, & s'en conjouit avec eux. L'année ſuivante il leur communiqua la ſentence du Concile de Chalcedoine contre Eutyches.

Notre Avitus Evêque de Vienne, en l'année cinq cent trois, au nom de toute l'Egliſe Gallicane, employa tout ce qu'il avoit de pouvoir pour pacifier l'Egliſe de Rome.

Ce qu'a dit le Cardinal Baronius l'an cinq cent ſept, vol. VI. de ſes Annales, eſt fort remarquable, pariant de ſaint Quintian Evêque de Rhodez. *Modò*, dit-il, *de S. Quintiano narrata à Gregorio hîc deſcribamus : quibus de turbationibus Galliarum hæc cauſa præmittenda. Gens illa ab exordio naſcentis Eccleſiæ Catholicis ſemper aſſueta dogmatibus, haud facilè patiebatur Arianum barbarum nobiliorem Galliarum partem, utpote Italiæ magis propinquam, obtinere : memores quot quantaque majores ipſorum ſanctiſſimi qui ſub Conſtantio Auguſto claruere Epiſcopi obiſſent ſtrenuè adverſus Arianos pro Catholica fide certamina.*

Et le même Autheur, en l'année 509, après avoir déduit les bonnes qualités des Evêques des Gaules qui ſe trouverent au Concile d'Epaune, & comme ils avoient travaillé pour extirper l'Hereſie Arienne, dit, *Vides quot quantiſque dignitſimis ſacerdotibus ea hoc tempore Gallicana provincia fuerit illuſtrata, qualiſve fuerit corona ſanctorum Patrum, quos fides Catholica, morum ſanctitas, & conceſſa divinitus miraculorum editio fecit cælo terraque conſpicuos.*

Tom. 1. Concil. Gall. p. 188. 191. p. 215. 223.

Le Pape Hormiſda communiqua en l'année 517. à l'Egliſe

Gallicane le deſſein qu'il avoit pour l'extinction du ſchiſme de l'Orient ; & en l'année 529. le ſecond Concile d'Orenge éclaircit la doctrine de la Grace contre les Pelagiens, & en l'année ſuivante le Pape Boniface ſecond confirma ce que le Concile avoit arrêté. ANCIENS TEMOIGNAGES.

Le Pape Vigilius, l'an 550, rendit compte à l'Egliſe Gallicane de ſa conduite en Orient : & l'autorité de notre Egliſe étoit en telle reputation, que les Italiens prierent les Ambaſſadeurs Gaulois de travailler auprès de l'Empereur Juſtinian, en faveur du Pape Vigilius & de Dacius Archevêque de Milan. *Tom. I. Concil. gall.* Pag. 287. Pag. 294.

Notre Roi Childebert, en l'année 555, fit une Ordonnance pour abolir les reſtes du Paganiſme, & l'année ſuivante le Pape Pelagius addreſſa à ce Roi ſon apologie touchant ſa foi. Pag. 301. Pag. 304.

L'Archevêque de Treves Nicetius addreſſa une remontrance Chrêtienne à l'Empereur Juſtinian, & à Clodeſinde Reine des Lombards, és années 563 & 565.

Il nous reſte de grands temoignages de l'eſtime que faiſoit le Pape Gregoire I. de notre Roi Childebert II. & il ſe void comme il recommanda à Virgilius Evêque d'Arles, Auguſtin Apôtre des Anglois & les ſiens. Pag. 418. Pag. 421. 422. 423, &c.

En l'année 649, le Pape Martin demanda à ſaint Amand Evêque de Maſtricht, que noſtre Egliſe Gallicane confirmât le Concile qui avoit été tenu de nouveau à Rome. Et le Pape Agathon convia à ſon Concile la même Egliſe Gallicane, qui y deputa Adeodatus Evêque de Toul, Felix Evêque d'Arles, & Taurin Evêque de Toulon.

En l'année ſept cent nonante-quatre, il fut tenu un Synode à Francfort, où l'hereſie Felicienne fut condamnée pour la troiſiéme fois par les Evêques des Gaules, de la Germanie & d'Italie, en preſence de Charlemangne, & de Theophylacte & Eſtienne Evêques envoyés par le Pape Adrian. *Annal. Franc. incerti.*

L'on ne peut pas douter que nos Rois Charlemagne & Louis le Debonnaire n'ayent aboli le Paganiſme, & établi la Religion Chrêtienne dans le Dannemarck & la Suede, & par tout le Septentrion, par ſaint Anſgarius & ſes ſucceſſeurs Archevêques de Hambourg : les témoignages en ſont très-certains & ſans contredit. *Vitæ SS. Wilhadi, Anſgarii, & Rimberti.*

L'Empereur des Grecs, en l'année huit cens vingt-quatre, pria notre Roi Louis le Debonnaire & l'Egliſe Gallicane, de connoître de la querelle des Images : & le Pape Nicolas I, en l'année 866, pria Hincmar Archevêque de Rheims & l'Egliſe Gallicane, de l'aſſiſter contre les accuſations des Grecs.

Pour finir cette Obſervation, il eſt à propos de remarquer que les Papes Gregoire II. Eſtienne II. Paul I. Adrian I. Leon III. & 730. 735. 779. 753.

ANCIENS TEMOIGNAGES.

pluſieurs autres de ce ſiecle ont demandé la protection de nos Rois, en ont reſſenty les effets, leurs lettres en ſont venuës juſques à nous, l'on en a leurs remerciemens remplis de louanges & de benedictions, qui ſe trouvent dans un recueil d'Epîtres publié par Gretſerus, & qui a été mis dans le troiſieme volume des Hiſtoriens de France, & dans dix Epîtres du Pape Leon III. à Charlemagne, publiées par le Docteurs Conringius, & dans une autre collection d'Epîtres des Papes, Empereurs, Rois, Cardinaux, Evêques, Ducs & Comtes, à notre Roi Louis VII, qui ſont fort notables, & qui meritent d'être examinées, comme encore une autre collection d'Epîtres des Papes qui ſont dans les quatriéme & cinquiéme volumes des Hiſtoriens de France, à quoi eſt à propos de joindre le premier Chapitre des Preuves des Libertés de l'Egliſe Gallicane, principalement la note fort ample qui eſt ſur le quatriéme article de ce Chapitre.

Outre tout cela, le Roi, par une marque de la grande pieté de ſes predeceſſeurs, a en ſon Royaume les Chefs d'Ordre de pluſieurs Religions monaſtiques; ſçavoir, Cluny, Ciſteaux, Premonſtré, Grammont, le Val des Ecoliers, ſaint Antoine de Viennois, la Trinité dite des Maturins, le Val des Choux, les Chartreux, les Feuillans, le Grand Maître de l'Ordre de S. Lazare. De ceux-ci depend un grand nombre de Monaſteres, qui ſont épars dans toute la Chrétienté, ſur leſquels les Generaux Chefs d'Ordre ont beaucoup d'authorité, & droit de viſite.

Après tant de beaux titres, tant de notables marques de la pieté & generoſité de nos Rois, tant de preuves certaines de la ſainteté, de la vertu & ſuffiſance éminante de nos Prelats, peut-on s'étonner, peut-on trouver étrange que des Rois ſi puiſſans & ſi pieux, des Prelats ſi relevés en doctrine & ſainteté de vie, ſe ſoient conſervés en cette ingenuité premiere & naturelle liberté, en ce droit commun, & qu'ils ayent tranſmis à leurs ſucceſſeurs ce même courage & cette forte reſolution de vivre comme eux, & de ſuivre leur doctrine, & de s'oppoſer à tout ce qui ſe peut entreprendre pour ruiner cette honnête liberté, qui ſeule a conſervé l'Eſtat & la Religion Catholique en ce Royaume.

EX PRÆFATIONE P. PITHOEI IN SALVIANUM, AD NIC. FABRUM.

JAM liberè dicam, mi Faber, ſic ſæculum eſt, ut qui vitiis noſtris pares eſſe vix poſſumus, majorum virtutibus æſtimandis omninò impares ſimus: quibus tamen quid anteferatur non video. Nam ut regionis cultum intueamur, quid eſt quæſo, quod Galliæ

cæteris

ANCIENS TEMOIGNAGES.

cæteris orbis regionibus invideant? Scripſerit utique Sulpitius trans Alpes Dei religionem ſeriùs viſam. Eccleſiarum tamen in Celtis apud Irenæum mentio, atque ille ipſe jam noſter factus Hierenius, & Vettii Epagathi, martyrumque Lugdunenſium celebratiſſimæ etiam apud Græcos memoriæ, quos jam tum progreſſus ſacroſancta fides apud nos feciſſet, ſatis oſtendunt: & quod apud Caſſiodorum Theodericus Gundebaldum laudat quòd per eum, ut ipſius verbis dicam, Burgundia gentile propoſitum depoſuerit, ſi quis non ad fœdus ſocietatemque cum Romanis Gotiſque ſucceſſoribus initam, ſed ad Chriſtianiſmum referri [illegible]let, profectò ſatis prodae non intelligere ſe quæ tum gentes ab Italis dicerentur. Jam & illos ipſos Burgundiones tum quidem ad fines Æmiliæ & Liguriæ progreſſos, dein Maſſilienſis provinciæ ac regionum circa Rhodanum Secaunamque ditione contentos, multo ante Chriſtiana fidi imbutos fuiſſe vel ex Eccleſiaſtica Græcorum Hiſtoria conſtat. Illud ſanè temere inficiari nolim, quod & idem Severus teſtatur, ante Martinum adeo paucos in agris vicíſque apud nos fuiſſe Chriſtianos, ut non abs re antiquitas noſtra paganorum nomen de iis uſurpaſſe videatur. Atque ob id quidem minus miror Pannonium hominem ſanè divinum, tanto à noſtris honore habitum, ut ab ejus tranſitu ſeu depoſitione diu annos numerarent: poſt etiam nundinarum ſollennium dies ut Remigij ſic Martini nominibus inſignirent: quin & Turonicum iter non minoris quam Romanum facerent. Sed habuiſſe tum ac multò etiam antè Civitates ſuos Epiſcopos (quos & Papas communi vocabulo apellabant) nec eos quidem vulgaris notæ homines, ſed viros ſummos & probitate atque eruditione orbi admirabiles, notius eſt quàm ut pluribus demonſtrari opus ſit. Teſtis idem ille Gallogræcus Irenæus. Teſtis & ejus anteceſſor Fotinus, Polycarpi, ut tradunt, diſcipulus, Antonini fere principatu Roman miſſus, epiſcopante in ea urbe Eleutherio, quem benedicti elogio Tertullianus Afer martyrem ornat. Teſtes Tholoſanus Saturninus, Gatianus Turonicus, Trophimus Arlatenſis, Strimonius Arvernus, Martialis Lemovicus, Paulus Narbonenſis. Teſtis Pontius Cypriani in Africa Diaconus, poſt ejus beatum martyrium Preſbiterio in Gallia functus. Teſtes illi quos Donatiſtæ Africæ, quantumvis ſuperbi & difficiles, in cauſa tamen Cæciliani, libello ad Conſtantinum Imperatorem dato, ſibi ex Gallia potiſſimùm judices dari poſtularunt. Teſtes & ij qui Arelatenſibus aliiſque Synodis circa ea tempora, quin & ante ipſius Conſtantini principatum in Gallia habitis, frequentes adfuere. Teſtis Nectarius Viennenſis, qui Vaſenſi primus interfuit. Teſtis & ille numquam ſatis laudatus Hilarius, per quem de prælio (ut Hieronymus ait) revertentem Gallia Ariminenſis perfidiæ & [illegible] dolum vitavit, cùm omnes pænè

ANCIENS TEMOIGNAGES.

toto orbe Eccleſiæ, ſub nomine pacis, & regis Arianorum conſortio pollutæ eſſent uſque eo, ut ejus quoque contagionis ac labis non in Græcorum modò Theologorum libris, ſed in ipſis etiam Imperatoriarum legum codicibus hodiùque ſuperſint reliquiæ. Teſtis idem Sulpitius ad ea tempora ſcriptor, non Biturigarum Epiſcopus generis Senatorii, ut pleriſque malè viſum eſt, ſed Primuliacenſis in Aquitania Preſbyter, longè Gunthramni regis temporibus antiquior, Paulini familiaris, quo digniorem Salluſtio Tacitoque æmulum, ne inter Romanos quidem ſuperioris ætatis ſcriptores, ullum video. Quin & Paulinus ipſe, & Ruſticus, & Phaſianius, & Proſper Aquitani. Teſtis Aletius Preſbyter Hieronymo & ſanctitate & eloquentia doctrinaque laudatus. Teſtis Vincentius, qui Peregrini nomine Commonitoria ſcripſit, quibus nihil eo genere aut majore judicio aut acutiore ſtilo conſcriptum memini. Teſtes poſt hos Eucherius Lugdunenſis, Hilarius Arelatenſis, Avitus & Claudianus Mamertus Viennenſes, Apollinaris Arvernus, Fauſtus Rhegienſis, & ut ad Maſſilienſes aliquando veniam, Muſæus, Gennadius, & hic, jam noſter Salvianus. Nam quid ego Belgas Celtaſque memorem, Lupum Tricaſſinum Pontificum principem dictum, & Germanum Autiſſiodorenſem, quibus aſſertoribus ultima Britannia fidei ingenuitatem retinuit? Quid Remigium illum Rhemenſem? quid alios ejus ætatis Epiſcopos ac Preſbyteros? quorum in Catholicam fidem zelo à Francis Galliæ Imperium deberi ſcio, & à recentioribus Hiſtoriographis non ſatis animadverſum miror. Nunc quidem iſtos tantùm digito indicaſſe volui, per quos potiſſimùm ſingulari quodam Dei beneficio effectum eſt, ut, etſi ea ætas nævis ſuis non caruerit, ſola tamen Gallia, ab acerrimo rigidiſſimoque cenſore, monſtra non habuiſſe, dicatur. Hoc verò illi non voce tantùm de ambone & pulpito, aut aræ gradibus conſequuti ſunt, ſed libris dictatiſque ſuis; quos ſi quis cum aliarum nationum ſcriptis conferre volet, auſim ego ſacramento contendere, nec verborum nitore, nec ſententiarum pondere, nec rerum gravitate ceſſuros. Atque adeo ſæpe optavi horum non modò quæ edita ſunt, ſed & quæ ex antiquis bibliothecis recuperari poſſent, omnia colligi, & Gallicæ Theologiæ tanquam ſpeculum quoddam fieri, in quo majorum noſtrorum virtutes quaſi contractis luminibus clariùs elucerent.

CODEX

CANONUM ECCLESIASTICORUM

DIONYSII EXIGUI,

SIVE

CODEX CANONUM VETUS

ECCLESIÆ ROMANÆ,

Ab HADRIANO *Papa I*, CAROLO MAGNO *quondam oblatus.*

Hac poſtrema Editione à mendis expurgatus & notis elucidatus. Cui acceſſerunt antiquiora Pontificum Romanorum Decreta ab eodem Dionyſio collecta.

Digitized by Google

CODEX CANONUM VETUS ECCLESIÆ ROMANÆ.**

LOCI QUI HUJUS CODICIS ECCLESIÆ ROMANÆ MEMINERUNT.

CANON DE LIBELLIS, DISTINCT. 20.

Leo Papa IV, Epiſcopis Britanniæ.

DE libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & ſanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, id eſt, quæ habentur apud nos ſimul cum Canonibus. Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis, ſunt ſtatuta Canonum Apoſtolorum,

CODEX CANONUM.

** C'eſt ici le Code des Canons dont parle l'art. 41 des Libertés, & l'édition la plus complette que l'on puiſſe en donner. C'eſt celle de M. Pithou, qui fut donnée au Public ſous les auſpices, & même par les ſoins de M. le Pelletier, Contrôleur Général. Nous n'ajouterons rien ici aux explications que nous en avons faites dans le nouveau Commentaire dudit article 41 deſd. Libertés. Nous avertirons ſeulement, que dans cette édition, on trouvera les Canons du Concile d'Epheſe que Denis le Petit trouva bon d'omettre. M. Pithou y a mis auſſi un ancien monument ſur la primauté de l'Egliſe Romaine, qu'il avoit placé entre les Canons des Conciles & les Décrétales des Papes, & que nous avons cru ne devoir inſérer ici qu'après ce qui compoſe proprement le Code ancien des Canons de l'Egliſe Romaine. Cette piece eſt précédée d'une Préface ou Epitre de Wendelſtin qui en fait les plus grands éloges; il la donne comme une des plus fortes armes qu'on puiſſe employer contre les Détracteurs hérétiques du S. Siege & des Pontifes qui l'occupent.

CODEX CANONUM.

Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſinorum, Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis regulæ Præſulum Romanorum, Sylveſtri, Syricii, Innocentii, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii & Gregorii Junioris. Iſti omnino ſunt, & per quos judicant Epiſcopi, & per quos Epiſcopi ſimul judicantur, & Clerici.

Præfatio ad Codicem Gratiani juſſu GREGORII XIII *recognitum.*

IN Eccleſia Romana, omnium Eccleſiarum magiſtra, ſolitos eſſe aſſervari Conciliorum Canones & Pontificum Decreta, ac cæteris Eccleſiis communicari, plane compertum eſt. Atque in uſu præcipue videtur fuiſſe collectio illa, quam Nicolaus Papa in *c. Si Romanorum, diſt. 19*, Codicem Canonum nominat: in quo continebantur Canones, & regulæ illæ quæ recenſentur a Leone IV, *cap. de libellis, diſt. 20*. Hujus Codicis tria manuſcripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impreſſus Moguntiæ, an. ſal. 1525. Repertus eſt autem in vetuſtiſſimo Cardinalis Vercellenſis codice Creſconii ad Epiſcopum Liberinum quidam quaſi Nomocanon: in quo, cum pluribus cauſarum titulis propoſitis, exponatur deinde quibus Synodorum ac Decretalium Epiſtolarum locis cauſæ illæ tractentur, capita capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime reſpondent. Quæ quidem à Creſconio adhibita diligentia ſatis indicat frequentiſſimum fuiſſe hujus collectionis uſum: & hæc ea eſt, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, abſolute Codex Canonum vocatur.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC D.

D. MATTHÆO,

S. R. E. tit. ſancti Angeli Presbytero Cardinali, & Archiepiſcopo Salisburgenſi, Domino ſuo colendiſſimo,

JOANNES WENDELSTINUS (**).

Felicitatem.

CUM nuper Moguntiæ, Domine Reverendiſſime, chalcographo illi, cujus majores præclaræ illius artis impreſſoriæ inventores fuere, tradidiſſem, ut ederetur, exemplar Concilii Triburienſis, exhibuit ille mihi vicißim egregios duos Codices, plurimum

Duo codices.

(**) Iſte primus in lucem Artis Impreſſoriæ vetus Codex Canonum tradidit Moguntiæ, ann. 1525, ut hic.

ſane, tum propter ea quæ continebant, tum propter admirandam ſcripturæ vetuſtatem ſuſpiciendos, ac venerables. Quos arte ſua divulgare cupiens [ut eſt antiquitatis maxime ſtudioſus] mihi facile perſuaſit, ut operam meam quantulameumque præſtare queam, ad tam honeſtum conatum ei haud anxie promiſerim. Ambo enim Codices idem per omnia continebant; & addebat ille ſpem de tertio quoque Codice ex Erbachenſi Monaſterio adferendo, quem & brevi poſt inde attulit. Erat autem is aliquantulum ab aliis duobus diverſus: non parum tamen profuit nobis, præſertim in tranſcriptione Conciliorum; nam & emendatior erat aliis plerumque, & Epheſinum Concilium, quod alii duo non habebant, ex eo ſolo tranſcripſimus. Non enim omittendum eſſe videbatur, cum ſit unum de quatuor illis præcipuis, ac maxime ſacroſanctis, de quibus & Imperatorum, & Pontificum, Conciliorumque venerabiles extant ſanctiones, ut eorum conſtituta inviolabiliter ſerventur ab omnibus: quæ & Romanus Pontifex in ſua profeſſione vel ad unum uſque apicem immutilata ſervare, ac modis omnibus ſequi, & prædicare ſolenniter profitetur. Quod autem alii duo Codices nihil de Epheſino habent Concilio, hinc factum eſſe arbitramur, quia ejus capitula nihil ad regimen paſtorale, & Eccleſiaſticam diſciplinam [de quibus hic præcipue agitur] ſed potius ad fidem, & myſterium incarnationis Verbi Dei ſpectant. Cæterum quanto labore conſtet nobis hæc editio, ii probe ſcient expendere, qui aut Codices iſtos legerunt, aut alios conſimiles [uti ego in Fulgentii quoque opuſculis expertus ſum] obſoletis characteribus, mendiſque crebrioribus obſcuratos, atque in verborum contextu fædiſſime depravatos, & proinde neque lectu, neque intellectu faciles, in lucem dederunt. Adjuvit nos egregie in reſtituendis provinciarum præſertim urbiumque nominibus ex græcis Authoribus Nicolaus Carbacchius, cui proinde lector non parum gratiæ debet, nam & hoc præſtat, ut opus ex officina bene correctum prodeat, dum operarum lapſus diligenter emendat, præliique caſtigat errorem. Ut autem lecturis fructuoſior hæc fiat editio, adjeci marginibus annotationes locorum, non eorum modo, quæ ſacris ex literis citantur, ſed & illorum, quæ ex iis originalibus olim in volumen Decretorum tranſcripſit Gratianus. Poterit certe lector haud unum inde percipere fructum: hinc enim cognoſcet, ſiquando Gratianum legat, ubinam in originalibus ex ordine habeantur, quæ ille carptim, velut centenos per rhapſodiam allegat; & contra, ſi legat originalia, videbit in margine, ubi uberiorem tractatum capituli, quod legit, inveniat apud Gratianum, qui plerumque conplures Pontifices, & canones pro unius ſententiæ meliori & confirmatione, & intelligentia adducere ſolet. Præſtabit & hunc fructum annotatio, ut alterum volumen alteri

CODEX CANONUM.

Tertius codex, Erbachen

Diſt. 16. Sancta.

Annotatio marginalis.

Volumen decretorum.

CODEX CANONUM.

jorem faciat fidem, ſi utrobique dictorum conſonantia reperiatur; præbeatque alterum alteri majus lumen, & adminiculum non ſolum intelligentiæ, ſed etiam emendationis: utrobique enim eſt reperire quod emendes. Denique & id in fructum reputari poterit, ſi lector hinc intelligat, quam inique nonnulli criminantur, & calumnientur, immo & damnant, atque in ignem projiciendum cenſent præclarum illud Gratiani volumen, quod ex tot ſacratiſſimorum Conciliorum canonibus, ac ſanctiſſimorum Pontificum decretis laborioſiſſime compoſitum eſt, ac diligentiſſime per diſtinctionum, cauſarumque & quæſtionum ſeriem diſpoſitum. Pulcrum quidem eſt hoc, quod nunc profertur, antiquitatis monumentum; ſed multo & ampliora, & vetuſtiora habuit originalia, ex quibus volumen ſuum collegit Gratianus. Nam & Concilia multo plura, &

Ut Toletanum, Agathenſe, Meldenſe, Arelatenſe, Elibertinum, & id genus plurima

Pontifices multo vetuſtiores, ut Anacletum, Evariſtum, Alexandrum, Sixtum, Urbanum, Fabianum, & complures alios martyrio glorioſos Apoſtolicæ ſedis Præſules allegat. Sed & horum ipſorum, quos Codices iſti antiqui referunt, plura quam hic reperias, adducit Decreta, & quidem egregia. Recitat inſuper plurima, eaque tum pietate, tum eruditione laudatiſſima, Eccleſiaſticorum Interpretum, & Doctorum, atque irrefragabilium Authorum, dicta, quæ ſane plurimum tum ad veram Religionem, tum ad vitæ probitatem conferunt. Intelliget igitur hinc pius lector, quid illi debeatur Theomacho, qui ante quadriennium tot Conciliorum ſacros Canones, tot Pontificum Decreta, vel ſanguine ipſorum conſecrata, tot hiſtoriarum exempla, tot ſanctorum Patrum dicta, tot denique ſacræ Scripturæ loca, quæ Gratianus allegat, in feralem rogum, quem publice ſtruxerat ad ſcelus, immani ſacrilegio projecit. Jucundius tamen, atque etiam fructuoſius arbitror fore lectori conſpicere in hoc, qui nunc editur Codice, tot Canones ſacros in ipſo originali, & pulcre per ordinem diſpoſitos, & breviter commemoratos, quam videre eoſdem alibi per commendicata ſuffragia aliunde citatos, atque ſub centonum forma laceros, ac ſparſim diſjectos. Utilius item fuerit celeberrima illa Concilia, quæ toties allegantur paſſim, in vero fonte, tam limpido ſane, ac ſine turbidis apocryphorum admiſtionibus puro, contueri, eaque in tam breve ac bene digeſtum redacta compendium facillime, ac brevi tempore tum perlegere, tum memoriæ commendare. Adjuvant enim memoriam origo, brevitas, numerus, locus, ordo. Et quo minus tædii, plus fructus habeat pius lector, adjeci catalogum, in quo breviſſime vel uno contuitu clare videre poterit locum, tempus, ac numerum ſingulorum, quæ profecto mihi haud ita parvo ſunt conquiſita labore. Conſulendi quippe fuerunt non modo Chronicorum, hiſtoriarumque, ac Coſmographorum libri, ſed & antiqui Doctores

Cypriani, Ambroſii, Nazianzeni, Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini, & id genus plurium claſſicorum.

Utilis originalium Editio.

Eccleſiaſtici:

Eccleſiaſtici: nec tamen omnia, quæ volebam, reperire potui; itaque & ex conjecturis quædam fuerunt elicienda. Appoſui item tum circa Canones Conciliorum, tum circa Pontificum Decreta quaſdam annotationes prævias pro ſimplicioribus, ut & melius intelligant quæ ſequuntur, & pluris faciant eorum authoritatem, quam ſolent nunc plerique. Videbit itaque hic pius lector in vetuſtiſſimis Apoſtolorum Canonibus non eſſe rem novam ordinationes Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, ac aliorem Clericorum: nec novum eſſe dogma de oblatione & ſacrificio Miſſæ, de diſcrimine inter Clericos & Laicos, de excommunicatione, de continentia Clericorum; ne quis eorum uxorem ducat, exceptis Lectoribus, Cantoribuſque duntaxat; ne viduam, aut ejectam, aut meretricem accipiat; de poteſtate item Epiſcopi in Clerum, de diſtinctione Parochiarum, ne ſæculari potentia pervadantur Eccleſiæ, ut rerum Eccleſiaſticarum curam habeat Epiſcopus; & id genus plura, quæ nunc a multis, velut impia aut ridicula barbarica temeritate ſuggillantur & damnantur. Videbit item ex ſacratiſſimo Concilio Nicæno, antiquiſſimum eſſe inſtitutum, ne quilibet paſſim ad Clerum ſuſcipiatur: ne ſine Coepiſcopis ordinetur Epiſcopus: ne ab Epiſcopo excommunicatus ab aliis recipiatur: ne ſine Metropolitani ſententia Epiſcopus fiat: ne ſine diſcuſſione Presbyteris manus imponantur: ne lapſi ad Ordinem Cleri promoveantur: ne, qui abrenunciaverunt ſemel militiæ ſæculari, iterum ad ſæculum regrediantur: ne Diaconi, cum offerendi poteſtatem non habeant, Presbyteris Corpus Chriſti porrigant. Hæc nunc omnia à novis Waldenſibus, tanquam vana, impia, & per avaritiam, aut ſuperbiam introducta, contemnuntur. Quam rigida autem, ac longa fuerit olim pro peccatis pœnitentia, ſane Canonibus declarat Concilium Ancyranum, Nicæno etiam antiquius; & Neocæſarienſis Concilii [quod & ipſum Nicæno vetuſtius eſt.] Primus Canon ait: Presbyter, ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. *Nunc autem paſſim non ſolum Presbyteri, ſed & Monachi, Sanctimonialeſque contra omnium decreta ſacrilegas celebrant nuptias. Sunt & alia quamplurima veterum in iiſce Conciliis inſtituta, qua nunc Germanici Waldenſes aut in barbaros ritus demutant, aut penitus abolere conantur. Inſcribunt enim jam libros de abroganda Miſſa, de nova miſſandi formula contra Canonem Miſſæ, de Miſſa Theutonica; de abolendis Matutinis, aliiſque Horis Canonicis ac Miſſis, Vigiliiſque, & Anniverſariis pro defunctis hactenus celebratis; de tollenda ſatisfactione pro peccatis, & confeſſione auriculari; de Sanctorum Reliquiis, Imaginibuſque abolendis; de prohibenda veneratione ſanctæ Crucis & Sanctorum; de abolendis Eccleſiarum, Cœmiteriorum, Monaſteriorum, Altariumque dedicationibus, ac ſacrorum Ordinum conſecrationibus,*

CODEX CANONUM.

Antiqua Eccleſiæ inſtituta.

Conſtituta Nicæni Concilii.

Dogmata novorum Waldenſium.

CODEX CANONUM.

Benedictionibus ſalis, aquæ, vini, herbarum, cereorum, & id genus aliis cæremoniis. Meras denique aiunt eſſe facies Antichriſti, Calices, Imagines, Vaſa, Utenſilia, Vela, Pallas, Corporalia, Lumina, Lampades, & ſine modo ac numero in Eccleſiis ornamenta; atque egregium inquiunt eſſe perdendæ pecuniæ artificium, in ſtruendis, ornandis, locupletandis Templis, Monaſteriis, Sacellis, Altaribus & ejus generis operibus. Quis autem non videt ex hac ſaltem editione, quam diverſa & aliena ſint hæc nova eorum dogmata ab antiquis Apoſtolorum omniumque Sanctorum inſtitutis? Suſcipiat igitur Reverendiſſima D. T. & laborem hunc noſtrum æquo animo, & opus ipſum in tuum patrocinium, cum is ſis Præſul, & Princeps, qui prudentia, eruditione, ſapientia, gravitate, experientia, authoritate denique & gratia non modo apud Germanos, verum etiam apud exteras nationes, Regeſque Chriſtianos ſpectatus es, ac plurimum vales. Tuum itaque judicium nobis contra omnes antiquæ Religionis noſtræ hoſtium cavillos ſatis validum erit præſidium, ſi editionem hanc probaveris. Bene valeat Ampliſſima D. T. cui me etiam atque etiam devotiſſime commendo. Ex Francofordia ad Mœnum, VI. Id. Jan. Anno a natali Chriſti M. D. XXV.

CATALOGUS CONCILIORUM

quorum Canones in hoc volumine recenſentur.

Anno Domini			
95	Regulæ Eccleſiaſticæ Apoſtolorum per Clementem I.		Can. L.
324	Nicænum Concilium.	in Bithynia.	Can. XX.
304	Ancyranum Concilium.	in Galatia.	Can. XXIV.
314	Neocæſarienſe.	in Ponto Polemoniaco.	Can. XIV.
333	Gangrenſe.	in Paphlagonia.	Can. XX.
345	Antiochenum.	in Syria Cœle.	Can. XXV.
368	Laodicenſe.	in Phrygia Pacatiana.	Can. LIX.
383	Conſtantinopolitanum.	in Boſphoro Thraciæ.	Can. III.
434	Epheſinum primum.	in Aſia provincia.	Can. XII.
454	Chalcedonenſe.	in ora Ponti Euxini.	Can. XXVII.
351	Sardicenſe.	in Thracia.	Can. XXI.
420	Carthaginenſe.	in Africa.	Can. XXXIII.
395	Africana Concilia diverſa.		Can. CV.

Summa, Canones CCCCXIII.

ALIA CHRONOLOGIA CONCILIORUM

ex manuſcripto exemplari Pithœano ſic ordine temporum diſtincta.

Anno Domini		Anno Domini		Anno Domini	
264	Antiochenum.	325	Nicænum.	398	Africana diverſa.
273	Ancyranum.	333	Gangrenſe.	420	Carthaginenſe.
277	Antiochenum.	347	Sardicenſe.	430	Epheſinum I.
316	Ancyranum.	364	Laodicenſe.	451	Chalcedonenſe.
316	Neocæſarienſe.	381	Conſtantinopolitanum.		

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM

quorum Decreta hic commemorantur.

Anno Domini			
389	Papa Syricius.	imp. Theodoſio I.	Cap. XV.
408	Innocentius I.	imp. Arcadio.	Cap. LVII.
424	Zoſimus.	imp. Honorio.	Cap. IV.
425	Bonifacius I.	imp. Honorio.	Cap. IV.
428	Cæleſtinus I.	imp. Theodoſio II.	Cap. XXII.
436	Leo I.	imp. Valentiniano III. & Martiano.	Cap. XLIX.
465	Hilarius.	imp. Leone I.	Cap. VI.
471	Simplicius.	imp. Zenone.	Cap. II.
488	Felix II.	imp. Auguſtulo.	Cap. II.
494	Gelaſius I.	imp. Anaſtaſio.	Cap. XXVIII.
498	Anaſtaſius II.	imp. Anaſtaſio.	Cap. VIII.
499	Symmachus.	imp. Anaſtaſio.	Cap. V. item VIII.
514	Hormiſda.	imp. Juſtino.	Cap. IV.
708	Gregorius II.	imp. Leone III.	Cap. XVII.

Summa, Decreta CCXXIX.

CODEX CANONUM.

EPISTOLA DIONYSII EXIGUI, (**)

Olim præpoſita interpretationi quam fecit Codicis Canonici Romani.

DOMINO MIHI VENERANDO, STEPHANO EPISCOPO, DIONYSIUS EXIGUUS in Domino ſalutem.

QUAMVIS cariſſimus frater noſter Laurentius aſſidua & familiari cohortatione parvitatem noſtram regulas Eccleſiaſticas transferre pepulerit confuſione credo priſcæ tranſlationis offenſus, nihilominus tamen ingeſtum laborem tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus ſolita populis pietate proſpiciens ſummi Sacerdotii contulit dignitatem, & inter plurima virtutis ornamenta, quibus Eccleſiam Domini morum ſanctitate condecoras, etiam ſacratiſſima jura Pontificalibus per Dei gratiam digeſta conventibus intemerata conſervans, perfecto regimine clerum plebemque moderaris: nullatenus noſtri ſeculi more contentus, quo pronius deſideramus recta noſſe quam facere: ſed Divino junctus auxilio quæ fieri præcipis anteperficias, ut efficaciſſimo fidelibus proſis exemplo. Magna eſt ſiquidem jubentis authoritas eadem primitus juſſa complentis, quibus inconvulſa Eccleſiaſtici ordinis diſciplina inviolabilis permanens ad capeſſendum perenne præmium Chriſtianis omnibus præſtat acceſſum, per quem ſancti Præſules paternis muniantur regulis, & obedientes populi ſpiritalibus imbuantur exemplis: In principio itaque Canones qui dicuntur Apoſtolorum de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem, quamvis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex his Canonibus adſumpta eſſe videantur. Deinde regulas Nicenæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum ſive quæ ante eam, ſive quæ poſtmodum facta ſunt, uſque ad Synodum C L. *Pontificum qui apud Conſtantinopolim convenerunt ſub ordine numerorum, id eſt, a primo capiti uſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habetur in Græca authoritate, digeſſimus; tum ſancti Calchedonenſis Concilii Decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Ne quid præterea notitiæ veſtræ credar velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis Concilii atque Africani, quæ Latine ſunt edita, ſuis a nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Univerſarum vero definitionum titulos poſt hanc definitionem ſtrictius ordinantes, ea quæ in ſingulis ſparſim ſunt promulgata Conciliis ſub uno aſpectu locavimus, ut ad inquiſitionem cujuſque rei compendium aliquod attuliſſe videamur.*

(**) On trouve l'autre Epître de Denis le Petit au Prêtre Julien, ſous l'art. 43 des Libertés, où elle ſert à ſes preuves.

Inci piunt tituli (a) *Canonum Apoſtolorum.*

1 DE ordinatione Epiſcopi.
2 De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum, & cæterorum.
3 Nihil aliud in ſacrificio, præter quod Dominus ſtatuit, offerendum.
4 Quæ ſpecies ad altare, non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant exhiberi.
5 Quod ea, quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domos Sacerdotum à fidelibus deferantur.
6 Ut Epiſcopus, aut Presbyter uxorem ſuam, quam debet caſte regere, non relinquat.
7 Ut Sacerdotes, & Miniſtri altaris ſæcularibus curis abſtineant.
8 Quo tempore Paſcha celebretur.
9 Quod Miniſtri altaris, oblatione celebrata, communicare debeant.
10 Quod fideles laici ingredientes Eccleſiam communicare debeant.
11 Quod cum excommunicatis non ſit orandum.
12 Quod cum damnatis Clericis non ſit orandum.
13 Ut nullus fidelium præter commendatitias ſuſcipiat epiſtolas.
14 Ut ab Epiſcopis aliena parochia minime pervadatur.
15 Ut Clerici proprias Eccleſias non relinquant.
16 Ut Epiſcopus, qui Clericos alterius ſuſceperit, communione privetur.
17 Quod bigami non admittantur ad Clerum.
18 Quod is, qui viduam, vel ejectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad Clerum.
19 Qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad Clerum.
20 Clericum fidejuſſorem eſſe non poſſe.
21 Quod hi, qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad Clerum.
22 Ut is, qui ſe eunuchizavit, Clericus non fiat.
23 Ut Clericus, qui ſe eunuchizavit, abjiciatur a Clero.
24 Ut laicus, qui ſe eunuchizavit, tribus annis communione privetur.
25 Quod Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur.
26 Similiter & reliqui Miniſtri Eccleſiæ.
27 Qui Clerici debeant conjugibus copulari.

(a) *Canonum Apoſtolorum, &c.)* Codex Eccleſiaſticus, Corpus Canonum, cujus mentio eſt diſtinct. 19 & 20. ubi tamen nulla Antiocheni, Laodicenſis & Chalcedonenſis mentio. Nucleus dicitur in inſcriptione c. 2. ext. de præbend. Canones Gallicani diſtinct. 50. c. 30. & in Concilio Tarraconenſi c. 11. 16. q. 1. c. 35. in vet. exemplar.

CODEX CANONUM.

28 Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus fideles peccantes verberare non debeant.
29 Quod officium priſtinum damnati pro criminibus uſurpare non debeant.
30 Quod non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.
31 Ut Eccleſia ſæculari potentia minime pervadatur.
Al. * *contra Epiſcopum.* 32 De Presbytero, qui * contempto Epiſcopo ſeorſum conventus congregare tentaverit.
33 Quod Clerici damnati non debeant ab aliis recipi.
34 Ut nullus Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.
35 De Primatu Epiſcoporum.
36 Quod non liceat Epiſcopum in aliena provincia Clericos ordinare.
37 De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.
38 Ut bis in anno Concilia celebrentur.
39 Ut tantum curam rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus habeat.
40 De dignitate Pontificis, & quod rerum ſuarum habeat poteſtatem.
41 Quod Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem.
42 Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus aleator, & ebrioſus eſſe non debeat.
43 Similiter Clerici, & laici, ſi permanſerint in alea, communione priventur.
44 Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus non debeat uſuras accipere.
45 Quod non debeat Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus cum hæreticis orare.
46 Quod non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.
47 Quod Eccleſiæ baptiſmate baptizatus denuo baptizari non debeat, & non ita baptizatus debeat baptizari.
48 Laicum pellentem ſuam conjugem communione privandum.
49 Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.
50 Quod non debeat una merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, provenire.

Digitized by Google

(a) *Incipiunt Canones Apoſtolorum.*

De ordinatione Epiſcopi.

CAP. I. Epiſcopus a duobus, aut tribus Epiſcopis ordinetur.

De ordinatione Preſbyterorum, & Diaconorum, vel cæterorum.

CAP. II. Preſbyter ab uno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici.

Nihil aliud in ſacrificio præter quod Dominus ſtatuit offerendum.

Sacrificium Miſſæ a Domino ordinatum.

CAP. III. Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter præter ordinationem Domini alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare: id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, & confecta quædam, aut volatilia, aut animalia, aut legumina: contra conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

Quæ ſpecies ad altare non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant exhiberi.

Sancta oblatio.

CAP. IV. Offerri non liceat aliquid ad altare præter novas ſpicas, & uvas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt incenſum, tempore quo ſancta celebratur oblatio.

Quod ea, quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domos ſacerdotum a fidelibus deferantur.

Primitiæ.

CAP. V. Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Epiſcopo & Preſbyteris dirigantur, non offerentur in altari. Certum eſt autem quod Epiſcopus, & Preſbyteri * dividant Diaconis, & reliquis Clericis.

Al. * *dividunt.*

Ut Epiſcopus, aut Preſbyter uxorem ſuam, quam debet caſte regere, non relinquat.

CAP. VI. Epiſcopus, aut Preſbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat: ſi vero rejecerit, excommunicetur; ſed ſi perſeveraverit, dejiciatur. (b)

Diſt. 28. c. Si quis docuerit. Diſt. 32. c. Quicunque.

(a) *Incipiunt Canones Apoſtolorum*] In veteri Codice Eccleſiæ Belvacenſis: *Incipiunt Eccleſiaſticæ Regulæ Sanctorum Apoſtolorum prolatæ per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem, qui ex græcis exemplaribus in ordine primo ponuntur: quibus quam plurimi quidem conſenſum non præbuere facile, & tamen poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus abſumpta eſſe videntur.* In vet. exempl. Bellovacenſ. Creſconii, & in alio defloratо: *Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec Sedes Apoſtolica recipit, nec Sancti Patres illis conſenſum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis, ſub nomine Apoſtolorum, compoſiti dicuntur*, alias, *dignoſcuntur. Quamvis in eis quædam inveniantur utilia, authoritate tamen Canonica atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota & inter Apocrypha deputata.* In alio exemplari meo: *Incipiunt Canones qui dicuntur Apoſtolorum, quos Sancti Patres in Catalogo Canonicarum non annumerant ſcripturarum.*

(b) Videtur ad hunc Canonem referendum quod ſcribit iiſdem pene verbis Gregorius, lib. 7 Reg. Epiſt. 39. *Ut ſicut Canonica decrevit auctoritas, uxores, quas caſte debent regere, non relinquant.*

CODEX CANONUM.

Ut ſacerdotes, & miniſtri altaris ſæcularibus curis abſtineant.

Diſt. 88. c. Epiſcopus aut Sacerdos. CAP. VII. Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus nequaquam ſæculares curas adſumat, ſin aliter * dejiciatur. Al. *ejiciatur.*

Quo tempore Paſcha celebretur.

CAP. VIII. Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoxium cum Judæis celebraverit, abjiciatur.

Quod miniſtri altaris, oblatione celebrata, debeant communicare.

Miſſam eſſe ſacrificium & oblationem, qua facta, omnes olim communicabant qui intererant. CAP. IX. Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicaverit; aut cauſam dicat, ut, ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur, aut ſi non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo, qui ſacrificavit, quod recte non obtulerit.

Quod fideles laici ingredientes Eccleſiam communicare debeant.

De conſecrat. diſt. 2. c. Omnes Fideles. CAP. X. Omnes Fideles, qui ingrediuntur Eccleſiam, & ſcripturas audiunt, non autem perſeverant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commoventes, convenit communione privari.

Quod cum excommunicatis non ſit orandum.

2. Joan. 10. CAP. XI. Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo ſimul oraverit, iſte communione privetur.

Quod cum damnatis Clericis non ſit orandum.

CAP. XII. Si quis cum damnato Clerico, veluti cum Clerico, ſimul oraverit, iſte damnetur.

Ut nullus Fidelium præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas.

CAP. XIII. Si quis Clericus, aut laicus a communione ſuſpenſus, ſeu communicans ad aliam properet civitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus communione priventur. Excommunicato vero proteletur ipſa correptio, tanquam qui mentitus * ſit Eccleſiam Dei ſeduxerit. Forte * *ſic.*

Ut ab Epiſcopis aliena parochia minime pervadatur.

CAP. XIV. Epiſcopo non licere alienam parochiam propria relicta pervadere, licet cogatur a plurimis. Niſi forte quis cum rationabili cauſa * compellat, tanquam qui poſſit ibidem * conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid * profecto proſpicere. Et hoc non a ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum judicio, & maxima ſupplicatione perficiat. *Nicæn. Concil. c. 25. Antioch. Conc. c. 22.* Forte * *compellatur.* Forte * *conſtitutus.* Forte * *profectus.*

Ut Clerici proprias Eccleſias non relinquant.

CAP. XV. Si quis Preſbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, relinquens propriam *Nicæn. Concil. c. 16. Antioch. c. 3.*

propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulterius miniſtrare non patimur, præcipue, ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeverans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet.

Ut Epiſcopus, qui Clericos alterius ſuſceperit, communione privetur.

Al. *moratos* CAP. XVI. Epiſcopus vero, apud quem * memoratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam Clericos forte ſuſceperit: velut magiſter inquietudinis, communione privetur.

Ut bigami non admittantur ad Clerum.

Diſt. 33. c. Si quis poſt. CAP. XVII. Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non Preſbyter, aut Diaconus, aut prorſus ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

Quod is qui viduam, vel ejectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad Clerum.

Diſt. 34. c. Si quis viduam. CAP. XVIII. Si quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

Qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad Clerum.

CAP. XIX. Qui duas in conjugium ſorores acceperit, vel filiam fratris, Clericus eſſe non poterit.

Clericum fidejuſſorem eſſe non poſſe.

CAP. XX. Clericus fidejuſſionibus inſerviens abjiciatur.

Quod ii, qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad Clerum.

CAP. XXI. Eunuchus, ſi per inſidias hominium factus eſt, vel ſi in perſequutione ejus ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus: efficiatur Epiſcopus. *Diſt. 55. c. Eunuchus.*

Ut is, qui ſe eunuchizavit, Clericus non fiat.

CAP. XXII. Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputavit ſibi virilia, non fiat Clericus, quia ſuus homicida eſt, & Dei conditionis inimicus. *Ibidem. c. Si quis abſciderit*

Ut Clericus, qui ſe eunuchizavit, abjiciatur a Clero.

CAP. XXIII. Si quis, cum Clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſuus eſt homicida. *Nicæn. Concil. c. 1.*

Ut laicus, qui ſe eunuchizavit, tribus annis communione privetur.

CAP. XXIV. Laicus ſemetipſum abſcindens annis tribus communione privetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

CODEX CANONUM.

Quod Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur.

Diſt. 81. c. Presbyter. Num. 1.

CAP. XXV. Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura, *Non* vindicabit Dominus bis in idipſum.*

Al. * *vindicavit.*

Similiter & reliqui miniſtri Eccleſiæ.

CAP. XXVI. Similiter & reliqui Clerici huic conditioni ſubjaceant.

Qui Clerici debeant conjugibus copulari.

CAP. XXVII. In nuptiis autem, qui ad Clerum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant; ſed lectores, cantoreſque tantummodo.

Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus peccantes fideles verberare non debeant.

Diſt. 45. c. Epiſcopum. aut Presb. Eſa. 53. 1. Pet. 2.

CAP. XXVIII. Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hujuſmodi volentem timeri, dejici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc Dominus docuit. E contrario vero ipſe, cum percuteretur, non repercutiebat; cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur.

Quod officium priſtinum damnati pro criminibus uſurpare non debeant.

Antioch. Concil. 4.

CAP. XXIX. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depoſitus juſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum: hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.

Quod non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.

Chal. Concil. c. 2. Act. 8.

CAP. XXX. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: dejiciatur & ipſe, & ordinator ejus, & a communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus a Petro.

Ut Eccleſia ſæculari potentia minime pervadatur.

16. q. 7. c. Si quis Epiſcopus.

CAP. XXXI. Si quis Epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus uſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur; & ſegregentur omnes, qui illi communicant.

De Presbytero, qui contra Epiſcopum ſeorſum conventus congregare tentaverit.

Antioch. Concil. 5.

CAP. XXXII. Si quis Presbyter, contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens, quo reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis, & juſtitiæ: deponatur, quaſi principatus amator exiſtens, eſt enim tyrannus; & cæteri Clerici, quicunque tali conſentiunt, deponantur, Laici vero ſegregentur. Hæc autem poſt unam, & ſecundam, & tertiam Epiſcopi obſecrationem fieri conveniat.

Quod Clerici damnati debeant ab aliis recipi.

Nican. Concil. c. 5.

CAP. XXXIII. Si quis Preſ-

Antioch. Concil. c. 6. byter, aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo, qui eum ſequeſtraverat, niſi forſitan obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur.

Ut nullus Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.

Antioch. Concil. c. 7. CAP. XXXIV. Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut Preſbyterorum, aut Diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis, & cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur: & ſi prædicatores pietatis extiterint minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proveniunt.

De Primatu Epiſcoporum.

Nicæn. Concil. c. 6. Antioch. Concil. c. 9. CAP. XXXV. Epiſcopos gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ * parochiæ propriæ, & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt, ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid, ſic enim * unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto.

Al. * *paræciæ.*

Al. * *unianimitas.*

Quod non liceat Epiſcopum in aliena provincia Clericos ordinare.

Antioch. Concil. c. 13. CAP. XXXVI. Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in civitatibus, & villis, quæ illi nullo jure ſubjectæ ſunt; ſi vero convictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam, qui civitates ipſas, & villas detinent: & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

CAP. XXXVII. Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam, hic communione privetur, quoadusque conſentiat, obedientiam commodans; ſimiliter autem & Presbyter, & Diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi; ipſe quidem maneat Epiſcopus: Clerici vero civitatis communione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt. *Antioch. Concil. c. 10 & 18.*

Ut bis in anno Concilia celebrentur.

CAP. XXXVIII. Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoveant, ſemel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes, ſecundo die. xij. die menſis Hyperberetæi: id eſt juxta Romanos quarto Idus Octobris. *Nicæn. Concil. c. 5. Antioch. Concil. 20.*

Ut tantum curam rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus habeat.

CAP. XXXIX. Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus pro- *Antioch. Concil. c. 24.*

CODEX CANONUM.

priis, quæ Dei ſunt, condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtret, nec eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædetur.

De dignitate Pontificis, & quod rerum ſuarum habeat poteſtatem.

2. q. c. Sint manifeſtæ.

CAP. XL. Presbyteri, & Diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autem manifeſtæ res propriæ Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, ut poteſtatem habeat, de propriis moriens Epiſcopus, ſicut voluerit; & quibus voluerit derelinquere. Nec ſub occaſione Eccleſiaſticarum rerum, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant; fortaſſis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſervos. Et juſtum eſt hoc apud Deum, & homines, ut nec Eccleſia detrimentum patiatur, ignoratione rerum Pontificis, nec Epiſcopus, vel ejus propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, morſque ejus injuriis malæ famæ ſubjiciatur.

Quod Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum, pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem.

12. q. 2. c. Præcipimus.

CAP. XLI. Præcipimus, ut in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum precioſæ illi ſunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut poteſtate ejus indigentibus omnia diſpenſentur per Presbyteros, & Diaconos, & cum timore, omnique ſollicitudine miniſtrentur. Ex iis autem * quæ indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates, & ad peregrinorum fratrum uſus ipſe percipiat, ut nihil eis poſſit omnio deeſſe. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deſerviunt, de altari paſcantur: quia nec miles ſtipendiis propriis contra hoſtes arma ſuſtulit.

Ibidem c. Ex iis autem. Lego * *quibus. Levi 22. 1 Cor. 9.*

Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, aleator & ebrioſus eſſe non debeat.

Diſt. 35. c. Epiſcopus aut Presbyter.

CAP. XLII. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ atque ebrietati deſerviens, aut deſinat, aut certe damnetur.

Similiter Clerici, ſi permanſerint in alea, communione priventur.

CAP. XLIII. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione privetur; ſimiliter etiam laicus.

Quod Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus non debeat uſuras accipere.

Diſt. 47. Epiſcopus.

CAP. XLIV. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uſuras a debitoribus exigens, aut deſinat, aut certe damnetur.

Quod non debeat Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus cum hæreticis orare.

CAP. XLV. Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, qui cum hæreticis

oraverit, tantummodo communione privetur : si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur.

Quod non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.

2 Corinth. 6. CAP. XLVI. Epiſcopum, aut Presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus, quæ enim conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

Quod Eccleſiæ baptiſmate baptizatus denuo baptizari nondebeat, & non ita baptizatus debeat baptizari.

Diſt. 32. c. Præter. §. Sciendum. CAP. XLVII. Epiſcopus, aut Presbyter, ſi eum, qui ſecundum veritatem habuerit baptiſma, denuo baptizaverit: aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur, tanquam deridens crucem, & mortem Domini, nec Sacerdotes a falſis ſacerdotibus jure diſcernens.

Laicum pellentem ſuam conjugem communione privandum.

CAP. XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione privetur.

Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.

CAP. XLIX. Si quis Epiſcopus, *Matth. 28.* aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſed in tribus ſine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abjiciatur.

Quod non debeat una merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, provenire.

CAP. L. Si quis Epiſcopus, aut *De conſecrat.* Presbyter non trinam merſionem *Diſt. 4. c. Si* unius myſterii celebret, ſed ſe- *quis Presbyter.* mel mergat in baptiſmate, quod *Matth. ult.* dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, ſed Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

(a) *Expliciunt Canones* (b) *Apoſtolorum.*

(a) *Expliciunt Canones*] Add. *qui dicuntur.*

(b) *Apoſtolorum*] Ac tot quidem Dionyſius Scytha vertit, quot a Sancta Romana Eccleſia receptos Anaſtaſius & Hincmarus teſtantur. Sane reliquis Canonibus inſerta ſunt quædam quæ nonniſi longo poſt tempore ſtatuta videntur. Nam Canon 52 contra Novatum ſcriptus, eſt qui primus lapſis Eccleſiæ pacem denegavit, & clementiæ Dei intercedere auſus eſt. Canon 53 contra Manichæos, ne abſtinentiæ prætextu pernicioſa hæreſis occultaretur: hanc enim ejus Decreti rationem Patres Can. 32. Concilii Bracarenſis reddunt: alioquin enim, ut Beatus Auguſtinus, lib. 30 contra Fauſtum, cap. 5, ait, *Semper fuerunt qui in Eccleſia non à carnibus ſolum, ſed & à quibuſdam frugibus terræ abſtinérent, vel ſemper, vel paucis, vel certis diebus atque temporibus, vel fere per quadraginta, omnes quanto quiſque magis, vel minus vellet, poſſetve.* Canon 68 Africanum errorem qui B. Cypriani temporibus inoleverat, & non paucos etiam ex Orientalibus infecerat, ſapit, ut & 46 horum veſtutiorum, niſi Nicæno ſale condiatur. Quod Nicolaus Fabet vir doctiſſimus admonuit.

CODEX CANONUM.

IN SACRATISSIMA

QUATUOR *CONCILIA UNIVERSALIA*

PRÆFATIO.

NON nova, LECTOR, aut noſtra hic vides, ſed vetera, ac totius orbis conſenſu jam olim approbata, piaque tot retro ſæculorum fide confirmata, quæ nos magna ſane religione fideliter exſcripſimus nunc primum ex vetuſtiſſimis quibuſdam Codicibus, ipſa etiam antiquitate literarum venerandis, ut ex eis hoc noſtrum ſæculum, cujus fidem & religionem nonnulli perturbant, majorum noſtrorum fidem, diſciplinamque & eccleſiaſticam inſtitutionem plenius cognoſcat. Supervacaneum quidem videri merito deberet ullos nunc teſtes adduci pro aſſerenda tam ſacrorum Conciliorum authoritate quam tot ſæculis omnis atteſtatur ac recipit Eccleſia Chriſti, niſi eſſent hoc tempore plerique, qui non ſolum Theologorum veterum juxta, recentiumque interpretationes, velut hominum dicta, contemptim rejiciunt, ſed etiam Sanctorum Patrum ſacros Canones, ac Summorum Pontificum Decreta, Regulaſque Eccleſiaſticas, quamlibet pias, ac religioſe hactenus obſervatas, tanquam humanas traditiones contemnunt. Quaſi non juſſerit Chriſtus, ut audiamus Eccleſiam, quam ſacra Concilia repræſentant, nec dixerit ſe in medio eorum eſſe, & qui vos ſpernit, me ſpernit. *Certe Paulus Apoſtolus, qui ait Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis, celebrato Hieroſolymis Concilio propter diſſentionem fratrum de obſervatione legis,* perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum, *quæ illi eo in Concilio ſtatuerant. Ita enim ſubdit Lucas in textu:* Cum autem pertranſirent civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis. *Quod autem tunc erant in Eccleſia Dei Apoſtoli ac ſeniores, hoc poſtea fuerunt Epiſcopi & Presbyteri in locum illorum ſuccedentes. Nemo igitur Catholicorum poterit juſte contemnere quæ in ſacris Conciliis a Sanctis Patribus ſunt inſtituta. Si enim una eſt Eccleſia Chriſti, una quoque ac eadem eſt ejus authoritas in omnibus legitime celebratis Conciliis, in iis maxime quæ tot ſæculorum conſenſu ac veneratione ſunt univerſaliter comprobata. Quanta igitur fuerit jam mille annis & amplius per omnem Eccleſiam Chriſti quatuor principalium Conciliorum authoritas, ex ſubſcriptis teſtimoniis publicis cognoſcere licebit.*

Matth. 18. Luc. 10.

1. Timot. 3.

Act. 15.

Act. 16.

JUSTINIANUS IMPERATOR
IN CODICE LEGUM,
AD JOANNEM PAPAM II.

Tit. *De ſumma Trinitate & Fide Catholica.*

L. Nos reddentes.

SUSCIPIMUS autem ſancta quatuor Concilia, hoc eſt trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe congregati ſunt; CL ſanctorum Patrum, qui in hac regia urbe convenerunt; ſanctorum Patrum, qui in Epheſo primo congregati ſunt, & ſanctorum Patrum qui in Chalcedone convenerunt, ſicut veſtra Apoſtolica Sedes docet atque prædicat. Omnes ergo Sacerdotes ſequentes doctrinam Apoſtolicæ Sedis veſtræ ita credunt & confitentur & prædicant. Et ſupra. *Ideoque omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus & ſubjicere, & unire Sedi veſtræ Sanctitatis properavimus.*

IDEM IN AUTHENTICIS, COLLATIONE IX

Tit. 6. *De Eccleſiaſticis Regulis & Privilegiis*, in principio.

SANCIMUS igitur vicem legum obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas, quæ a ſanctis quatuor Conciliis expoſitæ ſunt aut firmatæ. Hoc eſt in Nicæna CCCXVIII, & in Conſtantinopolitana ſanctorum CL Patrum, & in Epheſina prima, in qua Neſtorius eſt damnatus, & in Chalcedonia, in qua & Eutyches cum Neſtorio anathematizatus eſt. Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata, ſicut ſanctas Scripturas, accipimus; & regulas, ſicut leges, obſervamus. Ideoque ſancimus, ſecundum earum diffinitiones, ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum, beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos novæ Romæ ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam Sedem ſenioris Romæ: aliis autem omnibus ſedibus præponatur.

GELASIUS PAPA I, IN DECRETIS GRATIANI.

Diſtinct. XV. C. Sancta Romana.

SANCTA Romana Eccleſia, poſt illas Veteris Teſtamenti & Novi Scripturas, quas regulariter ſuſcipimus, etiam has ſuſcipi non prohibet: ſanctam Synodum Nicænam CCCXVIII Patrum, mediante Conſtantino Maximo Auguſto, in qua Arius hæreticus condemnatus eſt; ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam,

CODEX CANONUM.

mediante Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit; ſanctam Synodum Epheſinam primam, in qua Neſtorius damnatus eſt, conſenſu beati Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo, Alexandrinæ Sedis Pontifice, & Arcadio Epiſcopo ab Italia deſtinato; ſanctam Synodum Chalcedonenſem, mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana & Eutychiana hæreſis ſimul cum Dioſcore, ejuſque complicibus damnatæ ſunt. Sed & ſi qua ſunt Concilia a Sanctis Patribus hactenus inſtituta, poſt iſtorum quatuor authoritatem etiam cuſtodienda & recipienda mandamus & decernimus.

GREGORIUS PAPA I, IN REGISTRO, LIB. I.

Cap. XXIV. in fine.

Rom. 10.

PRÆTEREA, *quia* Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, *ſicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor: Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur; Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur; Chalcedonenſe vero in quo Eutychis* * *Dioſcorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio. Quia in his, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit; & cujuſlibet vitæ atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe videatur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epiſtola quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, & Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur; ſcripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu* * *invidentiæ prolata, refutantur. Cunctas vero perſonas, quas præfata veneranda Concilia reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector. Quia dum univerſali conſenſu ſunt conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere quos ligant, aut ligare quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis vero prædictarum Synodorum fidem tenet, pax ei ſit à Deo Patre, per Jeſum Chriſtum Filium ejus qui cum eo vivit & regnat conſubſtantialiter Deus, in unitate Spiritus Sancti, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

Al.* *Eutycetis.*

Al.* *dementiæ.*

Ne vero temere hæc præmittere videamur, reperimus hoc ultimum teſtimonium [licet non totum] in tertio quoque volumine, quo nunc exſcribendo utimur, præmiſſum. Multo quidem plura poſſent afferri digna teſtimonia, ſed hæc brevitatis gratia ſufficiant.

PRÆFATIO

Digitized by Google

PRÆFATIO IN CONCILIUM NICÆNUM.

CODEX CANONUM.

TANTÒ ſane certius ac ſacratius nobis eſſe debet hoc Concilium, quantò contentioſius totus olim orbis Chriſtianus variis propter ipſum concuſſus eſt tumultibus & diſſidiis, dum contra illud inſurgeret totis conatibus mundi Dominus, Imperator Conſtantius Auguſtus, Conſtantini Maximi filius. Congregans enim multa & numeroſa Epiſcoporum Concilia, jam in Oriente, jam in Occidente, quibus acta ſacratiſſimi hujus Concilii reſcinderent, in eam poſtremò anguſtiam redegit Eccleſiam Catholicam, ut in tribus tantùm Epiſcopis aſſertio ejus fidei conſiſtere videretur, teſte Hieronymo, in Athanaſio videlicet Alexandrino, Hilarioque Pictavienſi & Romano Pontifice Liberio. Hos tamen ille ſic exagitavit exiliis, & perſecutionibus, ut Liberius tandem fractus ærumnis in ſententiam impii Principis, dum reſtitueretur, ceſſiſſe ſit judicatus. Niſi igitur in ſoliditſima fidei petra (ſupra quam Eccleſiam ſuam extruxit Chriſtus) fuiſſent decreta, & acta hujus Concilii per Spiritum ſanctum fundata, prævaluiſſent utique tam præpotentes illæ inferorum portæ, quæ ſæpe CCC & ampliùs Epiſcoporum ſubſcriptionibus per varia Concilia, Mediolani, Arimini, Syrmii, Seleuciæ, Antiochiæ, &c. à Conſtantio Auguſto convocata, ſacroſanctam hujus Concilii fidem abolere nitebantur, id quod ex hiſtoriis, Eccleſiaſtica & tripartita notiſſimum eſt, nos hic, brevitatis gratiâ, unius Hilarii verba quædam, ex ejus in Conſtantium invectiva præfando recitabimus.

CONCILIUM NICÆNUM.

Matth. 16.

Ex invectiva Hilarii Epiſcopi Pictavienſis in Conſtantium Auguſtum.

OMNE itaque, quod probatum anteà eſt, damnare jubes, quod improbatum ſemper eſt, ſanctificari compellis. O tu, ſceleſte, quod ludibrium de Eccleſia facis? Soli canes ad vomitum ſuum redeunt: tu ſacerdotes Chriſti reſorbere ea quæ expuerant, coegiſti. Probare eos id in confeſſionibus ſuis præcipis, quod ante damnaverant; in negando reos ſuos abſolvunt, & ſeipſos reos reddunt. Omnia in impietatem & reatum detruſiſti, dum omnes reos ſe eſſe atque impios aut ex præſentibus ſtatuunt, aut ex præteritis confitentur. Non recipit mendacium veritas, nec patitur religio impietatem. Chriſtianum te loqueris, ſed quàm non ſis ipſe teſtaris; nec confeſſioni tuæ geſta conveniunt, ſubſtraviſti enim volun-

Proverb. 26. 2. Petri.

tati tuæ, ſed & violentiæ. Et ô quantis ad impietatem proficis incrementis! Et cæteri quidem mortales ſemper cum vivis bella geſſerunt, dum hujuſmodi ad hominem ultra mortem nihil cauſæ eſt; tibi verò inimicitiarum nullus eſt finis. Receptos enim jam in æternam quietem patres noſtros laceſſis, & in decreta eorum perverſus irrumpis. Apoſtolus communicare nos Sanctorum memoriis docuit; tu eas damnare coegiſti. Eſtne aliquis hodie aut vivus, aut mortuus, cujus tu dicta non reſcideris? Epiſcopatus ipſos qui nunc videntur, ſuſtuliſti; quia nemo non jam per ſe damnatus eſt, & eum à quo ſacerdotium ſumpſit, non jam & ipſe damnavit, cùm nunc Sanctorum memoriæ communicabitur. Anathema tibi trecenti decem & octo, convenientes apud Nicæam Epiſcopi ſunt; anathema deinde omnes, qui variis exinde expoſitionibus aſſuerunt. Ipſe quoque pridem jam mortuus anathema tibi pater tuus, cui Nicæa Synodus fuit curæ: quam tu falſis opinionibus inſamatam perturbas, & contra humanum divinumque judicium cum paucis ſatellitibus tuis prophanis impugnas. Sed non licet tibi nunc regno potenti etiam in poſterum præjudicare: extant enim litteræ, quibus id, quod tu criminoſum putas, piè tunc eſſe ſuſceptum docetur. Audi verborum ſanctam intelligentiam, audi Eccleſiæ imperturbatam conſtitutionem, audi patris tui profeſſam fidem, audi humanæ ſpei confidentem ſecuriatem, audi hæreticæ damnationis publicum ſenſum; & intellige te divinæ religionis hoſtem, & inimicum memoriis * authorum, & paternæ pietatis hæredem rebellem. *Hæc Hilarius.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

Al.* *Sanctorum.*

Quanta igitur exiſtimari debet Nicænæ fidei firmitas & certitudo, quam neque potentia atque verſutia Conſtantii Auguſti, neque ingenium & apoſtaticum odium Juliani Imperatoris, neque decem & ampliùs Concilia numeroſa ſubſcribentium Epiſcoporum, nec item Valentis Auguſti & Juſtinæ Auguſtæ impii conatus, nec denique tot populorum, barbararumque in Gothis, Vandaliſque gentium ſævæ impugnationes evertere atque abolere potuerunt. Fundata enim erat ſupra firmam petram: ideo nec pluviæ ſubſcriptionum Epiſcopalium, nec flumina popularium vexationum, nec ſævi perſecutionum imperialium, regaliumque venti in domum iſtam irruentes eam evertere valuerunt. Stetit immota illius fidei veritas, atque invicta authoritas, dum tot, tantiſque quaſſaretur hæreticorum turbinibus & procellis; permanſit deinde inquieta certitudinis poſſeſſione annis plus mille ad hæc uſque tempora periculoſa, in quibus audax impietas hujus quoque Concilii, ut omnium pia inſtituta ſuggillare non formidat, dum alius ordines ſacros, alius Homouſii vocabulum contemnit, & odit: Sed facilè ſuſtinebit hos novorum hoſtium impetus & incurſus Synodus illa, tot jam ſæculis firmiſſimè radicata,

Matth. 7.

Eſa. 40.

Pſal. 118.

& per verbum Domini, cui innititur in æternum permanſura, quicquid in illam dicant, agantque audaces Apoſtatæ. Sic enim publica lege ante M. C. *annos de ea ſtatuerunt pii Principes Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius. Arceantur eundorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ, unius & ſummi Dei nomen ubique celebretur; Nicænæ fidei dudum à majoribus traditæ, & divinæ religionis teſtimonio atque aſſertione firmatæ obſervantia ſemper manſura teneat. Religioſe autem obſervat numerum Epiſcoporum, qui huic interfuerunt Synodo, divus Hilarius in eo quem ad Germaniæ Galliarumque Epiſcopos ſcripſit, tractatu:* Et mihi quidem (*inquit*) ipſe ille hic numerus ſanctus eſt, in quo Habraam victor regum impiorum ab eo, qui æterni ſacerdotii eſt forma, benedicitur. *Cæterùm de numero Canonum ejus non una eſt omnium ſententia: nunc enim ſolum* XX *aſſignantur ejus Canones; at in Epiſtolis Athanaſii, & Julii Papæ* LXX *Canones fuiſſe memorantur. Hæc enim ſunt verba (uti refert Gratianus) Beati Athanaſii ad Marcum Romanum Pontificem.* Septuaginta Nicæni Concilii Capitula, quæ de præfata Synodo, jubente Domino meo Alexandro, Decreta omnium Epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, ut à ſe de ſanctæ Eccleſiæ veſtra authoritate percipere per præſentes legatos mereamur. Item præſentibus nobis LXX in memorata Synodo Capitula tractata ſunt, triginta à Græcis græcâ edita linguâ, & triginta à Latinis ſimiliter edita latinâ linguâ: ſed viſum eſt CCCXVIII Epiſcopis Spiritu ſancto repletis, & maximè jam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ Sedis Apocriſariis, ut decem Capitula adunarentur aliis, atque aliis congruis locis inſererentur, & ad formam LXX diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum LXX tanti, & tam excellentis Concilii fierent Capitula, quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem. *Quomodò ergo viginti tantùm Capitula in Nicæna Synodo ſtatuta dicuntur, cùm* LXX *Capitula (ut Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? His ita reſpondetur, Capitula Nicænæ Synodi quædam in diſſuetudinem abierunt,* XX *tantùm in Romana Eccleſia habentur. Unde Stephanus Papa, Luthobio Epiſcopo Moguntino ſcribens, ait:* Viginti tantùm Capitula Nicænæ Synodi in ſancta Romana Eccleſia habentur. *Sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur Antiocheno Concilio eſſe ea inſerta. Hæc ibi. Nunc ea proſequamur, quæ in vetuſtis Codicibus noſtris continentur.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

C. de ſummâ Trinit. & fid. Cat. lib. 2.

Gen. 14.

Diſt. 16. c. Septuaginta.

Luc. 10.

Nonnulla in Sardicenſe Concilium tranſlata ſunt, ut patet infra ex præfatione Carthag. Concilii.

Incipiunt tituli Canonum Nicæni Concilii, numero XX.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

1 De Eunuchis, & qui ſeipſos abſciderunt.
2 De his, qui ex gentilibus poſt baptiſma ad Clericatûs ordinem promoventur.
3 De ſubintroductis mulieribus.
4 De his, qui ad Epiſcopatum in provinciis provehuntur.
5 De excommunicatis.
6 De privilegiis, quæ quibuſdam civitatibus competunt.
7 De Epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.
8 De his, qui dicuntur Cathari, id eſt, mundi.
9 De his, qui ad honorem Preſbyterii ſine examine provecti ſunt.
10 De his, qui in perſecutionibus negaverunt, & poſtmodùm in Clero promoti ſunt.
11 De laicis, qui negaverunt.
12 De his, qui abrenunciaverunt, & iterum ad ſæculum ſunt regreſſi.
13 De his, qui communionem tempore mortis expoſcunt.
14 De Catechumenis lapſis.
15 Quod non oporteat demigrari.
16 De his, qui in Eccleſiis, in quibus provecti ſunt, minimè perdurârunt.
17 De Clericis uſuras accipientibus.
18 De privilegiis Presbyterorum.
19 De his, qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.
20 De flectendo genua.

Incipit conſtitutio & fides (a) *Nicæni Concilii, ſubditis Capitulis ſuis.*

FACTA eſt autem hæc Synodus apud Nicæam Bithyniæ, Conſulatu Conſtantini Auguſti, & Licinii, XIII Calendarum Juliarum, qui eſt apud Græcos XVIII dies menſis eorum * ſecundùm Alexandriam XXXI. Et placuit, ut hæc (b) omnia mitterentur ad Epiſcopum urbis Romæ Silveſtrum.

Al. * *Apud.*

CREDIMUS (c) in unum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium, necnon & inviſibilium factorem: Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre uni-

(a) *Nicæni Concilii*] Fuit & alia Nicæna Synodus Ariana ab Urſacio & ſuis collecta in Nicæa urbe Græciæ, ut ſimilitudine nominis ſimpliciores deciperentur, quæ Synodo Romana ſub Damaſo ſtatim damnata eſt. Tripartit. lib. 5, cap. 25 & 29. unde fortaſſis fides illa Romanorum nomine, quæ & Exemplar fidei catholicæ.

(b) *Omnia*] Ex Græco in Latinum verſa ſermone.

(c) *Credimus in unum Deum*] Refertur & ab Hilario lib. de Synodis adversùs Arianos, p. 136.

genitum, hoc eſt ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero, natum, (a) non creatum, Homouſion, hoc eſt, ejuſdem ſubſtantiæ. Per quem omnia facta ſunt, cœleſtia & terrena. Qui propter nos homines, & propter ſalutem noſtram, deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertiâ die. Aſcendit in cœlum, venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat, & priuſquam naſceretur, non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia dicunt eſſe Trepton, hoc eſt, convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Incipit Præfatio SS. Concilii.

CONCILIUM ſacrum, venerandi culmina juris
Condidit, & nobis congrua fræna dedit.
Ut bene fundatus, juſto moderamine poſſit,
Intemerata gerens, clericus ordo regi.
Pontifices ſummi veterum præcepta ſequentes,
Planiùs hæc monitis expoſuêre ſuis.
Hinc fidei noſtræ ſe pandit ſemita, & omnes
Errorum damnant dogmata ſancta vias.
Quiſque Dei famulus fuerit, Chriſtique ſacerdos,
Hoc ſale conditus, dulcia mella fluit.

(b) *Incipiunt Canones Nicæni Concilii.*

IN inveſtigandis Petri Pithœi monumentis, iis præcipuè quæ ex antiquiſſimis Codicibus collegerat, feliciſſimè obvenit ſchedæ ipſius manu exſcripta, & ſic inſcripta: Quæ nobis ad integram Synodorum Eccleſiaſticarum, ſive Conciliorum editionem, præter jam publicatorum emendationes, Deus adhuc contulit, hæc ſunt, &c. Canonum Nicænorum Latinæ editiones antiquæ quatuor, ex uno eodemque vetuſtiſſimo exemplari, in quo binæ binis è regione oppoſitæ.

Harum quatuor editionum, quibus noſtram adornamus, meminit Franciſcus Turrianus in defenſione pro Canonibus Apoſtolorum, & Epiſtolis Decretalibus Pontificum Apoſtolicorum, lib. 5, cap. 23, edit. Pariſ. ann. 1573, pag. 454, his verbis: Iſidori meminit Igmarus Archiepiſcopus Rhemenſis in libro de variis Capitulis Eccleſiaſticis, cap. 27, de tranſlatione è Græco Conciliorum & Canonum, ſic enim ait: Et Beatus Iſidorus, in Collectario ſuo de Canonibus, quatuor editiones Nicæni Concilii compaginavit.

(a) *Non Creatum*] V. C. *non factum ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, non factum unius ſubſtantiæ cum Patre*, quod Græci dicunt.

(b) *Incipiunt Canones, &c.*] Vetus exemplar meum, *Incipiunt Canones ſancti & magni Nicæni Concilii, quod habitum eſt tempore Conſtantini Imperatoris ab Epiſcopis 318, in civitate Nicæa Metropoli Bithyniæ, Paulino & Juliano Conſulibus, XII. Kal. Jul. æra* CCCLXI. Sic & in collectario Iſidori.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

EDITIO I.

De Eunuchis, & qui ſeipſos caſtraverunt.

CAP. I. Si quis à medicis per languorem deſectus eſt, aut à Barbaris abſciſus, hic in Clero remaneat. Si quis autem ſe ſanus abſcidit, hunc & in Clero conſtitutum abſtinere conveniet, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret quod de his qui rem hanc affectant, audentque ſemetipſos abſcidere, dictum ſit: ſic eos quos aut barbari aut domini caſtraverunt, ſi inveniuntur aliàs digniſſimi, tales ad Clerum ſuſcipit regula.

Dist. 55. c. Si quis.

De his qui ex Gentilibus poſt baptiſma ad Clericatùs ordinem promoventur.

CAP. II. Quoniam plura, aut per neceſſitatem, aut aliàs, cogentibus hominibus, adversùs Eccleſiaſticam facta ſunt regulam, ita ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & inſtructos brevi tempore, mox ad lavacrum ſpirituale perducerent; optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſma probatione quamplurima. Manifeſta eſt enim Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: *Nòn Neophytum n, è in ſuperbiam elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli.* Si verò proceſſu temporis aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur hujuſmodi, & à duobus vel tribus teſ-

Dist. 48. Quoniam.

2. Tim. 3.

EDITIO II.

De his qui ſe abſcidunt, aut caſtraverint.

CAP. I. Si quis per languorem à medicis ſectus eſt aut a Barbaris abſciſus, iſte remaneat in Clero. Si quis autem ſanus ſe abſcidit, iſtum in Clero poſitum abſtinere oportet, & de cætero nullum talium debere promoveri. Sicut autem hoc manifeſtum eſt, quia de his qui hanc rem excogitant, audentque ſe abſcidere, dictum eſt, ſic eos qui à Barbaris aut a dominis caſtrati ſunt, ſi inveniuntur digni, tales ad Clerum applicat Canon.

De his qui ex Ethnicis poſt baptiſma ad Clerum applicantur.

CAP. II. Quia multa, aut neceſſitate aut aliter feſtinantibus hominibus facta ſunt contra Canonem Eccleſiaſticum, ut homines ex gentili vita, nuper accedentes ad fidem & in parvo tempore catechizati, ſtatim ad ſpirituale lavacrum ducantur, & ſimul cum baptizati fuerint promoveantur ad Epiſcopatum aut ad Preſbyterium, hene haberi placuit de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore eſt opus ei qui catechizatur, & poſt baptiſma approbatione ampliore. Manifeſta etenim eſt Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: *Non Neophytum, nè ſortè in ſuperbiam elatus, in judicium incidat, & laqueum Diaboli.* Si autem procedente tempore aliquod

Digitized by Google

EDITIO III.

De Exciſis.

CAP. I. Si quis per ægritudinem vel à medicis ſectus eſt vel à Barbaris caſtratus eſt, iſte permaneat in Clero. Quòd ſi quis ſemetipſum ſanus abſcidit, hic etiam, etſi eſt in Clero, ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut ergo de his qui vel affectaverunt, vel auſi ſunt ſeipſos abſcidere, hæc quæ diximus ſtatuta ſunt: ita ſi qui vel à Barbaris, vel à dominis ſuis Eunuchi facti ſunt, & probabilis vitæ ſunt, tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula.

De Neophitis neque Preſbyteros neque Epiſcopos faciendis.

CAP. II. Quoniam multa ſive per neceſſitatem, ſive aliàs cogentibus contra regulam Eccleſiaſticam geſta ſunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem & parvo tempore catechizati, vel inſtructi, ſtatim cum ad ſpiritualem baptiſmum venerint, & continuò baptizati fuerint, etiam ad Epiſcopatum vel Presbyterium proveherentur, rectum eſſe viſum eſt de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt ut ſit cathecuminus, & poſt baptiſma multa probatione indiget. Evidens namque eſt Apoſtolicum præceptum docens: *Non Neophytum, nè elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli.* Si verò procedente tempore, quod animæ noceat, peccatum inventum fuerit in ea perſona, &

EDITIO IV.

De Eunuchisqui ſeipſos abſcidunt.

CAP. I. Si quis in ægritudine vel à medicis ſectus eſt, vel à Barbaris caſtratus eſt, placuit ut iſte permaneat in Clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit, etiam ſi eſt in Clero, ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui vel affectaverunt, vel auſi ſunt ſeipſos abſcidere, hæc quæ diximus ſtatuta ſunt: ita ſi qui vel à Barbaris vel à dominis ſuis eunuchi facti ſunt, & probabilis vitæ ſunt, tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula ordinandum ad Clerum.

De his qui poſt baptiſma ſtatim ad Clerum applicantur.

CAP. II. Quoniam multa ſive pro neceſſitate, ſive ex quacunque cauſa contra regulam geſta ſunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtituti ſtatim cum ad ſpirituale baptiſmum veniſſent, & continuò cum baptizati ſunt etiam ad Epiſcopatum, vel ad Preſbyterium provecti ſunt. Rectè igitur viſum eſt de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt ut ſit cathecuminus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Evidens namque eſt Apoſtolicum præceptum docens: *Non Neophytum, nè fortè elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli.* Si verò procedente tempore mortale aliquod peccatum admiſerit, & convictus duobus vel tribus teſtibus fuerit, ceſſabit à Clero qui hujuſmodi

Codex Canonum.	Editio I.	Editio II.
Concilium Nicænum.	tibus arguatur, à Clero talis abſtineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quaſi contra magnum Concilium ſe efferens, ipſe de Clericatûs honore periclitabitur.	animæ peccatum inveniatur circa hujuſmodi perſonam, & convincatur à duobus vel tribus teſtibus, deceſſet à Clero. Si quis autem prætet hæc facit, quaſi adversùm magnum Concilium ſuperveniens, ipſe periclitabitur de Clero.
	De ſubintroductis mulieribus.	*De commanentibus mulieribus.*
Diſt. 32. c. Interdixit.	Cap. III. Interdixit per omnia magna Synodus, non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in Clero eſt, licere, ſubintroductam habere mulierem: niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.	Cap. III. Interdixit omnimodo ſanctum Concilium neque Epiſcopum, neque Preſbyterum, neque Diaconum, neque ex toto eum qui in Clero eſt, habere ſecum introductam mulierem, niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam, aut eas ſolas perſonas, quæ refugiunt omnes ſuſpiciones.
	De his, qui ad Epiſcopatum in provinciis provehuntur.	*De Ordinatione Epiſcoporum.*
Diſt. 64. c. Epiſcopi.	Cap. IV. Epiſcopum convenit maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in provincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur; firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamque provinciam, Metropolitano tribuatur Epiſcopo.	Cap. IV. Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus qui ſunt intta provinciam Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile erit, aut propter urgentem neceſſitatem, aut propter longitudinem itinetis, omnimodis tribus in unum convenientibus, conſentientibus & his qui abſentes ſunt Epiſcopis, & ſpondentibus per ſcripturam, tunc manus impoſitionem fieri. Confirmatio aurem eorum quæ fiunt, danda unicuique ſuæ provinciæ Metropolitano.

EDITIO III.

convincitur duobus vel tribus teſtibus, ceſſabit à Clero qui hujuſmodi eſt. Si quis verò præter hæc facit, tanquam contraria ſtatutis ſancti hujus Concilii gerens, etiam ipſe de ſtatu ſui ordinis periclitabitur.

De Synodicis actis.

CAP. III. Omnimodis interdixit ſancta Synodus, neque Epiſcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ulli omnino Clericorum permittit habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater ſit, aut ſoror, aut amita. In his namque perſonis & harum ſimilibus omnis ſuſpicio declinatur. Qui aliter præter hæc agit, periclitabitur de Clero ſuo.

De Epiſcopis à Comprovincialibus ordinandis.

CAP. IV. Oportet Epiſcopum maximè quidem ab omnibus qui ſunt in provincia Epiſcopis ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, ſive urgente neceſſitate, ſive itineris longitudine, certè omni modo tres Epiſcopi in unum debent eſſe congregati, ita ut etiam cæterorum abſentium conſenſum & ſententiam per litteras teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad Metropolitanum.

EDITIO IV.

eſt. Si quis verò præter hæc facit, tanquam contraria ſtatutis ſancti Concilii gerens, etiam ipſe periclitabitur de ſtatu ſui Cleri.

De ſubintroductis mulieribus.

CAP. III. Omnimodis interdicit ſancta Synodus, neque Epiſcopo, neque Preſbytero, neque Diacono, neque ulli Clericorum, licere permitti habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater, aut ſoror, aut cia, id eſt, vel amita, vel matertera ſit. In his namque ſolis perſonis & harum ſimilibus omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinabitur. Qui autem præter hæc agit periclitatur de Clero ſuo.

Qualiter Epiſcopi debeant ordinari.

CAP. IV. Epiſcopum oportet ab omnibus Epiſcopis, ſi fieri poteſt, qui ſunt in provincia ejus ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel urgente neceſſitate, vel itineris longitudine, certè tres Epiſcopi debent in unum eſſe congregati, ita ut etiam cæterorum qui abſentes ſunt, conſenſum litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad Metropolitanum Epiſcopum.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

11. q. 3. *ſervantur.*

EDITIO I.

De Excommunicatis.

CAP. V. De his qui Communione privantur, ſive ex Clero, ſive ex Laico ordine, ab Epiſcopis per unamquamque provinciam, ſententia regularis obtineat; ut hi, qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate aut contentione vel alio quolibet Epiſcopi vitio videatur à congregatione ſecluſus. Ut hoc ergo decentiùs inquiratur, benè placuit, annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno Concilia celebrari: Ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis (a) provinciæ, diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones. Et ſic qui ſuo peccaverunt evidenter Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus * extimentur, uſquequò, vel in communi, vel Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia verò celebrentur, unum quidem ante Quadrageſimam Paſchæ: ut omni diſſenſione ſublatâ, munus offeratur Deo puriſſimum. Secundum verò, circa tempus autumni.

Al. * *æſtimentur.* *Diſt. 18. c. Habeatur.*

EDITIO II.

De Excommunicatis.

CAP. V. De his qui excommunicantur, ſive de Clero ſint, ſive de Laïco agmine, ab Epiſcopis per ſingulas provincias obtineat ſententia juxtà Canones, eos qui ab aliis abjiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem ne puſillanimitate aut pertinaciâ, aut aliâ aliquâ Epiſcopi moleſtiâ videantur excommunicati. Ut ergo hoc decentiùs requiratur, benè placuit ſingulis annis per ſingulas provincias bis in anno Concilia fieri, ut omnibus ſimul Epiſcopis in unum congregatis, tales quæſtiones inquirantur, & ita qui ſuum manifeſtè offenderint Epiſcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes eſſe putentur, quandiù aut in commune aut Epiſcopo placeat humaniorem pro his ferre ſententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante Quadrageſimam, ut omni puſillanimitate ſublatâ, munus mundum offeratur Deo. Secundum autem, circa tempus Autumni.

(a) *Provinciæ*] Innocentius, Epiſtolâ ad Victricium.

Digitized by Google

EDITIO III.

De his qui excommunicantur, ſive Clericis ſive Laïcis.

CAP. V. De his qui excommunicantur ab Epiſcopis ſuis per ſuas quaſque provincias, ſervetur iſta ſententia ſecundùm Canonem, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiratur ſanè ne ſortè quis pro aliqua indignatione animi, aut contentione, aut qualibet commotione ſtomachantis Epiſcopi abjectus ſit. Ut ergo hæc dignâ poſſint examinatione perquiri, rectum eſſe viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis bis in anno Epiſcoporum Concilia fieri, ut ſimul in unum convenientes Epiſcopi ex univerſis provinciis hujuſmodi examinent quæſtiones, & ita demum hi qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſam meritò contraxerint, dignè etiam à cæteris Epiſcopis excommunicati ſint, uſquequò in commune omnibus aut ipſi Epiſcopo ſuo placeat humaniorem circa eos ferre ſententiam. Fiant autem Concilia ſemel quidem ante dies Quadrageſimæ, ut omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum ſolemne Deo munus poſſit offerri. Secundum verò fiat circa tempus autumni.

EDITIO IV

De Excommunicatis Clericis vel Laicis.

CAP. V. De excommunicatis Clericis vel Laïcis ſervetur & iſta ſententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad Communionem non recipiantur. Requiratur ſanè quis ex aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet alia commotione ſtomachantis Epiſcopi excommunicatione abjectus ſit. Ut ergo dignâ hæc poſſint examinatione perquiri, rectè viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis bis in anno Epiſcoporum Concilium fieri, ut ſimul in unum convenientes ex communi provincia hujuſmodi examinent quæſtiones, ut ita demum hi qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas meritò contraxerint, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in commune vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ſententiam. Habeatur autem ſemel Concilium ante dies Quadrageſimæ, ut omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum ſolemne Deo munus poſſit offerri. Secundum verò agatur circa tempus autumni.

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

EDITIO I.

De Privilegiis quæ quibuſdam Civitatibus competunt.

Diſt. 65. c. mos antiquus. CAP. VI. Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem. Quia & urbis Romæ Epiſcopo (a) parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque provincias, ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt quòd ſi quis præter *Diſt. 64. c. Fid.* ſententiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus, hunc magna *Diſt. 63. c. Sanc.* Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundùm Eccleſiaſticam regulam comprobato: duo aut tres, propter contentiones proprias, contradicunt: obtineat ſententia plurimorum.

De Epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.

Diſt. 65. c. quoniam mos. CAP. VII. Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Æliæ Epiſcopus honoretur: habeat honoris conſequentiam, ſalvâ Metropoli propriâ dignitate.

EDITIO II.

De Privilegiis quæ quibuſdam Civitatibus competunt.

CAP. VI. Antiqui mores obtineant qui apud Ægyptum ſunt & Libiam & Pentapolim, ut Alexandriæ Epiſcopus omnium exhibeat ſollicitudinem, quia & urbis Romæ Epiſcopo ſimilis mos eſt. Similiter autem & circa Antiochiam & in cæteris provinciis privilegia propria reſerventur Metropolitanis Eccleſiis. Omnino autem manifeſtum eſt illud, quia ſi quis præter conſilium Metropolitani factus fuerit Epiſcopus, hunc Concilium definivit non debere eſſe Epiſcopum. Si verò communi omnium decreto rationabili & ſecundùm Canonem Eccleſiaſticum probato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

De Epiſcopo Æliæ, id eſt, Iheroſolymorum.

CAP. VII. Quia antiqua traditio obtinuit, ut Heliæ Epiſcopus honoretur, habeat ordinem honoris, ſalvâ tamen dignitate Metropolitani ejuſdem Provinciæ.

(a) *Urbis Romæ Epiſcopo*] Rufinus lib. 1, cap. 6. *& apud Alexandriam & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur; ut vel ille Ægypti, vel hic ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.* Athanaſ. Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

EDITIO III.

Quòd Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum.

CAP. VI. Teneat autem morem antiquum & Ægyptus vel Libia & Pentapolis; ita ut Epiſcopus Alexandriæ harum omnium habeat poteſtatem, quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia conſtitutus eſt. Itaque & in cæteris provinciis privilegia ſalva ſint Eccleſiarum. Omnino autem manifeſtum ſit hoc quòd ſi quis præter voluntatem Metropolitani fuerit Epiſcopus ordinatus, hunc ſtatuit hæc ſancta Synodus non debere eſſe Epiſcopum. Sane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter habito & ſecundùm Eccleſiaſticam regulam facto decreto, duo aliqui aut tres per contentionem ſuam contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

De honore Iheroſolymitani Epiſcopi.

CAP. VII. Quoniam antiquus mos obtinuit & vetuſta traditio, ut Heliæ, id eſt, Iheroſolymorum Epiſcoporum deferatur, habeat conſequenter honorem. Metropolitano ſua dignitas ſalva ſit.

EDITIO IV.

De Primatibus Epiſcoporum Metropolitanorum.

CAP. VI. Mos antiquus perduret in Ægypto vel Libia & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem & Romano Epiſcopo hoc quidem moris eſt. Similiter autem & apud Antiochiam cæteraſque provincias honor ſuus unicuique ſervetur Eccleſiæ. Per omnia autem manifeſtum eſt quod ſi quis præter voluntatem & conſcientiam Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum. Sane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato, & ſecundùm Eccleſiaſticam regulam ſtatuto, duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia Sacerdotum.

De honore Epiſcopi Iheroſolymitani.

CAP. VII. Quoniam mos antiquus obtinuit & vetuſta traditio, ut Heliæ, id eſt, Iheroſolymorum Epiſcoporum deferatur, habeat conſequenter honorem ſuum, manente tamen Civitatis Metropolitanæ propriâ dignitate.

Digitized by Google

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

EDITIO I.

*De his qui dicuntur * Cathari, id eſt, mundi.*

* *Hi ſunt novatiani.*

CAP. VIII. De his, qui ſe cognominant Catharos, id eſt, mundos, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto & magno Concilio, ut impoſitionem manus accipientes ſic in Clero permaneant. Hæc autem præ omnibus ſcriptis convenit profiteri, quòd Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ dogmata ſuſcipiant, & ſequantur. Id eſt, & bigamis ſe communicare, & his, qui in perſecutione prolapſi ſunt, ergo quos & ſpatia conſtituta ſunt & tempora definita: ita ut Eccleſiæ Catholicæ placita ſequantur in omnibus. Ubicunque verò, ſive in civitatibus ſive caſtellis ipſi ſoli reperti fuerint ordinati: qui inveniuntur in Clero, in eodem habitu perſeverent. Ubi autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo, vel Presbytero conſtituto quidam ex illis adveniunt: certum eſt, quod Epiſcopus Eccleſiæ habebit Epiſcopi dignitatem. Is autem, qui nominatur apud eos Epiſcopus, honorem Presbyterii poſſidebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo nominis eum ſui honore cenſeri. Si verò hoc ei minimè placuerit, providebit ei aut Corepiſcopatus, aut Presbyterii locum, ut in Clero prorſus eſſe videatur: ne in una civitate duo Epiſcopi probentur exiſtere.

v. q. VII c. ſi voluerint.

Duo hîc tanguntur errores Novatianorum.

EDITIO II.

De his qui nominant ſe Catharos.

CAP. VIII. De his qui nominant ſe Cathares aliquando accedentibus ad Catholicam Eccleſiam placuit magnæ & ſanctæ Synodo eos ordinatos ſic manere in Clero. Ante omnia autem profiteri ipſos per ſcripturam oportet quid ſentiant & ſequantur Catholica & Apoſtolica dogmata, hoc eſt, & bigamis communicare, & his qui in perſecutione dilapſi ſunt, circa quos & tempus conſtitutum eſt & dies diffinitus, ut ſequantur in omnibus quæ placuerunt Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo aut Presbytero. Ubicunque autem omnes ſive in caſtellis ſive in civitatibus ipſi ſoli inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in Clero, ſint in eodem habitu. Quotquot autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo aut Presbytero extante accedunt manifeſtum eſt quia Epiſcopus quidem Eccleſiæ habebit dignitatem Epiſcopi. Qui autem nominatur apud eos Epiſcopus, Presbyterii honorem habebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo honoris eum nomine frui. Si verò non hoc ei placuerit, providebit ei locum aut Corepiſcopatus aut Presbyterii, ut in Clero omnino eſſe videatur, quatinus non in una civitate duo Epiſcopi ſint.

EDITIO III.

De his qui dicuntur mundi, quo genere ſuſcipiendi ſunt.

CAP. VIII. De his qui ſeipſos Catharos, id eſt, mundos vocant, ſi qui veniant ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto Concilio ut ordinentur, & ſic maneant in Clero. Ante omnia verò hoc eos per ſcripturam convenit profiteri, ut fateantur ſe cum omni conſenſu, obſervaturos Catholicæ & Apoſtolicæ ſtatuta Eccleſiæ, id eſt, communicaturos ſe his qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt: quibus tamen pœnitentiæ modus & tempus ſequantur ea quæ in Catholica & Apoſtolica obſervantur Eccleſia. Sic ubi agitur vel in vicis vel in urbibus ſoli ipſi reperti fuerint ordinati, hi qui inveniuntur in Clero, in eo permaneant. Si verò Epiſcopus vel Presbyter Catholicæ Eccleſiæ fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum eſt quod Epiſcopus Eccleſiæ habeat ſuam dignitatem. Similiter & Presbyter & Diaconus debent. Hi verò qui ab iſtis veniunt, ſi fortè Epiſcopus fuerit, habeat Presbyterii dignitatem, niſi fortè placeat Epiſcopo Catholico concedere ei etiam Epiſcopalis nominis honorem. Si verò non placuerit, inveniat ei locum, ut ſit in Parochia Corepiſcopus aut Presbyter, dummodo permanere videatur in Clero, & nè in una civitate duo ſint Epiſcopi.

EDITIO IV.

De Novatianis.

CAP. VIII. Si qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam ex Novatianis, placuit ſancto Concilio ut ordinentur, & ſic maneant in Clero. Ante omnia autem ab eis confeſſionem per ſcripturam exigi oportet, ut fateantur ſe communi conſenſu Catholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſervaturos, id eſt, communicaturos ſe & his qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt: quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſcriptum eſt, ut in omnibus ſequantur ea quæ in Eccleſia Catholica obſervantur. Et ſic ubi quidem ipſi fuerint inventi ſive in vices, ſeu in urbibus Clerici ordinati à Catholicis qui inveniuntur in Clero, ſic etiam in Clero perſiſtant unuſquiſque in ſtatu ſuo. Si verò Epiſcopus vel Presbyter Catholicæ Eccleſiæ fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum eſt ut vel Epiſcopus Catholicus ſuam habeat dignitatem. Similiter autem & Presbyter & Diaconus habeant. Hi verò qui ab iſtis veniunt, ſi fortè Epiſcopus fuerit, habeat Presbyterii dignitatem, niſi fortè placeat Epiſcopo Catholico concedere ei Epiſcopalis nominis honorem. Si verò non placuerit, inveniat ei locum, ut ſit in Parochia Corepiſcopus aut Presbyter, dum tamen non in una civitate duo Epiſcopi eſſe, & ille omnimodis in Clero permanere videatur.

Digitized by Google

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

EDITIO I.

De his, qui ad honorem Presbyterii ſine examine provecti ſunt.

Diſt. 81. c. Si qui ſine.

CAP. IX. Si qui Presbyteri ſine examine ſunt provecti, vel, cum diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſunt, & homines, contra Canones commoti, manus confeſſis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod inreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia.

De his qui in perſecutionibus negaverunt, & poſt cibum in Clero promoti ſunt.

Diſt. 81. c. Quicumque

CAP. X. Quicumque de lapſis ad ordinem Cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem: hoc Eccleſiaſticæ non præjudicat regulæ. Cogniti namque * deponentur.

Al. * *Depoſuntur.*

De laïcis, qui negaverunt.

CAP. XI. De his, qui præter neceſſitatem prævaricati ſunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujuſmodi, quod factum eſt ſub tynannide Licinii, placuit Synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benivolentiam commodari. Quicunque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & ſex annis omni ſe contritione dejiciant. Duobus autem annis ſine oblatione populo in oratione communicent.

EDITIO II.

De his qui ad ſacerdotium ſine examinatione promoti ſunt.

CAP. IX. Si qui ſine examinatione promoti ſunt Presbyteri aut Epiſcopi, & cum diſcutiuntur confeſſi ſunt quæ peccaverunt, vel ab aliis vincantur, & præterea confitentibus contra Canonem moti homines, manus eis impoſuerint, tales Canon non ſuſcipit, ſed abjicit. Hoc enim quod irreprehenſibile eſt, defendet Catholica Eccleſia.

De his qui negaverunt in perſecutione, & poſteà ad Clericatum promoti ſunt.

CAP. X. Quicumque ordinati ſunt per ignorantiam, aut diſſimulationem ordinantium, hi qui lapſi ſunt, hoc non præjudicat Canoni Eccleſiaſtico. Cogniti etenim deponentur.

De his qui negaverunt, & habentur in laicis.

CAP. XI. De his qui prævaricati ſunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid quod factum eſt ſub tyrannide Licinii, placuit ſancto Concilio, licèt indigni ſint humanitate, tamen ſubvenire eis. Quotquot igitur ſincerè pœnitent, tres annos inter audientes ſint: qui lapſi ſunt fideles & ſex annos ſuccumbant. Duobus verò annis præter oblationem communicent orationibus populi.

Digitized by Google

EDITIO III.

De his qui inexaminati ordinantur.

CAP. IX. Si qui ſine examinatione provecti Presbyteri, & poſt examinati confeſſi fuerint peccata ſua, & cùm confeſſi fuerint, contra regulam venientes homines manus temerè eis impoſuerint, hos Eccleſiaſticus Ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia.

De lapſis Ordinatis.

CAP. X. Quicumque ex his qui lapſi ſunt, per ignorantiam ordinati ſunt, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat Eccleſiaſticæ Regulæ. Cùm enim repertum fuerit, deponantur.

De prævaricatis recipiendis per pœnitentiam.

CAP. XI. De his qui prævaricati ſunt ſine ulla neceſſitate, ſine ablatione patrimonii, vel ſine periculo, aut aliqua tali re, quæ eſt in noviſſima tyrannide Licinii, placuit ſancto Concilio, licèt indigni ſint miſericordiâ, tamen aliquid contra eos humanitatis oſtendi. Si qui ergo ex animo pœnitent, tribus annis inter auditores conſtituantur: ſi tamen fideles ſint, & ſeptem annis inter pœnitentes ſint, duobus verò annis extra communionem in oratione ſola participes fiant populo.

EDITIO IV.

De Presbyteris ſine examinatione conſtitutis.

CAP. IX. Si qui ſine examinatione promoti Presbyteri ſunt, & poſtea examinati confeſſi ſunt peccata ſua, & cùm confeſſi fuiſſent, contra regulam venientes homines manus eis temerè impoſuerint, hos Eccleſiaſticus Ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia.

De lapſis Clericis.

CAP. X. Quicumque ex his qui lapſi ſunt, per ignorantiam ordinati ſunt, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat Eccleſiaſticæ Regulæ. Cùm enim repertum fuerit, deponantur.

De his qui ſponte lapſi ſunt, qualiter debeant pœnitere.

CAP. XI. De his qui prævaricati ſunt ſine ulla neceſſitate, ſine ablatione patrimonii, vel ſine periculo, aut aliqua tali re, quæ eſt in noviſſima tyrannide Licinii, placuit ſanctæ Synodo, licèt indigni ſint miſericordiâ, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si qui ergo ex animo pœnitent, tribus annis inter audientes habeantur: ſi tamen fideles ſint, & ſeptem annis aliis inter pœnitentes ſint, duobus autem annis extra communionem in oratione ſola participent populo.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

De pœnitentia. Dist. 5. c. Si qui verò per gratiam.

EDITIO I.

De his qui abrenunciaverunt, & iterum sunt regressi.

CAP. XII. Quicumque sunt vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt deponentes militiæ cingulum : postmodùm verò ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annis post triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propositum, & speciem pœnitentiæ convenit explorare. Quotquot enim metu, lachrymis, atque patientiâ, vel bonis operibus, rebus ipsis, conversionem suam, non simulationem demonstrant : hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent. Postmodùm verò licebit Episcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicumque verò indifferenter tulerunt, & * aditum introeundi, & Ecclesiam sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.

Al. * *Habitum*, in duobus exemplaribus, sed malè.

De his qui communionem tempore mortis expoſcunt.

20. q. 6. c. De his verò.

CAP. XIII. De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regulariſque ſervabitur, ita ut ſi quis egreditur è corpore, ultimo, & neceſſario viatico minimè privetur. Quòd ſi deſperatus, & conſecutus communionem, oblatio-

EDITIO II.

De his qui abrenunciant, & iterum ad ſeculum ſunt reverſi.

CAP. XII. Quicumque vocati ſunt ad gratiam, & primordia demonſtrantes bona, depoſuerunt cingulum militiæ, poſtea verò ad proprium vomitum revoluti ſunt, ita ut aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant, iſti decem annos ſuccumbant, poſt triennium auditionis tempus. In his autem oportet diſcernere voluntatem & ſpeciem pœnitentiæ. Quotquot timore, & lachrymis, & perſeverantiâ & bonis operibus converſionem non ſimultationem demonſtrant, iſti adimplentes tempus conſtitutum auditionis orationibus meritò communicabunt ; & poſtea licet Epiſcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiſcretè tulerunt, & ingreſſum Eccleſiæ ſibi ſufficere arbitrati ſunt, ad converſionem omne definitum compleant tempus.

De his qui in exitu communionem requirunt.

CAP. XIII. De exeuntibus de corpore, vetus & antiqua lex cuſtodietur & nunc, ut is qui mori ſperatur, noviſſimo juvamine non privetur. Si verò deſperatus, communione ſumptâ & oblatione perceptâ iterum convaleſcat, ſit inter eos

Digitized by Google

EDITIO III.

De pœnitentia eorum qui baptizati ad ſecularem militiam revertuntur.

CAP. XII. Si qui verò vocati per Dei gratiam, primò quidem oſtenderunt fidem ſuam depoſito militiæ cingulo, poſthæc autem ad proprium vomitum reverſi ſunt, ita ut pecunias darent, & ambirent rurſus redire ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes poſt primum triennium quo fuerint inter auditores. In omnibus verò illud præcipuè obſervetur, ut animus ac propoſitum eorum vel ſpecies pœnitentiæ requiratur; quicumque enim cum omni timore & lachrymis perſeverantibus, & operibus bonis converſionem ſuam non ſolo habitu, ſed opere & veritate demonſtrant, hi tempora ſtatuta complentes meritò orationibus communicabunt. Licebit autem Epiſcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Si qui verò indifferenter habuerunt lapſum ſuum & ſufficere ſibi exiſtimaverunt ad converſionem, hoc ipſum quod introïre in Eccleſiam videbantur, iſti omnimodò tempora ſtatuta complere debent.

De reconciliatione danda morientibus.

CAP. XIII. De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſervabitur etiam nunc, ita ut ſi recedunt ex corpore, ultimo & neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudentur. Quòd ſi deſperatus

EDITIO IV.

De pœnitentibus qui poſt baptiſmum ad ſecularem militiam revertuntur.

CAP. XII. Si qui verò per Dei gratiam vocati, primò quidem oſtenderint fidem ſuam depoſito militiæ cingulo, poſthæc autem ad proprium vomitum reverſi ſint, ut & pecunias darent, & ambirent rurſum redire ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò, præcipuè illud obſervetur, ut animus eorum & fructus pœnitentiæ requiratur; quicumque enim cum omni timore, & lachrymis perſeverantibus, & operibus bonis converſionem ſuam, non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant, cùm tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare, licebit Epiſcopo etiam humanius circa eos aliquid agere. Qui verò indifferenter habuerint lapſum, & ſufficere ſibi quòd Eccleſiam introierint arbitrantur, iſti omnimodò tempora ſtatuta complebunt.

De excommunicatis à ſeculo excuntibus.

CAP. XIII. De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſervabitur etiam nunc, ita ut ſi ſortè recedant ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudentur. Quòd ſi deſperatus aliquis receptâ

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

EDITIO I.

nisque particeps factus, iterum convaluerit, sit inter eos, qui communionem orationis tantummodò consequuntur. Generaliter autem homini cuilibet in exitu posito, & poscenti sibi communionis gratiam tribui, Episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

De Catechumenis lapsis.

CAP. XIV. De Catechumenis lapsis sancto & magno Concilio placuit, ut tribus annis sint inter auditores (a) tantummodò, post hæc autem cum Catechumenis orent.

Quòd non oporteat remigrare.

7. q. 1. c. Non oportet.

CAP. XV. Propter multam perturbationem, & seditiones, quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis computare, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa : ita ut de civitate ad civitatem Episcopus, non Presbyter, non Diaconus Al. * *transeat.* * transferatur. Si quis autem post definitionem sancti & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & se hujusmodi negotio manciparit : hoc factum prorsus in irritum ducatur, & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus, aut Presbyter, vel Diaconus ordinatus.

EDITIO II.

qui orationibus tantùm communicant. Omnino autem homini morituro gratiam sibi petenti, Episcopus probabiliter oblationem contradat.

De Catechumenis lapsis.

CAP. XIV. De Catechumenis lapsis placuit magnæ Synodo ut triennio audiant tantùm ; post-hæc orent cum Catechumenis.

De Clericis, nè de civitate ad aliam transeant.

CAP. XV. Propter grandem tumultum & seditionem quæ facta sunt, placuit omnimodis auferre consuetudinem quæ est contra Canonem, si inventi fuerint in aliquibus partibus de civitate ad civitatem migrantes, quod nec Episcopum, nec Presbyterum, neque Diaconum liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilii definitionem tale aliquid attentaverit, aut se se dederit huic negotio, cassabitur omnis hujusmodi machinatio, & reconcilietur Ecclesiæ in qua, aut Episcopus aut Presbyter aut Diaconus fuerit ordinatus.

(a) *Audientes* ἀκροώμενοι inf. Concil. Neocæsar. cap. 5.

EDITIO III.

aliquis acceptâ communione ſupervixerit, ſit inter illos qui in oratione ſola communicant, donec tempus ſtatutum compleatur. De omnibus tamen his qui ex nudo corporis recedunt, & Euchariſtiam poſtulant, in tradenda eis communione, cura & probatio ſit Epiſcopo.

De Catechumenis lapſis.

CAP. XIV. De Catechumenis verò lapſis placuit ſancto Concilio, ut tribus annis ſint inter auditores tantummodò, poſthæc verò orent cum Catechumenis.

De his qui Eccleſias deſerunt, & ad alias tranſeunt.

CAP. XV. Propter multas perturbationes & ſeditiones quæ fieri ſolent, placuit omnimodò abſcidi iſtam conſuetudinem, ſi contra regulam repertus fuerit in aliquibus partibus de civitate ad civitatem tranſire, vel Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diacontus, vel Clericus. Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti hujus Concilii tale aliquid audere tentaverit, infringetur omni genere hujuſmodi conatus, & reſtituatur propriæ Eccleſiæ, in qua vel Epiſcopus, vel Presbyter aut Diaconus ordinatus eſt.

EDITIO IV.

communione, ſupervixerit, ſit inter eos qui ſolâ oratione communicant. De omnibus tamen his qui ex corpore recedunt, in tradenda eis communione, cura & probatio ſit Epiſcopo.

De Catechumenis lapſis.

CAP. XIV. Placuit hoc ſancto & magno Concilio de Catechumenis qui lapſi ſunt, ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodò. Poſthæc verò orent cum Catechumenis.

De Clericis temerè ab Eccleſiis recedentibus.

CAP. XV. Propter multas perturbationes & ſrequentes tumultus ſeditionum quæ fieri ſolent, placuit omnimodò abſcidi iſtam conſuetudinem quæ contra regulam eſt, ſicubi tamen ſit, id eſt, nè de civitate ad civitatem tranſeat vel Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus. Si qui verò poſt hæc ſtatuta ſancti Concilii hujus tale aliquid audere tentaverit, infringetur omni genere hujuſmodi conatus, & reſtituetur propriæ Eccleſiæ in qua ordinatus eſt.

Digitized by Google

	Editio I.	Editio II.
Codex Canonum.	*De his qui in Eccleſiis, in quibus provecti ſunt, minimè * perdurârunt.*	*De his qui in Eccleſiis ſuis, in quibus provecti ſunt, non morantur.*
Concilium Nicænum.	Cap. XVI. Quicumque temerè, ac periculosè, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec *agnoſcentes Eccleſiaſticam Regulam, diſcedunt ab Eccleſia Preſbyteri, aut Diaconi, vel quicumque ſub Regula prorſus exiſtunt: hi nequaquam debent in aliam Eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem convenit illis imponi, ut ad ſuas * parochias revertantur. Quòd ſi non fecerint, oportet eos communione privari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter invadere & in ſua Eccleſia ordinare tentaverit, non conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſit is qui regulæ mancipatur, ordinatio hujuſcemodi irrita comprobetur.	Cap. XVI. Si qui ſe facilè periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque Eccleſiaſticum Canonem ſcientes, diſcedunt ab Eccleſia Presbyteri, aut Diaconi, aut quicumque ſint in Canone conſtituti, iſti nullo modo ſuſcipi debent ab alia Eccleſia, ſed omnem eis neceſſitatem imponi oportere, ut ad proprias parochias revertantur. Pertinaces autem excommunicatos eſſe oportet. Si autem aliquis uſu temerario ſurripuerit ad alterum pertinentem, & ordinaverit in ſua Eccleſia, non conſentiente Epiſcopo à quo diſceſſerat Clericus qui in Canone conſtituitur, infirma ſit hujuſmodi manûs impoſitio.
Al. * *perdurant.*		
Al. * *cognoſcentes*, ſed minùs benè.		
Al. * *Paræcias.*		
Diſt. 71. c. Si quis auſus.		
	De Clericis uſuras accipientibus.	*De Clericis qui uſuras accipiunt.*
Pſal. 14. Diſt. 47. Quoniam.	Cap. XVII. Quoniam multi, ſub regula conſtituti, avaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique divinæ Scripturæ, dicentis: Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram: mutuum dantes centeſimas exigunt, juſtè cenſuit ſancta & magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium * tranſigens, aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero, & alienus exiſtat à Clero.	Cap. XVII. Quoniam plures in Canone conſtituti cupiditatem & lucra turpia ſectantur, oblitique ſanctæ Scripturæ, dicentis, *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, cùm fœnerantur aliis centeſimas exigunt, juſtè ſtatuit ſanctum & magnum Concilium, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuram accipiens aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigens, aut aliquid tale recogitans turpis lucri gratiâ, abjiciatur à Clero, & alienus a Canone ſit.
Aliàs * *tranſiens*, ſed malè.		

Digitized by Google

EDITIO III.

De non ſuſcipiendis alterius Eccleſiæ Clericis.

CAP. XVI. Si qui ſine reſpectu agentes, & tunc rem Dei ante oculos non habentes, neque Eccleſiaſtica Statuta ſcientes, receſſerint ab Eccleſia ſua, ſive Presbyteri, ſive Diaconi, ſive in quocumque Ordine Eccleſiaſtico poſiti fuerint, hi nuſquam ſuſcipi debent in Eccleſia, ſed cum omni neceſſitate cogantur ut redeant ad Eccleſias ſuas; aut ſi permanſerint, excommunicatos eos eſſe oportet. Si quis autem auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in ſua Eccleſia, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi illius à quo receſſit Clericus ſuus, irrita ſit hujuſmodi ordinatio.

De fœneratoribus Clericis.

CAP. XVII. Quoniam multi Clerici avaritiæ causâ turpia lucra ſectantes, oblitique divini præcepti, quod dicit, *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, fœnerantes centeſimas exigunt, ſtatuit ſanctum hoc Concilium, quòd ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam in Græcis dimidias centeſimas ſpecies frugum ad veſcuplum dare, omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæſtum, excidetur de Clero, & alienus ab Eccleſiaſtico habebitur gradu.

EDITIO IV.

De Presbyteris & Diaconis, vel cæteris qui ad alias civitates tranſeunt.

CAP. XVI. Si qui verò ſine reſpectu Dei agentes, & amorem Dei ante oculos non habentes, neque Eccleſiaſtica Statuta cuſtodientes, receſſerint ab Eccleſia ſua ſive Presbyteri, ſive Diaconi, vel in quocumque Eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, non debent ſuſcipi in Eccleſia alia, ſed & cum omni neceſſitate cogantur ut redeant ad Eccleſias ſuas; aut ſi permanſerint, excommunicari oportet. Si quis autem auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in ſua Eccleſia, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi ipſius à quo receſſit Clericus, irrita ſit hujuſmodi ordinatio.

De Clericis uſuram aut ampliationem accipientibus.

CAP. XVII. Quoniam multi Clerici avaritiæ causâ turpia lucra ſectantes, oblitique divini præcepti quo dictum eſt, *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, fœnerantes centeſimum exigunt, ſtatuit hoc ſanctum Concilium, ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuram accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad veſcuplum dare, omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæſtum, dejiciatur ex Clero, & alienus ab Eccleſiaſtico gradu habeatur.

Digitized by Google

Codex Canonum.	Editio I.	Editio II.
Concilium Nicænum.	*De Privilegiis Presbyterorum.*	*De Privilegiis Presbyterorum.*
Dist. 93. c. Pervenit.	Cap. XVIII. Pervenit ad ſanctum magnumque Concilium, quòd in quibuſdam locis & civitatibus Presbyteris gratiam ſacræ communionis Diaconi porrigant. Quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, ut ab his, qui poteſtatem non habent offerendi, illi, qui offerunt, Chriſti corpus accipiant. Necnon & illud innotuit, quòd quidam Diaconi ante Epiſcopos Sacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua Diaconi menſura permaneant, ſcientes quòd Epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem Presbyteris habeantur. Per ordinem ergo poſt Presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut Epiſcopo eis aut Presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio Presbyterorum Diaconis liceat; quia ſi hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.	Cap. XVIII. Pervenit ad ſanctum & magnum Concilium, quòd in quibuſdam locis & civitatibus Presbyteris gratiam Diaconi porrigant, quod neque Canones, neque conſuetudo tradidit, ut qui poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt porrigant corpus Chriſti. Sed etiam hoc quoque innotuit, quòd quidam Diaconi & ante Epiſcopos contingant Euchariſtiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant Diaconi in proprio ordine, ſcientes quòd Epiſcoporum quidem miniſtri ſint, Presbyteris autem inferiores exiſtant. Accipiant autem Euchariſtiam ex ordine poſt Presbyteros, eis dante aut Epiſcopo aut Presbytero. Sed nec ſedere eis in medio Presbyterorum liceat. Præter Canonem enim & præter ordinem eſt ſi fiat. Si quis autem obtemperare noluerit poſt hanc diffinitionem, ceſſet à Diaconio.
	De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.	*De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.*
2. q. 2. c. Si quis confugerit.	Cap. XIX. De Paulianiſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus definitio prolata eſt, ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore in Clero fuerint, ſiquidem immacu-	Cap. XIX. De Paulianiſtis refugientibus ad Eccleſiam Catholicam definitio prolata eſt rebaptizari omnino. Si qui verò ex eis præterito tempore fuerint in Clero, ſiquidem ſine querela & re-

EDITIO III.

De Diaconis, nè ſupra Presbyteros ſint.

CAP. XVIII. Pervenit ad ſanctum Concilium, quòd in locis quibuſdam & civitatibus Presbyteris ſacramenta à Diaconis dentur. Quod neque regula, neque conſuetudo tradidit, ut hi qui offerendi ſacrificii non habent poteſtatem, his qui offerunt, Chriſti corpus porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam Diaconi etiam ante Epiſcopum ſacramenta contingant. Hæc omnia amputentur, & maneant Diaconi intra propriam menſuram, ſcientes quia Epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, Presbyteris autem inferiores ſunt. Accipiant ergo Euchariſtiam ſecundùm ordinem poſt Presbyteros ab Epiſcopo vel à Presbytero. Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel Presbyter, tunc ipſi proferant & dent. Sed nec ſedere quidem in medio Presbyterorum liceat Diaconis, extra regulam enim & extra ordinem eſt ut hoc fiat. Si quis autem non vult his eſſe ſubjectus, etiam poſt hanc diffinitionem, ceſſet eſſe Diaconus.

De Paulianiſtis, quos homines homuntianitas vocant.

CAP. XIX. Si qui confugerint ad Eccleſiam de Paulianiſtis, ſtatutum ſit rebaptizari eos omnimodò. Si qui verò Clerici erant apud eos, ſiquidem inculpabiles inventi fuerint & irreprehenſibiles, re-

EDITIO IV.

De Diaconis, nè Presbyteris corpus Chriſti tradant, vel ante Presbyteros communicent.

CAP. XVIII. Pervenit ad ſanctum Concilium, quòd in locis quibuſdam & civitatibus Presbyteris ſacramenta Diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, ut hi qui offerendi ſacrificii non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam Diaconi etiam ante Epiſcopos ſacramenta ſumant. Hæc ergo omnia amputentur, & maneant Diaconi intra ſuam propriam menſuram, ſcientes quia Epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, Presbyteris autem inferiores ſunt. Accipiant ergo Euchariſtiam ſecundùm ordinem poſt Presbyteros ab Epiſcopo vel Presbytero. Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel Presbyter, tunc ipſi proferant & dent. Sed nec ſedere quidem liceat in medio Presbyterorum Diaconis. Extra regulam enim eſt & extra ordinem, ut hoc fiat. Si quis autem non vult his ſufficiens eſſe poſt hanc definitionem, ceſſet eſſe Diaconus.

De Paulianiſtis & Cataphrigis rebaptizandis.

CAP. XIX. Si qui confugerint ad Eccleſiam Catholicam de Paulianiſtis & Cataphrigis, ſtatutum ſit rebaptizari eos omnimodò debere. Si qui verò Clerici erant apud eos, ſiquidem incul-

Codex Canonum.	Editio I.	Editio II.
Concilium Nicænum.	lati, & irreprehenſibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ. Quòd ſi diſcuſſio incongruos eos invenerit, abjici tales conveniet. Similiter autem & de * Diaconis, & omnino de his, qui ſub regula verſantur, hæc forma ſervabitur. Meminimus autem de Diaconiſſis, quæ in eodem habitu eſſe probantur, quòd non habeant manûs impoſitionem, & ideo modis omnibus eas inter laïcas deputari.	prehenſione fuerint, poſt baptiſmum ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ. Si verò diſcuſſio eos minùs idoneos invenerit, deponi eos convenit. Similiter & de Diaconibus & omnino de his qui in eodem Canone converſantur, eadem forma ſervabitur. Meminimus autem & de Diaconiſſis quæ in eadem ſpecie ſunt, quia manûs impoſitionem aliquam non habent, ut omnino inter laïcas computentur.
Al. * *Diaconibus*, ſed malè.		
	De flectendo genua.	*De flectendo genua.*
De conſecrat. Diſt. 3. c. Quoniam ſunt.	Cap. XX. Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, ut omnia in univerſis locis conſonanter obſerventur, placuit ſancto Concilio ſtantes Domino vota perſolvere.	Cap. XX. Quoniam ſunt qui die Dominicâ flectant genua, & diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctæ & magnæ Synodo eos in omnibus locis conſonanter & conſentienter ſtantes Dominum orare debere.

Expliciunt Canones Nicæni Concilii.

EDITIO III.

baptizari etiam ordinentur ab Epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ. Si autem examinati, minùs apti fuerint deprehenſi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa Diaconos & de omnibus qui in Clero inveniuntur, eadem forma ſervabitur. Commemoravimus etiam de Diaconiſſis his quæ in hoc ordine inventæ ſunt, quæ nec manûs impoſitionem aliquam habent, ira ut omni genere inter laïcas habeantur.

De diebus Dominicis & Pentecoſtes, ut in eis ſtantes oremus.

CAP. XX. Quoniam ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, propterea itaque eſt conſtitutum à ſancta Synodo, quoniam conſona & conveniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.

EDITIO IV.

pati fuerint & irreprehenſibiles, rebaptizati rurſus etiam ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ. Si verò examinati, minùs apti fuerint deprehenſi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa Diaconos & de omnibus qui in eodem Clero inveniuntur, eadem forma ſervabitur. Similiter autem Diaconiſſæ quæ in Catholico Canone non habentur, ſimili loco, id eſt, laïcæ & tanquam non conſecratæ deputentur.

De diebus Dominicis & Pentecoſtes, ut in eis ſtantes oremus.

CAP. XX. Quoniam ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes & in diebus Pentecoſtes, propterea itaque eſt conſtitutum à ſancta Synodo, quoniam conſona & conveniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.

Expliciunt Canones Nicæni Concilii.

(a) ET SUBSCRIPSERUNT CCC. XVIII. Qui in eodem Concilio convenerunt.

OSius Epiſcopus civitatis Cordubenſis, provinciæ Spaniæ, dixit, *Ita credo, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt.* Victor & Vincentius Preſbyteri urbis Romæ * ſubſcripſerunt.

Al. *pro venerabili viro Papa & Epiſcopo noſtro Sylveſtro ſubſcripſimus.*

(a) *Et ſubſcripſerunt*] Vetus Codex Eccleſiæ Belvacenſis hoc loco ſic habet majuſculis litteris : *Hæc ſunt nomina Orientalium. Occidentalium nomina idcò non ſunt ſcripta, quia nulla apud eos de hæreſi ſuſpicio fuit.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM NICÆNUM.

PROVINCIÆ ÆGYPTI. *Alexander* Alexandriæ magnæ. *Naueration* Naucratites, al. Alfocranon. *Adamantius* Cynopolites, al. Cynon. *Alberion* Parætonii, al. de Parpheto. *Philippus* Paremphiteos, al. Parafyſeos. *Potamon* Heracleotes, al. Heracleos. *Secundus* Ptolemaïtes, al. Ptolemaïdes. *Dorotheus* Peluſiotes, al. Peluſianus. *Caius* Muethos. *Anthiochus* Memphites, al. Mempheos. *Tiberius* Tarichites.

PROVINCIÆ THEBAIDOS. *Atlas* Schediæ, al. Scedras. *Tyrannus* Antinoeæ, al. Antinon. *Voluſianus* Lycopolites, al. Lycon.

PROVINCIÆ LYBIÆ. *Dathes* Berenices. *Zephyrus* Barces. *Serapion* Antiphrenſis. *Secundus* Tautitanenſis. *Titus* Parætonii.

PROVINCIÆ PALÆSTINÆ. *Macarius* Hieroſolymitanus. *Germanus* Neapolitanus. *Marinus* Sebaſtenus. *Caianus* Cæſarienſis. *Euſebius* Gadareus, al. Gadarenſis. *Sabinus* Aſcalonitanus. *Longinus* Nicopolitanus. *Petrus* Jamnites, al. Jamnienſis. *Macrinus* Eleutheropolites. *Maximus* Maximianopolitanus. *Paulinus* Maximinopolitanus. *Januarius* Hierichuntinus, al. Ierichuntius. *Heliodorus* Zabulonites, al. Zabulon. *Aetius* Lyddenſis, al. Lybdenſis. *Sylvanus* Azotius, al. Azoti. *Patrophilus* Zabulonites. *Aſclepius* Lyddenſis, al. Lyddon. *Petrus* Scythopolitanus. *Antiochus* Gazæus, al. Gazes. *Selis* Capitolienſis, al. Capitoliados.

PROVINCIÆ PHŒNICES. *Zenon* Tyrius, al. de Tyro. *Æneas* Ptolemaïdos. *Magnus* Damaſcenus. *Theodorus* Sidonius, al. Sidonos. *Hellanicus* Tripolytanus, al. Tripoleos. *Philocalus* Paneates, al. Paneados. *Gregorius* Berytius, al. Beryti. *Martinus* Palmyrenus, al. Palmyron. *Thalaſſius* Alaſſius, al. Alaſſus. *Anatolius* Emiſenus, al. Emiſes.

PROVINCIÆ SYRIÆ CŒLES. *Euſtathius* Antiochenus. *Zenonius* Seleucenus, al. Seleuciæ. *Theodorus* Laodicenſis. *Alphius* Apamienſis, al. Apamiæ. *Baſſianus* Rhaphaneotes. *Philotimus* Hieropolitanus. *Piperius* Samoſatenus. *Archelaüs* Dolichenus, al. Dolices. *Euphranor* Balaneotes, al. Balaneon. *Palladius* Corepiſcopus. *Zoilus* Gabalites, al. Gabalon. *Baſſus* Zeugmatites, al. Zeugmatos. *Leontius* Lariſſæus. *Euſtathius* Arethuſius. *Mauritius* Epiphaneus, al. Epiphaniæ. *Paulus* Neocæſarienſis. *Syricius* Cyrreſtes, al. à Cyro. *Seleucus* Corepiſcopus. *Petrus* Gindarenſis, al. Gindaron. *Pegaſius* Ambacinianenſis, al. Ambacinianon. *Baſon* Galbenus, al. Gambulenus. *Gerontius* Chariſſonenſis, al. Charillon.

PROVINCIÆ ARABIÆ. *Nicomachus* Boſtrorum, al. Boſtron. *Cyrion* Philadelphiæ. *Gennadius* Isbundorum, al. Isbundon. *Severus* Sodomorum, al. Sodomitanus. *Sopater* Patumius, ſive Patumenus. *Severus* Dionyſiados.

PROVINCIÆ MESOPOTAMIÆ. *Ethilaüs* Edeſſenus. *Jacobus* Hebetenſis, al. Peſthebienus. *Antiochus* Reſinatus, al. Reſinitanus. *Marcus* Macedonopolitanus, al. Macedonopopolis.

Digitized by Google

PROVINCIÆ PERSIDIS. *Joannes* Perſidis.

PROVINCIÆ CILICIÆ. *Theodorus* Tarſenſis. *Alphion* Epiphaniæ. *Narciſſus* Nerodiadis, al. Nerodianus. *Moyſes* Caſtabalenſis, al. Caſtabalon. *Niceſias* Flaviados, al. Flabiadenſis. *Eudæmon* Corepiſcopus. *Paulinus* Adanenus, al. Adanon. *Macedonius* Mopſeates, al. Mopſuheſtienſis. *Tarcondunantus* Ægirates, al. Egettanus. *Heſychius* Alexandriæ minoris. *Narciſſus* Hierapolitanus, al. Irenupolis.

PROVINCIÆ CAPPADOCIÆ. *Leontius* Cæſarienſis. *Euſetius* Tyaneus, al. Tyano. *Euphraſus* Colonienſis, al. Coloniæ. *Timotheus* Cirſiſtrorum, al. Circiſtron. *Elpidius* Cumanus, al. Cumaneum. *Gregorius* Corepiſcopus. *Stephanus* Corepiſcopus. *Euphronius* Corepiſcopus. *Rhodon* Corepiſcopus. *Theophanius* Corepiſcopus.

PROVINCIÆ ARMENIÆ MINORIS. *Eulogius* Sebaſtenſis, al. Sebaſtenus. *Ebetius* Satalenſis, al. Satalon.

PROVINCIÆ ARMENIÆ MAJORIS. *Arſaphius* Sobinenſis, al. Sobinon. *Acrites* Dioſpontanus, al. Dioſponti. *Eutichianus* Amaſeus, al. Amaſiæ. *Elpidius* Eteſiarum, al. Eteſion. *Heraclius* Zelonenſis, al. Zelon. *Elpidius* Cumanus.

PROVINCIÆ PONTI POLEMONIACI. *Longinus* Neocæſarienſis. *Domnus* Trapezuntius, al. Trapezuntos. *Stratophilus* Pityuſius, al. Pityuntos.

PROVINCIÆ PAPHLAGONIÆ. *Philadelphus* Pompeiopolis, al. Pompeiopolites. *Petronius* Ionopolis, al. Ionopolitanus. *Heſychius* Amaſtridos, al. Amaſtrianenſis.

PROVINCIÆ GALATIÆ. *Pancratius* & *Marcus* Ancyrani. *Dicaſius* Thobarenſis, al. Tabienſis. *Erechoreus* Plamatonenſis, al. Plamaton. *Gorgonius* Cynenſis, al. Cynon. *Philadelphus* Juliapolitanus, al. Juliapolis.

PROVINCIÆ ASIÆ. *Theon* Cyzicenſis. *Menophantus* Epheſinus. *Orion* Jaffius. *Eutychius* Smyrnenſis. *Mithres* Popanenſis. *Marinus* Hellenopolitanus. *Paulus* Auderenſis, al. Audenſis.

PROVINCIÆ LYDIÆ. *Artemidorus* Sardienſis, al. Sardeon. *Soron* Thyatirenſis, al. Thyatiron. *Thomaſion* Philadelphiæ. *Polion* Bareos, al. Barenſis. *Agogius* Tripolitanus. *Florentinus* Anticyræ, al. Antiquiras. *Marcus* Standitanus, al. Standum.

PROVINCIÆ PHRYGIÆ. *Nunechius* Laodicenſis. *Flaccus* Sandenſis, al. Sandu. *Procopius* Synnadeus, al. Synadenon. *Piſticus* Azanites, al. Azanon. *Athenodorus* Dorylæus, al. Doryleu. *Paulus* Apameenſis, al. Apamenus. *Eugenius* Eucarpeus, al. Eucarpenſis. *Flaccus* Hieropolitanus, al. Hieropolites.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICÆNUM.

PROVINCIÆ PISIDIÆ. *Eulalius* Iconienſis, al. Iconii. *Telemachus* Adrianopolitanus, al. Adrianopolites. *Eutychius* Seleucienſis, al. Seleuciæ. *Uranion* Sutenonenſis, al. Sinenon. *Tarſitius* Apamienſis, al. Apamenus. *Patritius* Ambladenſis, al. Amblades. *Polycarpus* Metropolitanus. *Acumedios* Parenſis, al. Paro. *Heraclius* Barenſis, al. Bareos.

PROVINCIÆ LYCIÆ. *Eudæmus* Patarenſis, al. Pataron.

PROVINCIÆ PAMPHYLIÆ. *Callidicus* Pergenſis, al. Pergis. *Eureſius* Termiſſenſis, al. Termiſſus. *Teuxius* Siarbonenſis, al. Siarbon. *Domnus* Aſpendius, al. Aſpendi. *Quintianus* Seleucienſis. *Patritius* Maximianopolitanus. *Aphrodiſius* Magidenſis, al. Magidon.

PROVINCIÆ INSULARES (a). *Euphroſinus* Rhodienſis, al. Rhodi. *Meliphron* Cous, al. à Co. *Strategius* Lemnius, al. Lemni. *Apollodorus* Corcyræus, al. Corcyræ.

PROVINCIÆ CARIÆ. *Euſebius* Antiochenus. *Ammonius* Aphrodiſius. *Leodius* Cibyritanus, al. Cibyriton. *Euſebius* Mileſius, al. à Mileto.

PROVINCIÆ ISAURIÆ. *Stephanus* Barathrenſis, al. Barathron. *Athenæus* Coropaſius, al. Curpiſſu. *Eteſius* Claudiopolitanus. *Agapetus* Seleucienſis, al. Seleuciæ. *Sylvanus* Metropolitanus. *Fauſtus* Phanemutenſis. *Antonius* Antiochenus. *Neſtor* Syedreus, al. Syedron. *Heſychius* Corepiſcopus. *Cyrillus* Sindenſis. *Theodorus* Uſagadenſis, al. Uſagadon. *Theodorus* Corepiſcopus. *Anatolius* Corepiſcopus. *Paulus* Larinenſis. *Quintus* Corepiſcopus. *Tiberius* Lyſtrenſis, al. Lyſtron. *Aquila* Corepiſcopus. *Euſebius* Parriciæ.

PROVINCIÆ CYPRI. *Cyrillus* Paphi, al. à Papho. *Selanos* Selanonenſis, al. Selanon.

PROVINCIÆ BITHYNIÆ (b). *Euſebius* Nicomedienſis, al. Nicomediæ. *Theogenius* Nicænus, al. Nicææ. *Maris* Chalcedonenſis. *Cyrillus* Chius, al. à Chio. *Heſychius* Pruſenſis, al. Pruſes. *Gorgonius* Apolloniates, al. Apolloniados. *Georgius* Ruſiates, al. Ruſiados. *Evethios* Adrianopolitanus. *Theophanes* Corepiſcopus. *Rufus* Cæſarienſis. *Eulalius* Corepiſcopus.

PROVINCIÆ EUROPÆ (c). *Phædrius* Heraclienſis (d), al. Heracliæ.

PROVINCIÆ DACIÆ. *Protogenes* Sardicenſis. *Marcus* Metropolitanus, al. Calabrienſis. *Piſtus* Martianopolitanus. *Cæcilianus* Metropolitanus, al. Carthaginenſis. *Alexander* Theſſalonicenſis. *Dacius* Macedoniæ. *Piſius* Athenienſis. *Marcus* Eubœæ. *Strategius* Hephæſtius. *Claudius* Theſſaliæ. *Budion* Stridonenſis, al. Dardaniæ. *Domnus* Metropolitanus, al. Pannoniæ. *Nicaſius* (e) Galliarum, al. Divienſis. *Theophilus* Gothiæ (f). *Can* Boſphori, al. Boſphorenus.

Explicit ſacratiſſimum Nicænum Concilium.

(a) *Inſulares*] V. C. add. Nelon. (b) *Bithyniæ*] x l. (c) *Europæ*] xv. (d) *Phædrius Heraclienſis*] *Pedertus Iraclius.* (e) *Nicaſius*] *Nicheius Duxnas.* (f) *Gothiæ*] *Guthias.*

AD LECTOREM.

IN hac ſubſcriptione reperiuntur nonnulli (ſed tamen perpauci) Epiſcopi Ariani, qui, metu Conſtantini, ſimulatâ profeſſione, non ex animo ſubſcripſiſſe videntur. De quibus ita ſcribit in Eccleſiaſtica Hiſtoria Rufinus : Defertur ad Conſtantinum ſacerdotalis Concilii ſententia : ille tanquam à Deo prolatam veneratur, cui ſi quis tentaſſet obniti, velut contra divina ſtatuta venientem, in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli, 171. ab Ario ſe patiuntur expelli ; reliqui verò undecim (erant enim ex Arii parte) cum Ario Epiſcopi, Concilio inter ſe habito, acquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſolâ, non mente. Cujus ſimulationis autor præcipuè extitit Nicomediæ Epiſcopus (qui hic inter Bithyniæ Epiſcopos primo loco ponitur) Euſebius. Interim quoquo modo, aliis veritate, aliis ſimulatione (ſicut poſt exitus docuit) ſubſcribentibus, & de ſingulis quibuſque Eccleſiaſticis obſervationibus certa ſtatuta fingentibus, Concilium diremptum eſt.

CONCILIUM NICÆNUM.

Lib. 20. c. 5.

Aliud item de hac ſubſcriptione, ex tertio eorum, quibus hîc utimur, codicum, adnotare libet. Ita enim ibi habetur : Sciendum in antiquioribus exemplaribus Nicæno Concilio aſcriptum reperiri, quia ſtudioſi ſervi Dei non tam Occidentalium, quàm Orientalium Patrum nomina conſcribere ſtuduerint, eò quòd Occidentales non ſimiliter quæſtionem de hæreſibus habuerint. Unde & in Latinis exemplaribus non omnium Nicænorum Patrum, videlicet CCC. XVIII. Epiſcoporum, nomina reperiuntur conſcripta.

Nec te inſuper, candide lector, offendat, quòd aliæ tranſlationis latinæ verba reperiuntur in Rufino & Gratiano, non enim inconveniens eſt eoſdem Canones diverſis verbis ex una lingua in alteram transferri. Quâ autem interpretatione uſus ſit Gratianus neſcimus. Nos utimur eâ, quam olim Adrianus Papa I, per manus Caroli Magni Occidentalibus Eccleſiis direxit : (**) *Cæterùm apud Gratianum duo reperiuntur egregii huic Concilio aſcripti Canones, quos hîc referre congruum videtur, quandoquidem inter hos XX non continentur ; unus quidem de Monachis, alter verò de conſecratione Eccleſiarum conſtituit.*

Sic itaque habetur XVI. *q.* 1. *c.* 1. Placuit omnibus reſidentibus in ſancta Nicæna Synodo, ut Monachorum converſatio & vita, ſecundùm etymologiam nominis, ab omnibus diſcrepet. Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur ; unde Monachum per omnia ſingulariter agere oportet. Quamobrem firmiter, & indiſſolubiliter omnes præcipimus, ut aliquis Monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi ſibi invicem, ut juſtum eſt : mortuum non ſepeliat,

Canon de Monachis.

(**) Paroles remarquables qui ſervent aux preuves de l'article 41 des Libertés, & même au titre de ce Code.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NICANUM.

Canon de conſecratione Eccleſiarum.

niſi Monachum in Monaſterio ſecum commorantem, vel ſi fortuitò quemquam advenientium fratrum ibi mori contigerit.

Et de conſecratione, d. 2. c. Eccleſiis ſic habetur: Eccleſiis ſemel Deo conſecratis non debet iterum conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cujuſquam ſemine pollutæ fuerint. Quia ſicut infans à qualicumque ſacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dedicatus iterum conſecrandus eſt, niſi propter eas cauſas, quas ſuperiùs nominavimus, ſi tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerint qui eum conſecraverunt. *Hæc eadem verba ponuntur ab eodem, diſt. 68.*

An verò hi duo Canones aſcribendi ſint huic Concilio Nicæno primo, an potiùs ſecundo CCCL *Epiſcoporum, quod ſeptima Synodus eſt appellatum, tuo, lector, judicio relinquimus. Illud autem capitulum, quod ponitur 22. q. 2. c.* Judices, *quamvis à Gratiano aſcribatur Nicæno Concilio, tamen ipſa verba indicant non Concilii hujus, ſed Julii Papæ, potiùs in ipſius ad Orientales Epiſcopos epiſtola dicta eſſe. Ait enim:* Judices autem eſſe non debent, niſi quos ipſe qui impetitur, elegerit, aut quos ſuo conſenſu hæc ſancta Sedes, aut ejus Primates authoritate hujus ſanctæ Sedis, delegaverint. *Julius tamen Papa ait ſic fuiſſe in hoc ſancto Concilio à Patribus conſtitutum. Eſt denique inferiùs longam videre diſceptationem de hujus Concilii Canonibus, habitam olim inter Romanos Pontifices & Epiſcopos Africanos: ſed ea commodiùs legetur loco ſuo, nè hîc veterum codicum ordo turbari videatur* (a.)

(a) Meminêre Nicæni Concilii Hieronymus in præfatione libri Judith. *Apud Hebræos liber Judith inter agiographa legitur, cujus auctoritas ad roborandas illa quæ in contentionem veniunt, minùs idonea judicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, æquievi poſtulationi veſtræ.*

Canon 1 Concil. Antioch. *Magna Synodus.*

In Concil. Arelatenſ. quod ſecundum inſcribitur, Can. 4. 25. *Et eſt prima omnium Arelatenſium ſub Marino non Nicæna de Paſchate Synodi Nicænæ auctoritas, cujus meminit Athanaſius, lib. de Synod. Arimin. & Seleuc. Theophil.* Alexand. in Epiſt. Paſchali b. 476 & 477, ubi ſcriptum Concilium, non Canonis, ut notat Iſidorus Mercator in præfat. collect. Concil. Nicephor. Callift. & Socrat. lib. 1 cap. 9; Theodoret. lib. 1, cap. 10 & 13; Euſeb. lib. 3 de vit. Conſtantin. fortaſſis verò de ea re Canon factus non eſt, ſed quod Patribus viſum fuerat, Imperator Edicto comprehendit tanquam rem ad ſuam auctoritatem pertinentem, ut & Leo I, Epiſt. 62; Marciani Edictum.

Ambroſius, Epiſt. 82, *Patres*, inquit, *in Concilio Nicæno tractatus addidêre, neque Clericum quemquam debere eſſe qui ſecunda conjugia ſortitus ſit.*

Walfr. Strab. lib. de reb. Eccleſ. 412. *Affirmant multi hymnum illum*, Gloria Patri, *&c. qui Officiis omnibus interſeritur, Nicæni Concilii ſacratiſſimâ Sanctione prolatum, ut omnibus Officiis & orationibus intermixtus, &c.*

CONCILIUM

CONCILIUM ANCYRANUM.

Incipiunt tituli Canonum Ancyrani Concilii (a), *numero XXIV.*

1 DE Presbyteris qui immolaverunt tempore perſecutionis.
2 De Diaconis qui immolaverunt.
3 De his qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim pagani ritûs aliquid pertulerunt.
4 De his qui diverſis cauſis gentilitatis ritûs aliquid peregerunt.
5 De his qui timore ritus gentilium peregerunt.
6 De his qui in locis idolorum manducaverunt.
7 De his qui frequenter idolis immolaverunt.
8 De his qui & aliis ſacrificandi cauſas attulerunt.
9 De Diaconis, qui rempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt.
10 De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.
11 De his qui, cùm eſſent Catechumeni, idolis immolaverunr.
12 Quòd non oporteat Corepiſcopos ordinare Clericum, niſi in agris & villulis.
13 De his qui eſum carnium in Clero conſtituti diffugiunt.
14 De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis.
15 De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.
16 De his qui in pecudes, vel in maſculos aut olim polluti ſunr, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.
17 De his qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.
18 De his qui virginitatem profeſſi ſunr, & de his quæ ſub ſororis habitu cùm aliquibus commorantur.
19 De his qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobentur.
20 De his qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.
21 De homicidis.
22 De his qui non ſponte homicidium commiſerunt.
23 De his qui divinationes expetunt.
24 De his qui virginum corruptionibus conſcii ſunt.

(a) *Ancyrani Concilii*] Quod & Anquiritanum dicitur, & Anquirenſium in veteri tranſlatione, quæ alia eſt ab hac Dionyſii Exiguii.

Ad lectorem brevis annotatio.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM ANCYRANUM.

VARIÈ ſcribitur vocabulum hujus Concilii : Gratianus quippe in Decretis vocat Anchiritanum Concilium ; noſtri Codices freti antiquitate habent, nunc Ancyranum, nunc Anquiranum. Utcunque autem habent vocabulum, urbs ipſa ſita eſt in Galatia prima, ut patet ex ſubſcriptione Chalcedonenſis Concilii. Dicta antiquitus Anquira ſeu Ancyra. Solet autem in vetuſtis libris frequenter Qu. *pro* c. *ſcribi, verbi gratiâ,* Quiriacus *pro* Cyriacus, Quæle *pro* Cœle ; *ſic Anquira pro Ancyra. Quod autem hoc Concilium non diù ante Nicænum fuerit, ex ſubſcriptionibus facilè colligitur : reperiuntur enim iidem Epiſcopi utrique Concilio alicubi ſubſcripſiſſe. Exempli gratiâ, Nunechius Laodicenſis, & Marcellus Ancyranus, quem Ariani poſt Nicænum Concilium plurimùm vexaverunt, ut ex hiſtoriis & variis epiſtolis liquet. Author autem horum Cononum, maximè Vitalis Antiochenus, qui in ſubſcriptione primum locum tenet, fuiſſe perhibetur.*

Diſt. 16. c. Prima annotatio.

(a) *Incipiunt Regulæ Ancyrani Concilii.*

ISTæ regulæ priores quidem ſunt Nicænis : ſed ideo Nicænæ priùs (b) ſcriptæ ſunt, propter authoritatem ejuſdem magni ſanctique Concilii congregati apud Nicæam.

De Presbyteris qui immolaverunt tempore perſecutionis.

Diſt. 50. c. Presbyteros.

CAP. I. Presbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes : ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis ſubjici, quo facinus pati viderentur inviti : hos ergo placuit honorem quidem ſedis retinere, offerre autem illis & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi non liceat.

De Diaconis qui immolaverunt.

CAP. II. Diaconi ſimiliter, qui immolaverunt, honorem quidem habeant : ceſſent verò ab omni ſacro miniſterio, ſivè à pane, ſivè à calice offerendo, vel prædicando. Quòd ſi quidam Epiſcoporum conſcii ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid ampliùs tribuere, vel adimere, penès ipſos erit poteſtas.

Diſt. 28. c. Diaconi.

(a) *Incipiunt regulæ*] V. C. *Canones conſtituti à ſanctis Patribus qui congregati ſunt per ſanctum Spiritum in eivitate Ancyrenſe.* Sunt autem tituli XXIV.

(b) *Scriptæ ſunt*] V. C. *acceptæ ſunt.*

De his qui fugâ comprehenſi ſunt, & per vim pagani ritûs aliquid pertulerunt.

CAP. III. Qui fugientes comprehenſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus ſuſtinuêre tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclamaverunt ſe Chriſtianos eſſe, & eò uſque aſtricti ſunt, ut manus eorum compreliendentes, violenter attraherent, & funeſtis ſacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur, confitentes jugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctum rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes omni dejectione, & habitu, & humilitate vitæ: nos, velut extrà delictum conſtitutos à communionis gratia non vetamus. Si verò prohibiti ſunt ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam, ſtatim recipiantur. Hoc autem ſimiliter de Clericis, & de laicis cæteris obſervari conveniet. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam laici, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad Clericatûs ordinem promoveri? placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccaverunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium provehi.

De his qui diverſis cauſis gentilitatis ritûs aliquid peregerunt.

CAP. IV. De his qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper & cœnaverunt in idolio, quicumque eorum, cùm ducerentur, lætiore habitu fuerunt, & veſtimentis pretioſioribus uſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes extiterunt: placuit eos inter audientes uno anno conſtitui, ſuccumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam pervenire. Quotquot autem aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbentes per omne tempus flevêre diſcubitus, ſi compleverunt pœnitentiam triennii temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio ſubjecti pœnitentiæ, tertio anno ſine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio conſequantur. Penès autem Epiſcopos erit poteſtas, modum converſionis eorum probantes, vel humaniùs erga eos agere, vel amplius tempus addicere. Ante omnia verò præcedens eorum vita & poſterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

De his qui timore ritus gentilium peregerunt.

CAP. V. De his qui minis tantùm ceſsêre pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, ſacrificaverunt, & hactenus pœnitudinis negligentes, neque converſi, nunc hujus Concilii tempore ſemet obtulerunt, converſionis ſuæ conſilia capientes: placuit uſque ad magnum diem eos inter audientes ſuſcipi, & poſt magnum diem triennio pœnitentiam agere, & poſtmodum duobus annis ſine oblatione communicare. Et tunc de-

CODEX CANONUM. *CONCILIUM ANCYRANUM.*

mùm, ſex annis completis, ad perfectionis gratiam pervenire. Si verò quidem ante hanc Synodum ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis ſexennii computetur. Si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex aliqua occaſione contigerit, his ſub definitione ſtatuta communio non negetur.

De his qui in locis idolorum manducaverunt.

CAP. VI. De his qui feſtis diebus gentilium in remotis eorum locis convivia celebrârunt, ciboſque proprios deferentes ibidem comederunt: placuit poſt pœnitentiam biennii, eos ſuſcipi, utrum verò cum oblatione ſinguli Epiſcoporum probantes, vitam eorum & ſingulos actus examinent.

De his qui frequenter idolis immolaverunt.

CAP. VII. Hi qui ſecundò, & tertiò ſacrificaverunt coacti, quatuor annis pœnitentiæ ſubjiciantur: duobus autem aliis ſine oblatione communicent, & ſeptimo anno perfectè recipiantur.

De his qui & aliis ſacrificandi cauſas attulerunt.

CAP. VIII. Quotquot autem non ſolùm ipſi deviaverunt, ſed etiam inſurrexerunt, & compulerunt fratres, & cauſas præbuerunt, ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud verò ſexennium pœnitentiæ ſubjiciantur acriori, & alio anno communionem ſine oblatione percipiant, ut perfectionem, expleto decennio, conſequantur. Inter hæc autem & eorum vita penſanda eſt.

De Diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt.

CAP. IX. Diaconi quicumque ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt, velle ſe conjugio copulari, quia ſic manere non poſſunt: hi ſi poſtmodum uxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quòd eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicunque ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debebunt.

De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.

CAP. X. Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit. *27. q. 1. c. Deſponſatas.*

De his qui cùm eſſent catechumeni, idolis immolaverunt.

CAP. XI. Eos, qui ante baptiſma ſacrificaverunt idolis, & poſtea baptiſma conſecuti ſunt, placuit ad ordinem provehi, eo quòd probentur abluti.

Quòd non oporteat Corepiſcopos Clericos ordinare, niſi in agris & villulis.

CAP. XII. Corepiſcopis non licere Preſbyteros, aut Diaconos ordinare, ſed nec Presbyteris civitatis, ſine præcepto Epiſcopi, vel litteris, in unaquaque parochia.

Digitized by Google

De his qui eſum carnium in Clero conſtituti diſſugiunt.

CAP. XIII. Hi qui in Clero ſunt Presbyteri, & Diaconi, & à carnibus abſtinent : placuit eas quidem contingere, & ita ſi voluerint, continere. Quòd ſi in tantum eas abominantur, ut nec olera, quæ cùm eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.

De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis.

22. q. 2. c. Si quæ de rebus. CAP. XIV. De his quæ pertinent ad Eccleſiam, quæcunque, cùm non eſſe Epiſcopus, Presbyteri vendiderunt : placuit, reſciſſo contractu, ad jura Eccleſiaſtica revocari. In judicio autem erit Epiſcopi, ſi pretium debeat recipi, necne. Quia plerumque rerum diſtractarum reditus ampliorem ſumman pro pretio dato reddiderit.

De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.

CAP. XV. De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur, quotquot ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum : deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit, & ita miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hæsêre criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta XX annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, XXV annis pœnitudinem gerentes in communionem ſuſcipiantur orationum : in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quòd ſi & uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam conſequantur.

De his qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.

CAP. XVI. Eos, qui irrationabiliter vixerunt, & leprâ injuſti criminis alios polluerunt, præcepit ſancta Synodus inter eos orare qui ſpiritu periclitantur immundo.

De his qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.

Dist. 92. c. Si quis. CAP. XVII. Si qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim Præſulibus earum inferre, ſeditiones adversùm eos excitando : hos abjici placuit. Quòd ſi voluerint, in Presbyterii ordine, ubi priùs fuerant, ut Presbyteri reſidere : non abjiciantur propriâ dignitate. Si autem ſeditiones commovent ibidem conſtitutis Epiſcopis, Presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM ANCYRANUM.

De his qui virginitatem profeſſi ſunt, & de his quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur.

CAP. XVIII. Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem, quæ conveniunt cum aliquibus, tanquam ſorores, habitare prohibemus.

De his qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur.

CAP. XIX. Si cujus uxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem conſequi ſecundùm priſtinos gradus.

De his qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.

CAP. XX. De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia removet: humaniùs autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus, ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

De homicidis.

CAP. XXI. Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur.

De his qui non ſponte homicidium commiſerunt.

CAP. XXII. De homicidiis non ſpente commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit: ſecunda verò quinquennii tempus explere. Modus autem hujus pœnitentiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, ut ſecundùm converſionem pœnitentium poſſint & extendere tardantibus, & minuere ſtudiosè feſtinantibus. *Diſt. 50. c. Eos qui non voluntate.*

De his qui divinationes expetunt.

CAP. XXIII. Qui divinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte maleficâ, aut expiandi causâ, ſub regula quinquennii jaceant, ſecundùm gradus pœnitentiæ definitos. *26. q. 5. c. Qui divinationes.*

De his qui virginum corruptionibus conſcii ſunt.

CAP. XXIV. Quidam ſponſam habens, ſororem ejus violavit, & gravidam reddidit: poſtmodum deſponſatam ſibi duxit uxorem; illa verò, quæ corrupta eſt, laqueo ſe peremit. Hi, qui fuerunt conſcii, poſt decennem ſatisfactionem juſſi ſunt ſuſcipi, ſecundùm gradus pœnitentiæ conſtitutos.

ET SUBSCRIPSERUNT XVIII EPISCOPI
Qui in eodem Concilio convenerunt.

Vitalis Antiochenus. *Marcellus* Ancyranus. *Articolaüs* Cæſarienſis. *Lupus* Tarſenſis, al de Tarſo. *Baſilius* Amenſis. *Philadelphus* Æliopolitanus. *Euſtolus* Nicomedienſis. *Heraclius* Zelonenſis. *Petrus* Iconienſis. *Nunechius* Laodicenſis. *Sergianus* Antiochenſis. *Epidaurius* Piſidienſis. *Narciſſus* Pergenſis. *Leontius* Nerodianenſis. *Longinus* Dicaſionenſis. *Amphion* Alphios. *Selaüs* Germanus.

Expliciunt Canones Concilii Ancyrani.

CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

Incipiunt tituli Canonum Neocæsarienſis Concilii, numero XIV.

1 DE Presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.
2 De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint.
3 De multinubis.
4 De his qui proponentes fornicari vetantur.
5 De Catechumenis peccantibus.
6 De Catechumena prægnante.
7 Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare Presbyterum.
8 De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt.
9 De his qui ad Presbyterium promoventur, & ante ordinationem peccatorum ſibi ſunt conſcii.
10 De Diaconibus ſimiliter.
11 Quo tempore Presbyterum conveniat ordinare.
12 De his qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.
13 De Presbyteris agrorum.
14 De numero certo Diaconorum.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

Ad lectorem brevis annotatio.

EX catalogo ſubſcriptionum Nicæni, Chalcedonenſis Concilii conjicere licet Neocæſarienſe Concilium celebratum eſſe in Provincia Ponti Polemoniaci; utrobique enim primo loco ponitur Epiſcopus Neocæſarienſis. Atque ut intelligas non longè ante Nicænum hoc præceſſiſſe, idem reperitur Epiſcopus Longinus & hic & illic aſſignatus. Eſt autem Pontus regio ad littus ſinus Euxini, quam olim Nero, concedente Rege Polemone, ex Regno in Provinciæ formam redegit, uti ſcribunt Suetonius, Aurelius, Eutropius, aliique hiſtorici. Dicta eſt ergo Pontus Polemoniacus ab antiquo Rege, ſita inter Paphlagoniam & Armeniam, clara nunc Trapzunte, Imperii Turcici ſede ante captam Conſtantinopolim. De hoc autem Concilio

ita ſcribit Gratianus : Synodus Neocæſarienſis poſt Ancyricanam & Antiochenam legitur fuiſſe, in qua Patres XVII ſtatuerunt Canones XXIII, quorum author maximè Vitalis Epiſcopus Salonitanus, extitit. *Hæc ille : Arbitramur autem mendoſos eſſe Codices, qui pro numero* XIV *habent* XXIV. *Non enim extant niſi* XIV *hujus Concilii Canones, quos etiam ſexta Synodus legitur approbaſſe.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

Diſt. 16. c. Prima annotatio. Fa c. Quoniam §. item 2.

Incipiunt Canones Concilii Neocæſarienſis.

INcipiunt regulæ (a) prolatæ in Synodo Neocæſarienſi, numero XIV. Et hæ regulæ poſt eas quidem probantur eſſe, quæ apud Ancyram vel Cæſaream expoſitæ ſunt : ſed Nicænis anteriores reperiuntur.

De Presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.

Diſt. 28. c. Preſbyter. CAP. I. Presbyter ſi uxorem accepetit, ab ordine deponatur : ſi verò fornicatus fuèrit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint.

CAP. II. Mulier, ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem : veruntamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit quod facta incolumis, hujus conjunctionis vincla diſſolvat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quòd ſi defecerit mulier, aut vit in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

De multinubis.

CAP. III. De his qui in plurimas nuptias inciderunt & tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed converſio eorum, & fides tempus adbreviat. *31. q. 1. c. De his.*

De his qui proponentes fornicari vetantur.

CAP. IV. Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum ; apparet quod gratiâ Dei liberatus ſit.

De Catechumenis peccantibus.

CAP. V. Catechumenus (b) ingrediatur Eccleſiam, & in ordinem eorum qui inſtruuntur aſſiſtat : hic autem deprehenſus fuerit peccans, ſiquidem genu flectit, au-

(a) *Incipiunt regulæ*] Vetus exemplar germani fratris ex interpretatione Dionyſii Exigui, *convenientibus in unum ſanctis & venerabilibus Epiſcopis in urbe Cæſarea, Vitalis, Germanus, Gregorius, Alfius, Baſilius, Salaminus, Redux, Dicæus, Heraelius, Leontius, Anſion, Stephanus, Sencius, Lupus, Valentinus, Gerontius, Marceſſus, Longinus & Sanctus, & cæteri ſtatuerunt hæc quæ infra ſcripta ſunt.*

(b) *Catechumenus*] Nicæn. 14.

cujuſque

diat, ut non delinquat ulteriùs: si verò & audiens peccaverit, expellatur.

De Catechumena prægnante.

CAP. VI. Gravidam oportet baptizari, quando voluerit, nihil enim in hoc quæ parit, naſcenti communicat: propterea quòd uniuſcujuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur.

Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare Presbyterum.

CAP. VII. Presbyterum in nuptiis bigami prandere non convenit, quia cùm pœnitentiâ bigamus egeat, quis erit Presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis poſſit præbere conſenſum?

De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt.

Diſt. 34. c. Si cujus. CAP. VIII. Mulier cujuſdam adulterata laïci conſtituti, ſi evidenter arguatur, talis ad miniſterium Cleri venire non poterit. Si verò poſt ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam convenit; quòd ſi cum illa convixerit, miniſterium ſibi commiſſum obtinere non poterit.

De his qui ad Presbyterium promoventur, & ante ordinationem peccatorum ſibi ſunt conſcii.

15. q. 8. c. qui admiſit. CAP. IX. Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato provehatur, & confeſſus fuerit de ſe, quòd antè ordinationem deliquerit, oblata non conſecret: manens in reliquis officiis, propter ſtudium bonum; nam peccata reliqua plerique dixerunt per manûs impoſitionem poſſe dimitti. Qnòd ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſtè nequiverit, poteſtatis ſuæ judicio relinquatur.

De Diaconis ſimiliter.

CAP. X. Simili modo etiam Diaconus, ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterii ſubtrahatur.

Quo tempore Presbyterum conveniat ordinare.

Diſt. 78. c. Presbyter. Luc. 3. CAP. XI. Presbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur, licèt valde ſit dignus: ſed hoc tempus obſervet. Nam Dominus noſter triceſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

De his qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.

Diſt. 57. c. Si quis. CAP. XII. Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem Presbyterii non poteſt promoveri, quòd non ex propoſito fides ejus, ſed ex neceſſitate deſcendit: niſi ſortè propter ſequens ſtudium ejus, & fidem, atque hominum raritatem talis poſſit admitti.

De Presbyteris agrorum.

CAP. XIII. Presbyteri ruris in Eccleſia civitatis, Epiſcopo præ-

CODEX CANONUM. CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

sente, vel Presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si verò absentes hi fuerint, & ad dandam * orationem vocentur, soli dare debebunt. Corepiscopi quoque ad exemplum quidem, & formam septuaginta videntur esse *: ut comministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.

*Forté *oblationem.*

*Forté *vocati.*

De numero certo Diaconorum.

CAP. XIV. Diaconi septem debent esse juxta regulam, licèt & valde magna sit civitas. Idipsum autem & Actuum Apostolorum liber insinuat. *Act. 6. Dist. 93. c. Diaconi.*

CONVENERUNT AUTEM IN UNUM sancti & venerabiles Episcopi (a) in urbe Cæsarienſi, id est,

Vitalis, Germanus, Gregorius, Alphius, Heraclius, Basilius, Leontius, Amphion, Stephanus, Eretius, Lupus, Valentinus, Gerontius, Narcissus, Longinus, Sanctus, Salaminus, al. Salminus; *Rudus,* al Redus; *Dicasius.* *In Decretis habetur Salonitanus. Dist. 16. c. Prima annot.*

Et cæteri, qui statuerunt superiùs scripta.

(a) *In urbe Cæsarienſi*] V. C. *Cæsarea.*

Digitized by Google

CONCILIUM GANGRENSE.

(a) *Tituli Canonum Gangrenſis Concilii, numero XX.*

1 DE his qui nuptias (b) execrantur.
2 De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur.
3 De ſervis qui jugum famulatûs abjiciunt Chriſtianitatis obtentu.
4 De Preſbyteris qui habuêre conjugia.
5 De his qui ab Eccleſia conventus ſpernendos æſtimant.
6 De his qui Eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt.
7 De fructuum oblationibus, quæ Miniſtris Eccleſiæ conferuntur.
8 De his quæ in uſus pauperum conferuntur.
9 De his qui in virginitate, continentiaque perſiſtunt.
10 De his qui pro virginitate ſuperbiunt.
11 De his qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum, riſui deputant.
12 De his qui palliis utuntur, & idcirco ſuperbiunt.
13 De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.
14 De his qui velut peccatum copulam deſerunt nuptiarum.
15 De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios.
16 De his qui patres Chriſtianitatis occaſione contemnunt.
17 De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.
18 De his qui dominico die jejunant, tanquam nihil præ cæteris differente.
19 De his qui Eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt.
20 De his qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur.

CODEX CANONUM. CONCILIUM GANGRENSE.

(a) *Tituli Canonum*] In vet. Cod. Turon. qui fuit Henrici Meſmii, ſunt ex alia tranſlatione.
(b) *Execrantur*] V. C. abominantur.

ARGUMENTUM IN GANGRENSE CONCILIUM EX GRATIANO.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM GANGRENSE.

Dist. 16. c. Prima annot. SYNODUS Gangrenſis poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres XVI ſtatuerunt Canones XX propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas, maximè contra Euſtochium, qui dicebat quòd nullus in conjugali gradu poſitus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renunciaret, quæ poſſideret, ſpem ullam ad Deum haberet: *Dist. 28. c. Si quis dissernit.* & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. *Et infra in alio loco.* Item opponitur ex Concilio Gangrenſi: Si quis diſcernit Preſbyterum conjugatum, tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo abſtinet, anathema ſit. Sed notandum eſt (inquit) quòd ſecundùm Iſidorum pleraque *Dist. 29. c. 1. Ea, c. Regulæ. Dist. 30. c. 1.* Capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona, conſideranda ſunt. Hic etiam Gregorius ait: Regulæ ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio, inſtante neceſſitate, traditæ ſunt. Illud ergo, quod in Gangrenſi Concilio legitur, ex cauſa conſideratur, & ex tempore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui conjugium deteſtabantur. Sicut etiam quorumdam ſuperſtitio, multa in Catholicorum deteſtationem introduxiſſe invenitur, contra quos in Gangrenſi Concilio ſtatutum legitur. *Hæc Gratianus.*

INCIPIT SYNODI GANGRENSIS PRÆFATIO.

**Lege* Epiſcopi.

DOMINIS honorabilibus (a) *conſacerdotibus, in Armenia conſtitutis,* * *Epiſcopis, quorum nomina ſuperiùs ſunt ſcripta, & convenerunt in Gangrenſi Concilio, in Domino ſalutem. Quoniam A!.* * convenit. * *conveniens ſancta Synodus Epiſcoporum in Gangrenſem Eccleſiam, propter quaſdam eccleſiaſticas neceſſarias cauſas inquirendas, & ea,* Errores Euſtaſianorum. *quæ ſecundùm Euſtaſium geſta ſunt, dignoſcenda, invenit multa fieri indecenter ab his qui hunc eundem Euſtaſium ſecuti ſunt, neceſſariò ſtatuit, palàm factis omnibus, amputare univerſa quæ ab eodem mala commiſſa ſunt. Declaratum eſt enim hos eoſdem nuptias accu-*

(a) *Dominis honorabilibus*] V. C. *Epiſcopis, quorum nomina ſuperiùs ſunt ſcripta. Euſebius, Eulalius, Eugenius, Bitenius, Olympius, Gregorius, Filetus, Eracles, Ælianus, Papius, Epatius, Proſetius, Baſilius, Baſſus, Eugenius, qui, &c.* Vet. Exempl. Juron. *Dominis honorabilibus in Armenia conſtitutis, ſanctis & comminiſtris, Euſebius, Ælianus, Eugenius, Olympius, Bithynius, Gregorius, Feliculus, Papus, Eulalius, Hypatius, Proæreſius, Baſilius, Eugenius, Herachus, qui convenerunt in ſanctam Synodum in civitate Gangrenſi.* Sunt verò omnia ex alia tranſlatione.

*ſare, & docere quòd nullus in conjugali poſitus gradu ſpem habeat apud Deum. Unde factum eſt, ut multæ mulieres ſeductæ, relictis propriis viris, & viri, uxoribus deſtitutis, vinculum conjugale diſſolverent, continentiam profitentes, quam cùm retinere non poſſent, adulteria commiſerunt. Inventi ſunt enim diſceſſiones, ac ſeparationes, Dominicis Eccleſiis Dei docere, id eſt, & traditiones Eccleſiaſticas, & ea, quæ in Eccleſiis aguntur, debere contemni, privatis conventiculis ſtatutis atque ad imitationem eorum, quæ in domo Dei aguntur, omnia præſumere celebrare. Adhuc etiam veſtibus communibus ſpretis, novos etiam & inſolitos habitus adſumpſiſſe. Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quas veterum inſtitutio Eccleſiis tribuit, ſibimet vendicaſſe, id eſt, propriâ ratiocinatione doctrinæ, tanquam ſanctis ſibi eas offerri debere, apud ſe, & inter ſe diſpenſandas. Servos à Dominis recedentes, & per hanc inuſitatæ religionis * Dominos contempſiſſe. Mulieres præter conſuetudinem, & ſui ſexûs ornatum * hæc ſe juſtificari credentes, virilem habitum uſu cepiſſe, pluresque occaſione religionis tonſas, genuini decoris comas penitus amputaſſe. Jejunia, quæ in Eccleſia prædicantur, contemnenda adſeruiſſe. Nonnullos eorum etiam cibos carnium, tanquam illicitos reputaſſe. In domibus conjugatorum, nec orationes quidem celebrari perſuaſiſſe, in tantùm, ut eaſdem fieri vetent, oblationibus quoque in domibus factis minimè communicandum eſſe decernant. Preſbyteros, qui matrimonia contraxerunt, ſperni debere, nec ſacramenta, quæ ab eis conficiuntur, contingi. Loca ſanctorum martyrum, vel baſilicas contemnere, & omnes, qui illuc conveniunt, reprehendere. Divites fideles, qui non omnibus renunciane, quæ poſſident, ſpem apud Deum non habere. Et multa alia, quæ numerari nulli poſſibile eſt, ſingulos quoque eorum pro arbitrio ſuo conſtituere, unuſquiſque eorum per tales inſtitueiones ab Eccleſiaſtico Canone recedentes, tanquam proprias leges ſibimet condidiſſe. Nec communis his omnibus, & una ſententia eſt. Singuli enim prout videtur, & libet ad accuſationem Eccleſiæ nitendo, tanquam rector non ſit, vel addit decreta, vel minuit. Propterea ergo coactum eſt hoc Concilium, in Gangrenſi Eccleſia habitum, Canones iſtos exponere, in quibus probantur, nè memorati eſſent extra Eccleſiam. Quòd ſi per pœnitentiam condemnaverint hæc omnia, quæ malè ſenſerunt, tanquam à ſe non bene prolata, acceptabiles fiant, atque ad eos ſingula, quæ debent condemnare, Synodus credidit exponenda. Quòd ſi quis renuerit hæc quæ hodie conſtituta ſunt, tanquam hæreticus, & anathematizatus, & damnatus abjiciatur, & erit non ſolùm incommunicatus, verùm etiam & ab Eccleſia habeatur extorris, donec deprecetur Epiſcopos, & de univerſis * quæ * pœne eos deprehenſæ, atque detectæ ſunt, providerit, quid horum ſuſceperit obſervandum.*

* *Forte* addendum, ſpeciem aut formam.

* *Forte* hac.

* *Forte* addendum, traditionibus.

* *Forte* penes.

CODEX CANONUM. CONCILIUM GANGRENSE.

(a) *Incipiunt Regulæ Synodi Gangrenſis, quæ poſt Nicænum Concilium expoſitæ ſunt, numero XX.*

De his qui nuptias execrantur.

Diſt. 30. c. Si quis nuptias. CAP. I. Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabiles æſtimat, velut qui in regnum Dei introire non poſſint, anathema ſit.

De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur.

Diſt. 30. c. Si quis carnem. CAP. II. Si quis carnem edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione, & fide, condemnat, velut ſpem, propter hujuſmodi perceptionem, non habentem, anathema ſit.

De ſervis qui jugum famulatûs abjiciunt Chriſtianitatis obtentu.

27. q. 4. Si quis ſervum. CAP. III. Si quis ſervum prætextu divini cultûs doceat dominum contemnere proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei cum benevolentia, & omni honore deſerviat, anathema ſit.

De Preſbyteris qui habuêre conjugia.

Diſt. 28. Si quis diſcernit. CAP. IV. Quicumque diſcernit à Preſbytero, qui uxorem habuit, quòd non oporteat eo miniſtrante de oblatione percipere, anathema ſit.

De his qui Eccleſiæ conventus ſpernendos exiſtimant.

Diſt. 30 c. Si quis docet. CAP. V. Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conventus qui in ea celebrantur, anathema ſit.

De his qui Eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt.

Diſt. 30. c. Si quis extra. CAP. VI. Si quis extra Eccleſiam ſeorſum conventus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea quæ ſunt Eccleſiæ, voluerit uſurpare, non conveniente Preſbytero, juxta decretum Epiſcopi, anathema ſit.

De fructuum oblationibus, quæ Miniſtris Eccleſiæ conferuntur.

CAP. VII. Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.

De his quæ in uſus pauperum conferuntur.

CAP. VIII. Si quis dederit, vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum qui conſtiturus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

(a) *Incipiunt Regulæ*] V. C. addit: *Quæ poſt ſanctum Nicænum Concilium in Gangris expoſitæ ſunt.*

De his qui in virginitate, continentiaque perſiſtunt.

Diſt. 30. c. Si quis vel. CAP. IX. Quicumque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias temerat, nec propterhoc, quod bonum, & ſanctum eſt, nomen virginitatis adſumit, anathema ſit.

De his qui pro virginitate ſuperbiunt.

Diſt. 30. c. Si quis propter. CAP. X. Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum ſervant, extollitur adverùsm conjugatos, anathema ſit.

De his qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum, riſui deputant.

Diſt. 42. c. Si quis. CAP. XI. Si quis deſpicit eos qui fideliter agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare hujuſcemodi vocationibus, parvipendens quod geritur, anathema ſit.

De his qui palliis utuntur, & idcirco ſuperbiunt.

Diſt. 30. c. Si quis virorum. CAP. XII. Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii utitur, quaſi per hoc habere ſe juſtitiam credens, & deſpicit eos, qui cum reverentia birris, & aliis communibus, & ſolitis utuntur, anathema ſit.

De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.

Diſt. 30. c. Si qua mulier. 2. CAP. XIII. Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictum virilem ſumit, anathema ſit.

De his qui velut peccatum copulam deſerunt nuptiarum. *CONCILIUM GANGRENSE*

CAP. XIV. Si qua mulier virum proprium relinquens, diſcedere voluerit, nuptias execrans, anathema ſit. *Diſt. 30. c. Si qua mulier.*

De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios.

CAP. XV. Si quis filios ſuos relinquens, non eos enutrit, & quod ad ſe pertinet, non ad pietatem divini cultûs informat, ſed per occaſionem continentiæ negligit, anathema ſit. *Diſt. 30. c. Si quis reliquerit*

De his qui patres Chriſtianitatis occaſione contemnunt.

CAP. XVI. Quicumque filii à parentibus ſub prætextu divini cultûs abſcedunt, nec debitam reverentiam dependunt illis qui divinum cultum ſibi procul dubio præferunt, anathema ſit. *Diſt. 30. c. Si qui filii.*

De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.

CAP. XVII. Si qua mulier, propter divinum cultum (ut æſtimat) crines attondet, quos ei Deus ad ſubjectionis memoriam tribuit, tanquam præceptum diſſolvens obedientiæ, anathema ſit. *Diſt. 30. c. Quæcumque mulier.*

De his qui dominico die jejunant, tanquam nihil præ cæteris differente.

CAP. XVIII. Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die dominico jejunat, anathema ſit. *Diſt. 30. c. Si quis tanquam.*

CODEX CANONUM.

De his qui eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt.

CONCILIUM GANGRENSE.

CAP. XIX. Si quis eorum qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune jejunia, & ab Eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit.

Diſt. 30. c. Si quis eorum.

De his qui collectas quæ fiunt in Martyrum commemorationibus, execrantur.

CAP. XX. Si quis ſuperbiæ uſûs affectu, conventus abominatur, quæ ad confeſſiones Martyrum celebrantur, & miniſteria, quæ in eis fiunt, ſimul cum eorum memoriis execratur, anathema ſit.

Diſt. 30. c. Si quis per ſuperbiam.

ET SUBSCRIPSERUNT

Ælianus, Eugenius, Olympius, Euſebius, Proæreſeus, Heracleus, Baſilius, Eulalius, Brærius, Hypatius (a), *Baſſianus, Baſſus, Bithynicus, Oſius, Pappus, Philethus, Gregorius.*

Diſt. 30. c. Hæc autem ſcripſimus.

HÆc autem (b) *ſcripſimus, non, qui in Eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt, vituperantes: ſed eos, qui abutuntur propoſito in ſuperbiam, & extolluntur adverſus ſimpliciores, abſcindimus, & damnamus eos, qui adverſum ſcripturas, & Eccleſiaſticas regulas nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum caſtitate, & religione ſuſcipitur, approbamus, & renunciationes ſæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum caſtum vinculum honoramus, & divitias cum juſtitia, &*

Diſt. 41. c. Patrimoniam.

operibus bonis non ſpernimus, & habitum ſimplicem, ac veſtem viliorem pro corporis diligentia infucatum laudamus, ſicut etiam ſolutas, & fractas in veſtibus proceſſiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conventus qui in his fiunt, tanquam ſanctos, & utiles ſuſcipimus, pietatem in privatis domibus non claudentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum, honoramus, & congregationem in eadem Eccleſia, factam pro utilitate communi, recipimus. Et bona opera, quæ ſupra vires in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia quæ ſanctas per ſcripturas, & per Apoſtolos ſunt tradita, in Eccleſia celebrari exoptamus.

(a) *Hypatius*] V. C. addit: *Epiſcopus Gangrenſis;* cujus mentio in Menologio Græcorum, die ultimâ menſis Martii.

(b) *Hæc autem, &c.*] Quæ ſequuntur non ſunt in Vet. Cod. Belvar.

CONCILIUM

Digitized by Google

CONCILIUM ANTIOCHENUM.

Tituli Canonum Antiocheni Concilii, numero XXV.

1 DE his qui contraria gerunt his quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Nicæno Concilio.
2 De his qui ſe à perceptione ſanctæ communionis avertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.
3 De his qui ab alia parochia, præter conſcientiam Epiſcoporum ſuorum, in aliis immorantur.
4 De damnatis, & miniſtrare tentantibus.
5 De his qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt.
6 De Clericis excommunicatis, & Laïcis.
7 De peregrinorum ſuſceptione.
8 De pacificis peregrinorum, id eſt, commendatitiis litteris.
9 De Metropolitanis ſingularum provinciarum.
10 De his qui vocantur Corepiſcopi.
11 De Epiſcopis, & Clericis adeuntibus Imperatorem.
12 De damnatis Epiſcopis, aut Clericis, & adeuntibus Imperatorem.
13 De his qui, cùm ſint ex alia provincia, in aliis audent ordinationes efficere.
14 De diſſenſione quæ ſuper Epiſcoporum dijudicatione contingit, appellantium provinciales Antiſtites.
15 De Epiſcopis ab ejuſdem provinciæ Sacerdotibus conſonanter excluſis.
16 De vacantibus Epiſcopis.
17 De his qui, cùm ad Epiſcopatum vocantur, evitant.
18 De his qui promoventur ad Epiſcopatum, nec recipiunt.ur
19 De Epiſcopalibus in provinciis Ordinationibus.
20 De Synodis quæ debent ab Epiſcopis ſuis temporibus in provincia celebrari.
21 Ut nullo modo de parochia ad aliam parochiam Epiſcopus tranſeat.
22 Ut in altera parochia Clericos alterius parochiæ Epiſcopus nullatenus ordinet.
23 Ut nullum ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promovendum.
24 De rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his quæ propria Epiſcopi eſſe noſcuntur.
25 Ut Epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM ANTIOCHENUM.

Incipiunt Regulæ (a) Antiocheni Concilii, expoſitæ apud Antiochiam in Encæniis, numero XXV.

SAncta, & pacata Synodus (b) in unum congregata, his qui per ſingulas provincias ſunt, unanimibus ſanctis, & conſacerdotibus in Domino ſalutem. Gratia, & veritas Jeſu Chriſti, Domini, & Salvatoris noſtri, ſanctam Antiochenam Eccleſiam viſitans, & in unum connectens, per concordiam pacatiſſimi ſpiritûs: multa quidem, & alia perfecit, in omnibus autem, & pacata ſpiritu etiam hoc perfecit, ut quæ viſa ſunt recte conſtitui, cum plurima conſideratione, & judicio, unà omnibus nobis Antiochiam ex diverſis provinciis congregatis Epiſcopis, in veſtram notitiam deferrentur. Credimus autem gratiæ Domini, & ſancto Spiritui pacis, quòd & ipſi conſpirabitis nobis tanquam in una fuiſſetis virtute: ut nobis, cum traditionibus adnitentes, magis autem muniti, & in Spiritu ſancto, præſentibus iiſdem ipſis, quæ definita ſunt, conſentientes: & ea, quæ recta viſa ſunt, roborantes cum conſenſu ſancti Spiritûs conſignabitis. Sunt autem præfiniti Canones Eccleſiaſtici hi, qui infra ſcripti ſunt, in qua Synodo fuerunt Epiſcopi Euſebius, Theodorus, & cæteri, qui in Græco ſermone continentur, & hæc conſtituerunt, quæ infra ſcripta ſunt.

De his qui contraria gerunt his quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Nicæno Concilio.

CAP. I. Omnes, qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti, & magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt, ſub præſentia piiſſimi & venerandi Principis Conſtantini, de ſaluti-fera ſolemnitate ſacratiſſimæ Paſchiæ: excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus, ſi tamen contentioſiùs adverſùs ea, quæ bene ſunt decreta, perſtiterint, & hæc quidem de laïcis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præeſſe noſcuntur Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, poſt hanc definitionem tentaverit ad ſubverſionem populorum, Eccleſiarumque perturbationem, ſeorſum colligere, & cum Judæis Paſcha celebrare: ſancta Synodus hunc alienum jam hinc ab Eccleſia judicavit, quòd non ſolùm ſibi, ſed & plurimis cauſa corruptionis,

(a) *Antiocheni Concilii expoſitæ apud Antiochiam*] Stephanus, Luythodio Moguntino Epiſcopo. *Ex capitulis Nicæni Concilii LXX, viginti tantùm in Eccleſia Romana habentur. Quo neglectu cætera defecerunt, ambiguum eſt: arbitrantur plurimi, ea Antiocheno inſerta Concilio.*

(b) *Sancta, & pacata Synodus, &c.*] Quæ ſequitur præfatio non eſt in veteri Codice Belvacenſi, in quo incipit hoc Concilium à Canone I. Eſt tamen in editione veteri, cujus diverſa interpretatio eſt.

& perturbationis extiterit. Nec ſolùm tales à miniſterio removet, ſed etiam illos, qui poſt damnationem. hujuſmodi communicare tentaverint: damnatos autem omni quoque extrinſecùs honore privari, quem ſancta regula, & ſacerdotium Dei promeruit.

De his qui ſe à perceptione ſanctæ communionis avertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.

CAP. II. Omnes, qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis avertunt: hi de Eccleſia removeantur, quamdiù per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt: ab alia quoque Eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de Epiſcopis, aut Presbyteris, vel Diaconis, ſeu quilibet ex Clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte privetur communione, tanquam qui regulam confundat Eccleſiæ.

De his qui ab alia parochia præter conſcientiam Epiſcoporum ſuorum, in aliis immorantur.

7. q. 1. c. Si quis Presbyter. CAP. III. Si quis Presbyter, aut Diaconus, & omnino quilibet ex Clero, parochiam propriam deſerens, ad aliam properaverit: vel inde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulteriùs ibidem non miniſtret: maximè, ſi vocanti ſuo Epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contempſerit. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus removeatur: ita, ut nequaquam locum reſtitutionis inveniat. Si verò pro hac cauſa damnatum alter Epiſcopus ſuſcipiat, hic etiam à communi coerceatur Synodo, velut qui eccleſiaſtica conſtituta diſſolvat.

De damnatis, & miniſtrare tentantibus.

11. q. 3. Si quis Epiſcopus CAP. IV. Si quis Epiſcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à ſuo Epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere: ſive Epiſcopus juxta præcedentem conſuetudinem, ſive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia Synodo, reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes abjici de Eccleſia, & maximè ſi poſteà quam didicerint adverſùm memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint.

De his qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt.

CAP. V. Si quis Presbyter, aut Diaconus Epiſcopum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſ-

travit, & ſeorſum colligens altare conſtituit, & commonenti Epiſcopo non adquieverit, nec conſentire, vel obedire voluerit, ſemel & iterum convocanti: hic damnetur omni modo, nec ultra remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam conturbare, & ſollicitare perſiſtat, tanquam ſeditioſus, per poteſtates exteras opprimatur.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM ANTIOCHENUM.

De Clericis excommunicatis, & Laicis.

11. q. 3. *Si quis à proprio.*

CAP. VI. Si quis à proprio Epiſcopo communione privatus eſt, non ante ſuſcipiatur ab aliis, quàm ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad Synodum, quæ congregatur, occurrens, pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens Concilio ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laïcos, & Presbyteros, & Diaconos, omneſque qui ſub regula eſſe monſtrantur.

De peregrinorum ſuſceptione.

Dist. 72. c. fi.

CAP. VII. Nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt, commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.

De pacificis peregrinorum, id eſt, commendatitiis litteris.

CAP. VIII. Presbyteri, qui ſunt in agris, canonicas Epiſtolas dare non poſſunt, ad ſolos tantùm vicinos Epiſcopos litteras deſtinabunt. Corepiſcopi autem, qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales Epiſtolas.

De Metropolitanis ſingularum provinciarum.

9. q. 3. c. *Per ſingulas provincias.* 2.

CAP. IX. Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere: propter quod ad Metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrunt. Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil ampliùs præter eum cæteros Epiſcopos agere, ſecundùm antiquam à patribus noſtris regulam conſtitutam: niſi ea tantum, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſionesque ſubjectas. Unuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ejus eſt poteſtate: ita, ut Presbyteros, & Diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Ampliùs autem nihil agere tentet, præter Antiſtitem Metropolitanum, nec Metropolitanus ſine cæterorum gerat conſilio Sacerdotum.

De his qui vocantur Corepiſcopi.

CAP. X. Qui in vicis, vel poſſeſſionibus Corepiſcopi nominantur, quamvis manûs impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint: tamen ſanctæ Synodo placuit ut modum proprium recognoſcant, ut gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earumque moderamine, curâque contenti ſint. Ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos atque Exorciſtas: quibus promotiones iſtæ

ſufficiant. Nec Presbyterum verò, nec Diaconum audeant ordinare, præter civitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentaverit, depoſitus, quo utebatur honore privetur. Corepiſcopum verò civitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.

De Epiſcopis, & Clericis adeuntibus Imperatorem.

23. q. 8. c. Si quis Epiſcopus

Cap. XI. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut quilibet regulæ ſubjectus Eccleſiæ, præter conſilium, & litteras Epiſcoporum provinciæ, & præcipuè Metropolitani, adierit Imperatorem: hunc reprobari, & abjici oportere, non ſolùm à communione, verùm & ab honore, cujus particeps videtur exiſtere; quia venerandi Principis auribus moleſtiam tentavit inferre, contra leges Eccleſiæ. Si igitur adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractatu, & conſilio Metropolitani, & cæterorum Epiſcoporum, qui in eadem provincia commorantur: qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

De damnatis Epiſcopis, aut Clericis adeuntibus Imperatorem.

21. q. 3. Si quis à proprio.

Cap. XII. Si quis à proprio Epiſcopo Presbyter, aut Diaconus, aut à Synodo fuerit Epiſcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus moleſtus extiterit: oportet ad majus Epiſcoporum converti conſilium, & quæ putaverint habere juſta, plurimis Epiſcopis ſuggerant, eorumque diſcuſſiones ac judicia præſtolentur. Si verò hæc parvipendentes moleſti fuerint Imperatori, hos nullâ veniâ dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus operiri dijudicamus.

De his qui cùm ſunt ex alia provincia, in aliis audent ordinationes efficere.

9. q. 2. Nullum Epiſcopum.

Cap. XIII. Nullus Epiſcopus ex alia provincia audeat ad aliam tranſgredi, & ad promotionem miniſterii aliquos in Eccleſiis ordinare, licèt conſenſum videantur præbere nonnulli: niſi litteris tam Metropolitani, quàm cæterorum, qui cum eo ſunt, Epiſcoporum, rogatus adveniat, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si verò, nullo vocante, inordinato more deproperet ſuper aliquibus ordinationibus & eccleſiaſticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis: irrita quidem, quæ ab eo geruntur, exiſtant, ipſe verò incompoſiti motûs ſui, & irrationabilis audaciæ ſubeat ultionem, ex hoc jam damnatus à ſancto Concilio.

De diſſenſione, quæ ſuper Epiſcoporum dijudicatione contigit, appellantium provinciales Antiſtites.

6. q. 4. c. Si quis Epiſcopus.

Cap. XIV. Si quis Epiſcopus de certis criminibus judicetur, & contingat de eo comprovinciales Epiſcopos diſſidere: cùm judicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis exiſtimatur, pro totius hujus ambiguitatis abſolu-

tione ſanctæ Synodo placuit, ut Metropolitanus Epiſcopus à vicina provincia judices alios convocet, qui controverſiam tollant : ut per eos ſimul, & per comprovinciales Epiſcopos, quod juſtum viſum fuerit, approbetur.

CODEX CANONUM. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

De Epiſcopis ab ejuſdem provinciæ Sacerdotibus conſonanter excluſis.

C. 9. 4. Si quis Epiſcopus. 2. CAP. XV. Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus, contemnatur ab omnibus Epiſcopis ejuſdem provinciæ, cunctique conſonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint : hunc apud alios nullo modo judicari, ſed firmam concordantium Epiſcoporum provinciæ manere ſententiam.

De vacantibus Epiſcopis.

Diſt. 92. c. Si quis Epiſcopus vacans. CAP. XVI. Si quis Epiſcopus vacans in Eccleſiam vacantem proſiliat, ſedemque parvadat abſque integro, perfectoque Concilio : hic abjiciatur neceſſe eſt, ſi & cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò Concilium illud eſt, ubi interfuerit Metropolitanus Antiſtes.

De his qui, cùm ad Epiſcopatum vocantur, evitant.

Diſt. 92. c. Si quis Epiſcopus. 2. CAP. XVII. Si quis Epiſcopus per manûs impoſitionem Epiſcopatum acceperit, & præeſſe populo conſtitutus miniſterium ſubire neglexerit, nec adquieverit ire ad Eccleſiam ſibi commiſſam : hunc oportet communione privari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreverit ejuſdem provinciæ Synodus Sacerdotum.

De his qui promoventur ad Epiſcopatum, nec recipiuntur.

Diſt. 92. c. Si quis Epiſcopus. 2. CAP. XVIII. Si quis Epiſcopus ordinatus ad parochiam manimè, cui eſt electus, acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus vitet, aut propter aliam cauſam, non tamen ejus vitio perpetratam : hic & honoris ſit, & miniſterii particeps, dummodo nil moleſtus Eccleſiæ rebus exiſtat, ubi miniſtrare cognoſcitur. Quem etiam obſervare conveniet, quicquid Synodus perfecta provinciæ, quod viſum fuerit, judicando decreverit.

De Epiſcopalibus in provinciis ordinationibus.

Diſt. 65. c. Epiſcopus non eſt. CAP. XIX. Epiſcopus præter Synodum, & præſentiam Metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram poſito meliùs quidem eſt, ut omnes ſimul adſint ejuſdem provinciæ Sacerdotes, quos Metropolitanus Epiſcopus advocare debebit. Et ſiquidem omnes occurrerint, optimè : quòd ſi hoc difficile fuerit, ſaltem plures adeſſe omnimodo convenit, aut certè ſcriptis ejuſdem ſententiæ comprobari : & ita ſub plurimorum vel præſentia, vel decreto ordinatio celebretur. Quòd ſi ſecus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat : ſi verò juxta definitam regulam fiat, &

nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

De Synodis quæ d bent ab Epiſcopis, ſuis temporibus, in provincia celebrari.

Diſt. 18. c. Propter. CAP. XX. Propter utilitates eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem, conrroverſiamque recipiunt, optimè placuit, ut per ſingulas qualſque provincias bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem poſt tertiam ſeptimanam feſti Paſchalis: ita ut quartâ ſeptimanâ Pentecoſtes conveniat Synodus, Metropolitano provinciales Epiſcopos admonente. Secunda verò Synodus fiat idus Octobris, id eſt, quinto decimo die menſis Octobris, quem Hyperberetæon Græci cognominant. In ipſis autem Conciliis adſint Presbyteri, & Diaconi, & omnes qui ſe læſos exiſtimant: & Synodi experiantur examen. Nullis verò liceat apud ſe celebrare Concilia, præter eos quibus à Metropolitanis videntur eſſe jura commiſſa.

Ut nullo modo de parochia ad aliam parochiam Epiſcopus tranſeat.

7. q. 1. c. Epiſcopum de Diœceſi. CAP. XXI. Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſuâ prorſus inſiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epiſcopo neceſſitate compulſus. Maneat autem in Eccleſia quam primitus à Deo ſortitus eſt, nec inde tranſmigret, ſecundùm priſtinum de hac re terminum conſtitutum.

Ut in altera parochia Clericos alterius parœchiæ Epiſcopus nullatenus ordinet.

CONCILIUM ANTIOCHENUM.

CAP. XXII. Epiſcopus alienam civitatem, quæ non eſt illi ſubjecta, non adeat: nec ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet ſuper ordinatione cujuſquam, nec conſtituat Preſbyteros, aut Diaconos alteri ſubjectos Epiſcopo: niſi fortè cum conſilio, & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita ſit ejus ordinatio, & ipſe coerceatur à Synodo; nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus judicabit. *9. q. 2. c. Epiſcopum non debere.*

Ut nullum ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promovendum.

8. q. 2. c. Epiſcopo non liceat CAP. XXIII. Epiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licèt ad exitum vitæ perveniat: quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe hujuſcemodi eſt conſtitutum. Servetur autem jus eccleſiaſticum, id continens oportere non aliter fieri, niſi cum Synodo, & judicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum, qui dignus extiterit, promovere.

De rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his, quæ propria Epiſcopi eſſe noſcuntur.

10. q. 1. Quæcumque reſ. CAP. XXIV. Quæ ſunt Eccleſiæ, ſub omni ſollicitudine, & conſcientiâ bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicatque ſerventur, quæ etiam diſpenſanda ſunt judicio, & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt po-

CODEX CANONUM.

CONCILIUM ANTIOCHENUM.

pulus, & animæ, quæ intra Eccleſiam congregantur. Manifeſta verò ſint quæ pertinere videntur ad Eccleſiam, cum notitia Presbyterorum, & Diaconorum, qui circa ipſum ſunt, ita ut agnoſcant, nec ignorent, quæ ſint Eccleſiæ propria, nec eos aliquid lateat: ut ſi contigerit Epiſcopum migrare de ſeculo, certis exiſtentibus rebus, quæ ſunt Eccleſiæ, nec ipſæ collapſæ depereant, nec quæ propria probantur Epiſcopi, ſub occaſione rerum pervadantur Eccleſiæ. Juſtum namque, & acceptum eſt coram Deo, & hominibus, ut ſua Epiſcopus quibus voluerit, derelinquat, & quæ Eccleſiæ ſunt, eidem conſerventur Eccleſiæ, ut nec Eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec Epiſcopus ſub occaſione proſcribatur Eccleſiæ, & in caulas incidant, qui ad eum pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingravetur.

Ut Epiſcopus diſpenſandi res Eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

12. q. 1. *Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum.*

CAP. XXV. Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reverentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam ſuis, quàm fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus proſuturis, ita ut in nulla qualibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: *Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus.* Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, convertat autem res Eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos, & ejus commodo, vel agrorum fructus non cum Preſbyterorum conſcientia, Diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filiiſque committat: ut per hujuſmodi perſonas occultè * cæteræ lædantur Eccleſiæ, Synodo provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si aurem & aliter acculetur Epiſcopus, aut Presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes: criminationi verò, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quàm hi qui diſpenſant, taliter exponantur: & hos oportet corrigi, ſanctâ Synodo, id quod condecet, approbante.

1. *Tim.* 5.

Al.* *cæteris*

ET SUBSCRIPSERUNT XXX EPISCOPI
Qui in eodem Concilio convenerunt.

Euſebius Palæſtinenſis. *Theodorus* Iſaurienſis. *Agapius* Arabienſis. *Narciſſus* Cœles Syriæ. *Paulus* Tercundici, al. Torgundimancos. *Theodorus* Mancos, al. Manicos. *Theodorus* Meſopotamienſis. *Antiochus* Phœnicenſis. *Alfias* Cilicienſis. *Baſſus. Mocimus. Macedonius. Quirion. Nicetas. Alexander. Heſychius. Petrus. Theodorus. Archelaus. Moyſes. Jacobus. Magnus. Anatolius. Siricus. Petrus. Aetherius. Agapius. Æmus.*

EX

EX B. HILARIO PICTAVIENSI.

CODEX CANONUM. CONCILIUM ANTIOCHENUM.

EXpoſitio eccleſiaſticæ fidei, quæ expoſita eſt in Synodo habita per Encænias Antiochenæ Eccleſiæ conſummatæ, quam expoſuerunt, qui affuerunt, Epiſcopi XCVII *cùm in ſuſpicionem veniſſet unus ex Epiſcopis, quòd prava ſentiret, conſequente evangelicâ, & apoſtolicâ traditione.*

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, cunctorum, quæ ſunt, ædificatorem, & factorem, & proviſorem, ex quo omnia. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, filium ipſius unigenitum Deum, per quem omnia. Qui generatus eſt ex Patre, Deum ex Deo, totum ex toto, unum ex uno, perfectum de perfecto, Regem de Rege, Dominum de Domino, verbum, ſapientiam, vitam, lumen verum, viam veram, reſurrectionem, paſtorem, januam, inconvertibilem, & incommutabilem, divinitatis eſſentiæque & virtutis & gloriæ incommutabilem imaginem. Primum editum totius creaturæ, qui ſemper fuit in principio apud Deum verbum Deus, juxta quod dictum eſt in Evangelio: Et Deus erat verbum. Per quem omnia facta ſunt, & in quo omnia conſtant. Qui in noviſſimis diebus deſcendit deſurſum, & natus eſt ex Virgine ſecundùm ſcripturas, & agnus factus eſt, mediator Dei & hominum, prædeſtinatus fidei noſtræ, & dux vitæ. Dixit quippe: Non enim deſcendi de cœlo, ut facerem voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui me miſit. Qui paſſus eſt, & reſurrexit pro nobis tertiâ die, & aſcendit in cœlos, & ſedet in dextera Patris. Et iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos. Et in ſanctum Spiritum, qui in paracleſin, & ſanctificationem, & conſummationem credentibus datus eſt, juxta quod & Dominus Jeſus Chriſtus ordinavit diſcipulis, dicens: Pergite, & docete univerſas gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Manifeſta utique Patris verè Patris, certaque Filii verè Filii, notaque Spiritûs ſancti verè Spiritûs ſancti, hiſque nominibus non ſimpliciter, neque otioſis propoſitis, ſed ſignificantibus diligenter propriam uniuſcujuſque nominatorum ſubſtantiam, & ordinem, & gloriam, ut ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam verò unum. Hanc ergo habentes fidem & ab initio, & uſque in finem habituri in conſpectu Dei, & Chriſti, omnem hæreticam pravam ſectam anathematizamus. Et ſi quis præter ſalubrem ſcripturarum, & rectam fidem docet, dicens aut tempus, aut ſpatium, aut ſeculum aut eſſe, aut fuiſſe, priuſquam generatur Filius, anathema ſit; & ſi quis Filium conditionem dicit, quemadmodum unam conditionem, aut nativitatem, ſicut ſunt nativitates, aut factionem, ſicut ſunt facturæ, non ſicut divinæ ſcripturæ tradiderunt, ſingulæ quæque ſuperiùs dictæ ſunt. Et ſi quis aliud docet, aut evangelizat, præter quod accepimus, anathema ſit. Nos enim omnibus, quæ divinis ſcripturis tradita ſunt, à Prophetis, & Apoſtolis verè, & cum timore & credimus, & ſequimur,

Subſtantia hic non eſſentia ſeu perſona, ſed ſubſiſtentia accipitur, eo-que græcè dicitur, hypoſtaſis. Sed Latinè non bene ſonat.

CONCILIUM LAODICENSE.

Tituli Canonum Concilii (a) apud Laodiceam Phrygiæ congregati, numero LIX.

CODEX CANONUM. CONCILIUM LAODICENSE.

1 DE bigamis.
2 De his qui pro diverſis erratis pœnitudinem ferventiùs exegerunt.
3 Quòd non oporteat ad Clerum ſtatim poſt baptiſma promoveri.
4 De tempore ordinationum.
5 Ut hi qui ſacrario ſerviunt, uſuras non exigant.
6 De Hæreticis intrantibus in Eccleſias, vel Baſilicas martyrum.
7 De his qui ad Eccleſias ab Hæreticis veniunt.
8 De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.
9 De his qui ad Hæreticorum ſpeluncas, cauſâ orationis, accedunt.
10 De his qui cum Hæreticis nuptiarum copulâ junguntur.
11 Non congruere Presbyteras in mulieribus ordinari.
12 De Epiſcopalibus Ordinationibus.
13 Judicio multitudinis Ordinationes fieri non debere.
14 Ad alias Parochias, eulogias, quæ oblatæ ſunt, minimè deſtinandas.
15 De his qui debent in ambone, id eſt, in pulpito, pſallere.
16 De lectionibus quæ debeant ſabbatis recenſeri.
17 Quòd interſtitium pſalmorum debeat in congregationibus fieri.
18 De precibus nonâ & veſperâ celebrandis.
19 De precibus poſt homilias, id eſt, poſt ſermones habitos ad populum, proferendis; & de his quos intra ſacrarium communicare conveniat.
20 De honore, quem Preſbyteris Diaconi, qui ſub ipſis ſunt, debent exhibere.
21 Quòd Subdiaconi à Diaconico, id eſt, à ſecretario, ſint remoti.
22 Subdiaconos cum orariis adſiſtere non debere.
23 Lectores, Cantoreſque, cum orariis agere ſuum officium non debere.

(a) *Apud Laodiceam*] Extat diſputatio Athanaſii nomine, ut contra Arium Laodiceæ habita, Probo judice, inter Athanaſii opera: ſed eam eſſe Vigilii colligat, cujus etiam nomine à Georgio Caſſandro edita eſt.

24 Quòd nullus Eccleſiaſticorum in tabernis comedere debeat.
25 Quòd Subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.
26 De Exorciſtis, qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati.
27 Quòd de conviviis, quæ ex agape fiunt, eſcarum partes accipi non debeant.
28 In Eccleſiis prandia fieri non debere.
29 De Chriſtianis qui ſabbatizare, vel juxta quemdam modum judaïzare noſcuntur.
30 De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.
31 De his qui cum Hæreticis jungunt fœdera nuptiarum.
32 Ab Hæreticis eulogias accipere non debere.
33 De Schiſmaticis.
34 De Martyribus Hæreticorum.
35 De his qui Angelos colunt.
36 De his qui incantationibus & phylacteriis utuntur.
37 De his qui ab Hæreticis, vel Judæis, feſtivitatis eorum dona ſuſcipiunt.
38 De Chriſtianis qui Judæorum azyma comedunt.
39 De Chriſtianis celebrantibus feſta Gentilium.
40 De Epiſcopis qui eas, quæ ſiunt evocationes ad Synodum, vitant.
41 Quòd ſine litteris ſacro miniſterio ſervientes proficiſci non debeant.
42 Quòd præter Epiſcopum Clericus proficiſci non debeat.
43 Ut Subdiaconi ad oſtia perſeverent.
44 Ut ad ſacrarium mulieres non introeant.
45 De his qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt.
46 De redditione baptizandorum.
47 De his qui in ægritudine baptizantur.
48 Ut poſt baptiſma chriſma detur.
49 Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.
50 Non debere jejunium ſolvi in quinta feria majoris ſeptimanæ.
51 Non debere in diebus jejuniorum commemorationes Martyrum fieri.
52 Ut natalitia, vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.
53 Ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.
54 Non licere Clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.
55 Non congruere penitus Chriſtianis comeſſationibus intereſſe.
56 Non licere Presbyteris introïre ad altare priuſquam ingrediatur Epiſcopus.
57 Qui in agris, vel poſſeſſionibus debeant ordinari.
58 Oblationes offerri in domibus non oportere.
59 Quæ pſallere vel legere in Eccleſiis conveniat.

CODEX CANONUM. CONCILIUM LAODICENSE.

(a) *Incipit textus Canonum Concilii Laodicenſis, * expoſitæ apud Laodiceam Phrygiæ, numero LIX.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM LAODICENSE.

SAncta Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diverſis regionibus Aſiæ, definitiones expoſuit Eccleſiaſticas, quæ ſubter annexæ ſunt.

Forte * Expoſitorum, aut addendum regulæ.

De bigamis.

CAP. I. De his qui ſecundùm Eccleſiaſticam regulam liberè ac legitimè ſecundis nuptiis juncti ſunt, nec occultè nuptiarum copulam fecerunt: oportet, ut parvo tempore tranſacto vacent orationibus, & jejuniis, quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decrevimus.

De his qui pro diverſis erratis pœnitudinem ferventiùs exegerunt.

29. q. 7 c. His qui diverſorum.

CAP. II. De his qui diverſis facinoribus peccaverunt, & perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ, converſionem à malis habuere perfectam: pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impenſum propter clementiam, & bonitatem Dei communio concedatur.

Quòd non oporteat ad Clerum ſtatim poſt baptiſma promoveri.

CAP. III. De his qui nuper ſunt illuminati baptiſmate, quòd eos in ſacerdotali non conveniat ordine promoveri.

De tempore ordinationum.

CAP. IV. Quòd non oporteat ordinationes ſub conſpectu audientium celebrari.

Ut hi qui ſacrario ſerviunt, uſuras non exigant.

CAP. V. Quòd non oporteat Sacerdotes, & Clericos fœnerantes uſuras, vel quæ dicuntur ſeſcupla, id eſt, & ſummam capitis, & dimidium ſummæ percipere. *Diſt. 46. Non licet.*

De Hæreticis intrantibus in Eccleſias, vel Baſilicas Martyrum.

CAP. VI. Quòd Hæretici non permittendi ſint ingredi in domum Dei, in hæreſi permanentes.

De his qui ad Eccleſias ab Hæreticis veniunt.

CAP. VII. De his qui ab Hæreticis convertuntur, id eſt, Novatianis, aut Photinianis, aut Teſſareſcædecatitis, ſive baptizati ſint illi, ſeu Catechumeni; non ante ſuſcipiantur, quàm omnes hæreſes anathematizent, & præcipuæ illam quâ detinebantur. Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, noſtræ doceantur fidei Symbolum, & uncti ſancto chriſmate, ſic myſteriis communicent ſacroſanctis.

De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.

CAP. VIII. De his qui convertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum, etſi in Clero, qui apud eos eſſe creditur, fue-

(a) *Incipit textus Canonum*] In veteri editione, hi Canones proximè ſequuntur eos qui Apoſtolorum dicuntur, & præcedunt Nicænos. Sunt verò hi ex interpretatione ejuſdem Dionyſii Exigui.

rint, etſi maximè nominentur, hos ſub omni diligentia ab Epiſcopis Eccleſiæ, vel Presbyteris inſtrui, & baptizari conveniet.

De his qui ad Hæreticorum ſpelunças causâ orationis accedunt.

CAP. IX. Quòd non permittantur Eccleſiaſtici ad Hæreticorum cœmeteria, vel ad ea, quæ ab eis appellantur martyria, orationis causâ vel ſanitatis accedere: ſed hujuſmodi, ſi fideles fuerint, certo tempore communione privari: pœnitentes autem, & confitentes ſe deliquiſſe, convenit ſuſcipi.

De his qui cum Hæreticis nuptiarum copulâ junguntur.

CAP. X. Quòd non oporteat indifferenter Eccleſiaſticos fœdere nuptiarum Hæreticis ſuos filios, filiaſque conjungere.

Non congruere Presbyteras in mulieribus ordinari.

CAP. XI. Quòd non oporteat eas, quæ dicuntur Presbyteræ, vel * præſentes, Eccleſiis ordinari.

Al. *præſidentes.*

Diſt. 32. c ſi. *De Epiſcopalibus Ordinationibus.*

Diſt. 24. c. Epiſcopi. CAP. XII. Ut Epiſcopi, judicio Metropolitanorum, & eorum Epiſcoporum, qui circumcirca ſunt, provehantur ad Eccleſiaſticam poteſtatem: hi videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ converſationis exemplo.

Judicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

Diſt. 63. c. Non eſt permittendum. CAP. XIII. Quòd non ſit permittendum turbis electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium provehendi.

Ad alias parochias, eulogias, quæ oblatæ ſunt, minimè deſtinandas.

CAP. XIV. Quòd ſancta nullo modo, causâ eulogiarum, tempore Paſchalis feſti, ad alias parochias debeant deſtinare.

De his qui debent in ambone, id eſt, in pulpito, pſallere.

CAP. XV. Quòd non oporteat ampliùs præter eos, qui regulariter Cantores exiſtunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conſcendere, & in Eccleſia pſallere.

De lectionibus, quæ debent ſabbatis recenſeri.

CAP. XVI. Quòd in ſabbatis Evangelia cum aliis Scripturis legi conveniat.

Quòd interſtitium pſalmorum debeat in congregationibus fieri.

CAP. XVII. Quòd in conventu fidelium nequaquam pſalmos continuare conveniat: ſed per intervallum, id eſt, per pſalmos ſingulos, recenſeri debeant lectiones.

De precibus nonâ & veſperâ celebrandis.

CAP. XVIII. Quòd id idipſum ſemper officium precum nonâ & veſperâ ſemper debeat exhiberi.

De precibus poſt homilias, id eſt, poſt ſermones habitos ad populum, proferendis; & de his quos intra ſacrarium communicare conveniat.

CAP. XIX. Quòd oporteat ſeorſum primùm poſt allocutiones

CODEX CANONUM.

CONCILIUM LAODICENSE.

Episcoporum orationem super Catechumenos celebrari, & postquam Catechumeni egressi fuerint, super eos, qui sunt in pœnitentia, precem fieri. His etiam accedentibus ad manum Sacerdotis, & discedentibus, tres orationes consummari fidelium: ita ut prima quidem sub silentio, secunda verò, & tertia per exclamationes solitas expleantur, & ita demum pacem sibi invicem dabunt. Et posteaquam dederit Episcopus Presbyteris osculum pacis, tunc laïci sibi tribuent. Et ita sancta celebrabitur oblatio. Solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

De honore, quem Presbyteris Diaconi, qui sub ipsis sunt, debent exhibere.

Dist. 93. c. Non oportet Diaconum.

CAP. XX. Quòd non oporteat Diaconum coram Presbytero sedere, sed jussione Presbyteri sedeat. Similiter autem & Diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, Subdiaconis, & omnibus Clericis.

Quòd Subdiaconi à Diaconico, id est, à secretario, sint remoti.

Dist. 23. c. oportet. 2.

CAP. XXI. Quòd non oporteat Subdiaconos habere locum in Diaconico, & dominica vasa contingere.

Subdiaconos cum orariis adsistere non debere.

Ea dist. c. seq. Ministrum.

CAP. XXII. Quòd non oporteat Sabdiaconum uti orario, nec ostia derelinquere.

Lectores, Cantoresque cum orariis agere suum officium non debere.

Ea. Dist. c. seq.

CAP. XXIII. Quòd non oporteat lectores, aut Cantores orariis uti, & ita legere, vel psallere.

Quòd nullus Ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.

Dist. 44. c. Non oportet Clericos.

CAP. XXIV. Quòd non oporteat sacro ministerio deditos à Presbyteris usque ad Diaconos, & reliquum Ecclesiasticum ordinem, id est, usque ad Subdiaconos, Lectores, Cantores, Exorcistas, & Ostiarios, & ex numero continentium, & Monachorum ingredi tabernas.

Quòd Subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.

Dist. 93. Non oportet. 2.

CAP. XXV. Quòd non oporteat Subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

De Exorcistis, qui non sunt ab Episcopis ordinati.

Dist. 69. Non oportet.

CAP. XXVI. Quòd hi, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quàm in domibus exorcizare non possint.

Quòd de conviviis, quæ ex agape fiunt, escarum partes accipi non debeant.

Dist. 42. Non oportet Presb.

CAP. XXVII. Quòd non oporteat sacro ministerio deditos Clericos, aut laïcos, ad agapen vocatos, ciborum partes accipere: propterea quòd hinc Ecclesiastico ordini fiat injuria.

Digitized by Google

In Eccleſiis prandia fieri non debere.

CAP. XXVIII. Quòd non oporteat in domiciliis divinis, id eſt, in Eccleſiis, convivia, quæ vocantur agapæ, fieri; nec intra domum Dei comedere, vel accubitus ſternere.

De Chriſtianis qui ſabbatizare, vel juxta quemdam modum judaïzare noſcuntur.

CAP. XXIX. Quòd non oporteat Chriſtianos judaïzare & otiari in ſabbato, ſed operari eos in eodem die. Præferentes autem in veneratione dominicum diem, ſi vacare voluerint, ut Chriſtiani hoc faciant. Quòd ſi reperti fuerint judaïzare, anathema ſint à Chriſto.

De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.

Dist. 82. Non oportet. miniſtros.

CAP. XXX. Quòd non oporteat ſacris officiis deditos, aut Clericos, aut continentes, vel omnem laïcum Chriſtianum lavacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt.

De his qui cum Hæreticis jungunt fœdera nuptiarum.

CAP. XXXI. Quòd non oporteat cum Hæreticis univerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias, ſed magis accipere: ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

Ab Hæreticis eulogias accipere non debere.

CAP. XXXII. Quòd non oporteat ab Hæreticis eulogias accipere, quæ ſunt maledictiones potiùs, quàm benedictiones.

CONCILIUM LAODICENSE.

2. q. 2. Non oporteat hæreticorum.

De Schiſmaticis.

CAP. XXXIII. Quòd non oporteat cum Hæreticis aut Schiſmaticis pariter orare.

De Martyribus Hæreticorum.

CAP. XXXIV. Quòd omnem Chriſtianum non oporteat deſerere Martyres Chriſti, & ire ad Pſeudomartyres, id eſt, Hæreticorum, & quos ipſos conſtet Hæreticos extitiſſe, hi namque ſunt alienati à Deo: ſint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.

De his qui Angelos colunt.

CAP. XXXV. Quòd non oporteat Chriſtianos Eccleſiam Dei relinquère, & ire, atque Angelos nominare, & congregationes facere: quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatriæ ſerviens, ſit anathema, quia derelinquit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

De his qui incantationibus, & phylacteriis utuntur.

CAP. XXXVI. Quòd non oporteat ſacris officiis deditos, vel Clericos, magos, aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria: quæ animarum ſuarum

26. q. 5. Non oporteat ſacris.

vincula comprobantur. Eos autem, qui his utuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM LAODICENSE.

De his qui ab Hæreticis, vel Judæis, feſtivitatis eorum dona ſuſcipiunt.

CAP. XXXVII. Quòd non oporteat à Judæis, vel Hæreticis ea, quæ mittuntur munera feſtiva ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare.

De Chriſtianis, qui Judæorum azyma comedunt.

CAP. XXXVIII. Quòd non oporteat azyma à Judæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

De Chriſtianis celebrantibus feſta Gentilium.

CAP. XXXIX. Quòd non oporteat cum Gentilibus feſta celebrare, & communicare pravitatibus eorum, qui ſine Deo ſunt.

De Epiſcopis, qui eas quæ fiunt evocationes ad Synodum, vitant.

Diſt. 18. c. Non oportet.

CAP. XL. Quòd non oporteat Epiſcopos ad Synodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire, & docere, vel diſcere ea, quæ ad correctionem Eccleſiæ, vel reliquarum pertinent rerum. Seipſum verò, qui contempſerit, accuſavit: niſi fortè per ægritudinem ire non poſſit.

Quòd ſine litteris ſacro miniſterio ſervientes proficiſci non debeant.

CAP. XLI. Quòd non oporteat Sacerdotem, vel Clericum ſine litteris proficiſci canonicis.

Quod præter Epiſcopum Clericus proficiſci non debeat.

CAP. XLII. Quòd non oporteat Sacerdotem, vel Clericum, præter juſſionem ſui proficiſci Pontificis.

De conſecrat. Diſt. 3. c. Non oportet miniſtros. 2.

Ut Subdiaconi ad oſtia perſeverent.

CAP. XLIII. Quòd non oporteat Subdiaconos, ſaltèm paululùm januas deſerere & orationi vacare.

Ut ad ſacrarium mulieres non introeant.

CAP. XLIV. Quòd non oporteat ingredi mulieres ad altare.

De his qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt.

CAP. XLV. Quòd non oporteat ad baptiſma quemquam poſt duas quadrageſimæ hebdomadas admitti.

De redditione baptizandorum.

CAP. XLVI. Quòd oporteat eos, qui ad baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quintâ feriâ ſeptimanæ majoris Epiſcopo aut Preſbyteris reddere.

De conſecrat. Diſt. 4. Baptizandos.

De

De his qui in ægritudine baptizantur.

CAP. XLVII. Quòd oporteat eos, qui in ægritudine percipiunt baptiſma, poſtquàm convaluerint, fidem perdiſcere, & ſcire cujus muneris participes facti ſint.

Ut poſt baptiſma chriſma detur.

CAP. XLVIII. Quòd oporteat eos, qui baptizantur, poſt lavacrum chriſma cœleſte percipere, & regni Chriſti participes inveniri.

Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.

CAP. XLIX. Quòd non oporteat in quadrageſima panem benedictionis offerri in ſabbato & dominico.

Non debere jejunium ſolvi in quinta feria majoris ſeptimanæ.

De conſecrat. Diſt. 3. Non oportet in quadrageſ.

CAP. L. Quòd non oporteat in quadrageſima, in ultima ſeptimana, quintæ feriæ jejunium ſolvere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire, magiſque conveniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari jejunio.

Non debere in diebus jejuniorum commemorationes Martyrum fieri.

CAP. LI. Quòd non oporteat in quadrageſima Martyrum natalitia celebrari, ſed eorum ſancta commemoratio in diebus ſabbatorum & dominicorum fieri conveniat.

Ut natalitia vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.

33. q. 4. Non oportet quadrageſ.

CAP. LII. Quòd non oporteat in quadrageſima, aut nuptias, aut natalitia celebrari.

Ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.

CAP. LIII. Quòd non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias, plaudere, vel ſaltare: ſed venerabiliter cœnare, vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

Non licere Clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.

De conſecrat. Diſt. 5. Non oportet miniſtros. 2.

(a) CAP. LIV. Quòd non oporteat Sacerdotes, aut Clericos quibuſcunque ſpectaculis in cœnis, aut in nuptiis intereſſe: ſed antequam Thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde diſcedere.

Non congruere penitus Chriſtianis, comeſſationibus intereſſe.

Diſt. 44. Non oportet miniſt.

CAP. LV. Quòd non oporteat Sacerdotes, aut Clericos ex collatis vel comeſſationibus convivia celebrare, hoc autem nec laïcis poſſe congruere.

Non licere Preſbyteris introire ad altare priuſquam ingrediatur Epiſcopus.

Diſt. 95. Non oportet Presb.

CAP. LVI. Quòd non oporteat Presbyteros ante proceſſionem

(a) CAP. LIV.] Deeſt hic Canon in Græco Codice S. Hilarii, qui ad finem habet Canonem de Scripturis.

CODEX CANONUM. CONCILIUM LAODICENSE.

Epiſcopi introire ſacrarium, & ſedere: ſed cum Epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere, niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur Epiſcopus.

Qui in agris, vel poſſeſſionibus debeant ordinari.

Diſt. 80. Non debere.

CAP. LVII. Quòd non oporteat in villulis, aut in agris Epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores. Verumtamen jampridem conſtituti nihil faciant præter conſcientiam Epiſcopi civitatis; ſimiliter & Preſbyteri præter conſilium Epiſcopi nihil agant.

Oblationes offerri in domibus non oportere.

CAP. LVIII. Quòd non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis, vel Presbyteris.

Quæ pſallere, vel legere in Eccleſiis conveniat.

CAP. LIX. Quòd non oporteat plebeios pſalmos in Eccleſia (a) cantare, nec libros (b) præter Canonem legi: ſed ſola ſacra volumina novi Teſtamenti, (c) vel veteris.

(a) *Cantare*] V. C. *Decantari.*

(b) *Præter Canonem*] V. C. *Canonum.*

(c) *Vel veteris*] Eſt in quibuſdam exemplaribus Laodicenſis Concilii, ut & in Græcorum Nomocanone additur index Librorum veteris & novi teſtamenti, qui pro Canonibus legendi recipiendique ſunt.

Expliciunt Canones Concilii Laodicenſis, numero LIX.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Incipiunt tituli Canonum Concilii apud Conſtantinopolim congregati, numero III.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

1 UT ea quæ apud Nicæam ſtatuta ſunt, immota permaneant, & de anathemate Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum, & Apollinariorum.

2 De ordine ſingularum Diœceſeon, & de privileg iis quæ Ægyptiis, Antiochenis, Conſtantinopolitaniſque debentur.

3 (a) De Maximi illicita ordinatione.

ARGUMENTUM IN CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM, EX GRATIANO.

SECUNDA Synodus in Conſtantinopoli fuit CL Patrum contra Macedonium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani & Theodoſii Principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarii Alexandrini, qui condemnatâ præfatâ hæreſi, ſtatuerunt Canones tres, quorum author maximè beatus Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus fuit. *Hæc ibi. At mendoſum eſſe hunc textum, videre licet ex ſubſcriptione hujus Concilii. Alexandrinus enim Epiſcopus non Nectarius, ſed Timotheus aſſignatur. Hoc autem Concilium, quamlibet breve videatur, unum eſt de quatuor principalibus, & quidem proximum poſt Nicænum. Quamvis verò de Romano Pontifice parum dicat, nihil tamen ejus authoritati derogare credendum, nam præfert eum Conſtantinopolitano, cui tamen poſt illum attribuit honoris primatum, & Romano Pontifici ſua manent privilegia, quæ lat ſſimè declarata reperiuntur in* LXX *Capitulis, quæ in Nicæna Synodo ſtatuta fuerunt.* *Diſt. 16. Prima autem.*

(a) 3 *De Maximi illicita ordinatione.*] Addendum 4. de Primatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanorum.

CODEX CANONUM.

(a) *Incipiunt Regulæ Conſtantinopolitani Concilii.*

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

SUB Theodoſio piiſſimo Imperatore apud Conſtantinopolim expoſiti ſunt Canones, numero tres. Hæ definitiones expoſitæ ſunt ab Epiſcopis CL, qui in idipſum apud Conſtantinopolim convenerunt, quando beatus Nectarius Epiſcopus eſt ordinatus.

Diſt. 16. c. Prima annot. §. Secunda.

Ut ea, quæ apud Nicæam ſtatuta ſunt, immota permaneant, & de anathemate Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum, & Apollinariorum.

CAP. I. Fidem non violandam Patrum CCCXVIII qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt: ſed manere eam firmam, & ſtabilem, & anathematizandam omnem hæreſim, & ſpecialiter Eunomianorum vel Anomianorum, & Arianorum vel Eudoxianorum, & Macedonianorum vel Spiritui ſancto reſiſtentium, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinariorum.

De ordine ſingularum diœceſeon, & de privilegiis quæ Ægyptiis, Antiochenis, Conſtantinopolitaniſque debentur.

9. q. 2. c. Epiſcopi qui extra.

CAP. II. Qui ſunt ſuper Diœceſim Epiſcopi, nequaquam ad Eccleſias, quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos, accedant: nec eas hâc præſumptione confundant, ſed juxta Canones Alexandrinus Antiſtes quæ ſunt in Ægypto, regat ſolummodo, & Orientis Epiſcopi Orientem tantùm gubernent, ſervatis privilegiis, quæ Nicænis canonibus Eccleſiæ Antiochenæ tributa ſunt. Aſianæ quoque diœceſeos Epiſcopi ea ſolùm, quæ ſunt in Aſiana Diœceſi diſpenſent. Necnon, & Ponti Epiſcopi ea tantùm, quæ ſunt in Ponto, & Thraciarum, quæ in Thraciis ſunt, gubernent.

Non vocati autem Epiſcopi ultra ſuam diœceſim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias diſpenſationes Eccleſiaſticas. Servatâ verò, quæ ſcripta eſt de (b) gubernationibus, regulâ, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per unamquamque provinciam, ipſius provinciæ Synodus diſponet, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio. Eccleſias autem Dei in barbaricis gentibus conſtitutas gubernari convenit juxta conſuetudinem, quæ eſt à Patribus obſervata.

Ea. c. Non invitat.

Nic. 5. c.

(a) *Incipiunt Regulæ, &c.*] In veteri exemplari, cui tamen præfatio Dionyſii Exigui præfixa, valde diverſi ſunt Canones hujus Concilii ab iſtis.

(b) *Gubernationibus*] V. C. Parochiis.

Diſt. 22. Conſtantinopolitanæ.

(a) Verumtamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris primatum poſt Romanum * Epiſcopum : propterea quòd urbs ipſa ſit junior Româ.

Al. * Pontificem.

De Maximi illicita ordinatione.

CAP. III. De Maximo Cynico, & ejus inordinata conſtitutione, quæ Conſtantinopoli facta eſt, placuit neque Maximum Epiſcopum eſſe vel fuiſſe, nec eos, qui ab ipſo in quolibet gradu * Clerici ſunt ordinati : cùm omnia, quæ ab eodem perpetrata ſunt, in irritum deducta eſſe videantur.

Al. * Cleri.

Expoſitio fidei CL *Sanctorum, qui Conſtantinopolim congregati ſunt.* al. *Symbolum ejuſdem Concilii.*

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre ante omnia ſæcula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & ſalutem noſtram deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine & inhumanatus eſt, & crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertiâ die, aſcendit in Cœlos, ſedet ad dexteram Patris, iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus

(a) *Verumtamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris primatum*] In vet. Cod. Canonum cui præfixa eſt Dionyſii Exigui præfatio, hæc habentur ſexti Canonis loco poſt illum de Maximo. *De Primatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſancta Synodus dixit : Ubique ſanctorum Patrum termino ſubjacentes, & quem nunc legimus Canonem* CL. *Reverendiſſimorum Epiſcoporum, qui congregati ſunt in hanc regiam civitatem cognoſcentes, hoc etiam cenſuimus de Primatu ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ civitatis junioris Romæ, quia Sedi magnæ Romæ, pro eo quòd regnaret, ſancti Patres ſtatuerunt ei Primatum, ita nunc & nos, in hoc conſtitutum firmantes Venerabiles* CL. *Primatum reddimus juniori Romæ, rationabiliter judicantes, ut quæ Regno & Senatu honorificatur civitas, obtineat firmitatem Senatûs ſecundùm magnam Romam, & in Eccleſiaſticis cauſis magnificeam eam eſſe ſicut & Romam, & ſecundam poſt eam eſſe cenſemus ; & ut Ponticam & Aſiam & Thraciam, gubernationem Metropolitani habeant, etiam qui in Barbaricis ſunt Epiſcopi à Sede ſupraſcripta Parochias eis ordinentur, & ut ſingulum Metropolitanum, memoratas Parochias cum Provinciarum Epiſcopis ordinent Epiſcopum, ſicut divina, Canones cenſuerunt. Manûs impoſitionem autem, ſicut ſuperiùs dictum eſt, ò Metropolitanis Epiſcopis fieri debere : electiones autem facere ſecundùm conſuetudinem ad eos referre oportet, &c. Subſcripſerunt : Nectarius, CP. Epiſcopus, ſtatui & ſubſcripſi. Paſchaſius, Epiſcopus Legatus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, ſtatui & ſubſcripſi Lucentius, Preſbyter Legatus Eccleſiæ Romanæ, ſubſcripſi. Bonifacius, Preſbyter S. R. Eccleſiæ, ſubſcripſi. Et cæteri ſubſcripſerunt.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum, qui locutus eſt per ſanctos Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum, vitam futuri ſæculi. Amen.

ET SUBSCRIPSERUNT EPISCOPI CL Qui in eodem Concilio convenerunt.

Nectarius Conſtantinopolitanus.

PROVINCIÆ ÆGYPTI. *Timotheus* Alexandrinus. *Dorotheus* Oxyrynchites.

PROVINCIÆ PALÆSTINÆ. *Cyrillus* Hieroſolymitanus. *Gelaſius* Cæſarienſis. *Macer* Hierichuntius. *Dionyſius* Dioſpolitanus. *Saturnius* Scythopolitanus. *Rufus* Nicopolitanus. *Ælianus* Jamnienſis. *Priſcianus* Sebaſtenſis. *Auxentius* Aſcalonitanus.

PROVINCIÆ PHŒNICES. *Xenon* Tyri. *Nectabus* Ptolemaïdenſis *Batrachus* Paneadenſis. *Baſilides* Biblenſis. *Alexander* Arcundenſis. *Paulus* Sidonienſis. *Philippus* Damaſcenſis. *Timotheus* Berytius. *Mocimus* Aradenſis.

PROVINCIÆ SYRIÆ CŒLES. *Melitius* Antiochenſis. *Acatius* Berienſis. *Byzus* Seleucienſis. *Martianus* Seleucopolitanus. *Parophylus* Lariſſenſis. *Flavianus* & *Elpidius* Presbyter Antiochenſis. *Euſebius* Chalcidenſis. *Baſilius* Raſanenſis. *Pegaſius* Laodicenſis. *Joannes* Apamienſis. *Euſebius* Epiphanienſis, al. Epiphaniæ. *Severus* Partenſis. *Dominus* Gabalenſis.

PROVINCIÆ ARABIÆ. *Agapius* & *Bagadius*.

PROVINCIÆ BOSTRON. *Elpidius* Dionyſienſis. *Chilon* Conſtantinienſis. *Uranius* Adratenſis, al. Adranenſis. *Severus* Neapolitanus.

PROVINCIÆ OSDROENÆ. *Eulogius* Edeſſenſis. *Abramus* Batmonenſis, al. Bapmonenſis. *Vitos* Caronenſis, al. *Vitus* Carronenſis.

PROVINCIÆ MESOPOTAMIÆ. *Maras* Amidenſis. *Jobianus* Æmarenſis. *Bathes* Conſtantinianenſis.

PROVINCIÆ AUGUSTO EUFRASIÆ. *Theodotus*, al. *Theodorus* Hieropolitanus. *Antiochos* Samoſatenſis, al. *Antiochus* Samoſatenus. *Iſidorus* Cyrrenſis. *Maris* Doliçhenſis. *Jobinus* Perrenſis.

PROVINCIÆ CILICIÆ. *Diodorus* Tarſenſis. *Heſychius* Epiphanienſis. *Ærius* Zephyrenſis. *Philomuſus* Pompeiopolitanus. *Philomuſes* Alexandrinus, per *Alipium* Presbyterum Cappadociæ. *Elladius* Cæſarienſis. *Eſerius* Tranenſis. *Olympius* Parnaſſenſis. *Cyriacus* Adonenſis. *Germanus* Corycenſis. *Olympius* Pompſuentias. *Gregorius* Nyſenſis. *Boſphorus* Colonienſis. *Gregorius* Nazianzenus.

PROVINCIÆ ARMENIÆ MINORIS. *Otreius* Melicinenſis, al. *Oterius* Meletinenſis. *Otreius* Arabiſſenſis, al. *Oterius*.

PROVINCIÆ ISAURIÆ. *Sympoſius* Seleucenſis. *Philotheus* Irenopolitanus. *Muſonius* Celenderitanus. *Theodoſius* Antiochenus. *Neon* Selinuncinenſis. *Montanus* Diocæſarienſis. *Montanus* Claudianopolitanus, per *Paulum* Presbyterum. *Hypſiſtius*, al. *Iſiſtius* Philadelphius. *Marinus* Daſidandenſis. *Artemius* Titiopolitanus. *Euſebius* Olbitenſis.

PROVINCIÆ CYPRI. *Julius* Paphenſis. *Tychon* Tamaſenſis. *Mnemius* Citienſis, al Meminius. *Theopompus* Tremithuſius.

PROVINCIÆ PAMPHYLIÆ. *Troilus* Geonenſis. *Longinus* Colymbranſenſis. *Heſychius* Cantemenſis, al. Catamenſis. *Tueſianus* Caſſonenſis. *Heraclides* Tychenſis. *Pammenius* Æriaſſenſis. *Caius* Lyrbenſis, al. Lymbenſis. *Theodulus* Corocaſienſis. *Mydus* Paneminenſis. *Theodulus* Sialūn.

PROVINCIÆ LYCAONIÆ. *Amphilotius* Iconienſis. *Cyrillus* Umanatenſis, al. Humanatenſis. *Ariſtophanes* Soparenſis. *Inzus* Corienſis. *Leontius* Pergenſis. *Euſtathius* Cananenſis. *Eugenius* Palanenſis, al. Paſalonenſis. *Ilvarius* Iſauronenſis. *Paulus* Luſtrenſis, al. Lauſtenſis, lego Lyſtrenſis. *Darius* Miſtienſis. *Theodoſius* Hydenſis. *Daphnus* Derbenſis. *Severus* Ambladenſis.

PROVINCIÆ PISIDIÆ. *Optimus* Antiochenus. *Attalus* Proſtamenſis. *Ananius* Adadanenſis. *Ionius* Salagaſſenſis. *Callinicus* Pœmandrenſis. *Patritius* Paradagenſis, al. Parlagenſis. *Lucius* Neapolitanus. *Themiſtius* Adrianopolitanus. *Fauſtus* Liminenſis, al. Limenenſis. *Euſtathius*, al. *Euſtadius* Metropolitanus. *Longianus* Sozopolitanus, per *Simplicium* Presbyterum. *Tyrannus* Preſbyter Amorii. *Helladius* Preſbyter Comenon, al. Cinnanon. *Theoſebius* Philomienſis, al. Philomilienſis, per *Baſſum* Preſbyterum Lyciæ. *Tacianus* Myrenſis. *Eudemus* Patarenſis. *Lupicinus* Dimirenſis. *Romanus* Bibonenſis, al. Bibolenſis. *Theantius*, al. *Thoantius* Aroxonenſis. *Auxanon* Presbyter Apamiæ. *Pionius* Comatenſis. *Patritius* Endandenſis, al. Enoandenſis. *Macedon* Zandolenſis. *Theanthinus*, al. *Thoantius* Aroxonenſis.

PROVINCIÆ PHRYGIÆ SALUTARIS. *Vitus* Brimnenſis. *Auxamanus* Eucarpienſis.

PROVINCIÆ PHRYGIÆ PACATIANÆ. *Nectarius* Appianenſis. *Eudocius* Aphrodiſiados. *Theodorus* Eumenienſis, per *Profuturum* Presbyterum Cæſareæ. *Leontius* Cibyrenſis.

PROVINCIÆ BITHYNIÆ. *Euſtaſius* Nicomedienſis. *Olympius* Neocæſarienſis. *Euſtathius* Pruſienſis. *Dorotheus* Nicænus, al. Nichenus. *Theodulus* Chalcedonenſis.

PROVINCIÆ PONTI AMASIÆ. *Paſiphilus*, al. *Panthophilus*, al. *Panſophilius* Ibirenſis.

PROVINCIÆ MYSIÆ. *Martyrius* Martianopolitanus.

PROVINCIÆ SCYTHIÆ. *Gerontius* Tomenſis. *Ætherius* Terſonitanus, al. Terſonitanus. *Sebaſtianus* Antialienſis.

PROVINCIÆ SPANIÆ. *Agrius* (a) Immontinenſis.

PROVINCIÆ PONTI POLEMONIACI. *Atarbius*, per *Cylum* Lectorem.

(a) *Immontinenſis*] V. C. Inimontinenſis.

Explicit Canon Concilii Conſtantinopolitani.

CONCILIUM

CONCILIUM EPHESINUM.

PRÆFATIO.

CODEX CANONUM. CONCILIUM EPHESINUM.

HOc Concilium in majoribus duobus, quibus utimur, Codicibus non habetur; ex ea forſitan ratione, quòd ſolùm de fide, (a) *nihil de ſtatu & regimine Eccleſiaſtico ſtatuiſſe videtur. Cùm autem ſit unum de quatuor principalibus, ac maximè ſanctoſanctis, nequaquam à nobis aut negligi, aut omitti debet, ſi qua nobis ejus detur copia. Integra quidem acta illius non habemus, Synodicam verò Epiſtolam, quæ de Chriſto pulcherrimè ſimul, ac graviſſimè diſſerit, unà cum* XII *Capitulis, ex tertio volumine huic operi adjungi, aliiſque Conciliis aſſociari operæ pretium fore duximus. Eſt enim non ſolùm pia, & erudita, ſed & rara, ipſáque vetuſtate venerabilis, ac jucunda. Eſt autem Concilium iſtud magnâ contentione varioque Sacerdotum diſſidio celebratum. Neſtorius namque cùm eſſet Patriarcha Conſtantinopolitanus, ingenio, ac eloquio clarus, traxit poſt ſe magnam Epiſcoporum, atque Clericorum partem: eumque antea fuiſſet Presbyter Antiochenæ Eccleſiæ, facilè traxit & Joannem Patriarcham Antiochenum, qui cum* XXXIV *Epiſcopis in Concilium advenit, in ſui favorem, maximè cùm eſſet illi cum Cyrillo Alexandrino ſimultas. Quamvis autem B. Cyrillus hinc à Neſtorio & Joanne oppugnaretur, illinc ab Imperatore acerbis Epiſtolis corriperetur, velut ſcandala, & ſeditiones excitans: ipſe tamen tum veritatis firmamento, cum ſedis Apoſtolicæ authoritate ſuffultus, & minas poteſtatum, & argutias Hæreticorum egregiè vicit, ac evaſit; eòque rem ſuâ conſtantiâ deduxit, ut in Neſtorii damnationem ſubſcripſerint* CC *Epiſcopi, & Imperatoris juſſu depoſitus, in exilium deportatus ſit Neſtorius, Joannes verò Cyrillo poſt diſſidium communicaverit. Plura de actis hujus Concilii ſcripſit B. Liberatus, Archidiaconus Carthaginenſis, cujus librum in vetuſto hic codice habemus. Dicitur autem hoc Concilium Epheſinum primum, quia alterum poſtea contra Catholicam veritatem celebratum eſt ibidem, de quo ita ſcribit Leo Papa ad Leonem Auguſtum.* Unde (*inquit*) quia poſt illas Epheſinæ Synodi impietates, quibus Dioſcori ſcelere fides Catholica refutata eſt, perverſitas Eutychiana ſuſcepta eſt, nihil ad conſervationem fidei Chriſtianæ utilius potuit ordinari, quàm ut prædicti facinus ſancta Synodus Chalcedonenſis aboleret.

(a) *Nihil de ſtatu & regimine Eccleſiaſtico.*) Vel potius ob Canonem VIII, qui viſus eſt contra auctoritatem Pontificis Romani ſcriptus adverſùs Epiſtolam Innocentii I. ad Alexandrum Antiochenum. Sed nec in vetuſtiſſimo Belvacenſi. Sequens Epiſtola eſt Alexandrinæ Synodi, non Epheſinæ, in qua tamen recitata eſt, ut conſtat ex V. Œcumenico Concilio C.P.

CODEX CANONUM. CONCILIUM EPHESINUM.

(a) *INCIPIT CANON SANCTI EPHESINI primi Concilii* CC *Epiſcoporum, habiti contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui purum hominem* (b) *ex ſancta Maria Virgine natum aſſeruit: ut aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis; nec unum Chriſtum in verbo Dei, & carne ſentiret, ſed ſejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc Synodus Theodoſio juniore* XIII *& Valentiniano* III *Conſſ.* (c) *Æra* CCCCLXVII. *Cui Synodo, vice S. Cæleſtini Papæ, præſedit S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, qui cum omni Concilio Neſtorium condemnavit.*

RELIGIOSO, & Deo amabili (d) conſacerdoti (e) Neſtorio Cyrillus, (f) vel quæ convenit apud Epheſum Synodus. Cùm Salvator noſter aperte pronunciet, *Qui diligit patrem, vel matrem ſuper me, non eſt me dignus; & qui diligit filium, vel filiam ſuper me, non eſt me dignus*: quid nos faciemus, qui depoſcimur à tua religione, ut te ſuper Chriſtum Salvatorem omnium diligamus? Quid enim nobis in die judicii proderit? vel quam ſatisfactionem reperire poterimus pro tam diuturno ſilentio de prolatis à te contra eum blaſphemiis? Et ſi quidem te tantummodò læderes docens iſta vel ſentiens, ſollicitudo nobis minor exiſteret; cùm verò totam ſcandalizaveris Eccleſiam, & fermentum inſolitæ pravitatis, & novæ hæreſis miſcueris in populis, nec tantùm ibidem poſitis, ſed ubique conſiſtentibus (nam tuarum expoſitionum libri per cuncta vulgati ſunt * per noſtros ſilentio) * Ratio ultra, vel excuſationis ſermo ſufficiat? aut quomodò non neceſſe ſit meminiſſe Chriſti Domini, dicentis: *Non putetis, quòd venerim pacem mittere in terram, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem*

Matth. 10.

*Fortè noſtro.

Fortè quæ ratio.

(a) *Incipit Canon, &c. habiti contra*] V. C. *Incipit Epheſina Synodus prima. Habita eſt autem adversùs Neſtorium.*

(b) *Ex ſancta Maria Virgine*] V. C. *Virgine Mariâ, ſed ſejunctim, ſed ſeparatim atque ſeiunctim.*

(c) *Æra* CCCCLXVII.] V. C. CCCCLXVIII. Cui Synodo præfedit beatiſſimus quondam Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus, qui cum omni Concilio ad eumdem Neſtorium hæc Synodalia decreta tranſmiſit, Epiſtola ſancti Cyrilli Alexandrini Epiſcopi directa Neſtorio quondam Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopo, duodecim continens Anathematiſmi Capitula, interprete Dionyſio Exiguo.

(d) *Religioſo & Deo amabili conſacerdoti*] V. C. *Domino ſancto fratri.*

(e) *Neſtorio Cyrillus*] V. C. *Neſtorio Epiſcopo Cyrillus Epiſcopus.*

(f) *Et quæ convenit apud Epheſum Synodus*] V. C. *Cyrillus Epiſcopus & Alexandrina Synodus ex Ægyptia Diœceſi in Domino ſalutem.*

Digitized by Google

ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam. Nam cùm læditur fides, parentum reverentiâ, velut inutilis, & periculoſa, deſpicitur, & amor erga filios & fratres vitatur. Ad poſtremum etiam ſuper iſtam vitam mors potiùs à piis viris eligitur, ut meliorem reſurrectionem, ſicut ſcriptum, conſequantur. Ecce itaque re ſimul cum ſancta Synodo, quæ apud amplam urbem Romam congregata, præſidente ſanctiſſimo, & venerandiſſimo fratre, & conſacerdote noſtro Cæleſtino Epiſcopo, his ſcriptis Synodicis te jam tertiò convenimus conſilium dantes, ut à tam pravis abſtineas diſtortiſque dogmatibus, quæ, & ſentire cognoſceris, & docere. Recipias verò fidem rectam, Eccleſiis per beatiſſimos Apoſtolos, & Evangeliſtas ab initio traditam, qui & oculis inſpexerunt, & miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. Quòd ſi hoc religio tua facere diſtulerit, juxta dilationem litteris præfinitam ſanctiſſimi, & venerandiſſimi conſacerdotis noſtri, Romanæ Præſulis Eccleſiæ, Cæleſtini: ſcias re nullam ſortem habere nobiſcum, nec locum, aut colloquium cum Dei Sacerdotibus, & Epiſcopis obtinere. Non enim fas nos contemnere Eccleſias ita turbatas, & ſcandalizatos populos, fidemque rectiſſimam violatam, diſſipatum quin etiam gregem quem cuſtodire debueras: ſiquidem juxta nos amator recti dogmatis extitiſſes, ſanctorum Patrum veſtigia pia conſectans. Omnes itaque, quos propter fidem tua religio à communione removit, aut ab ordine ſuo depoſuit, Laïcos, & Clericos in noſtra communione recepimus. Non enim juſtum eſt eos tuis decretis opprimi, qui noverunt recta ſentire, qui etiam benè facientes tibi prudentiſſimè reſtiterunt. Hoc idem namque in Epiſtola, quam miſiſti ad Præſulem amplæ Romæ ſanctum, & Coepiſcopum noſtrum Cæleſtinum, ſignificare curâſti. Non autem ſufficit tuæ religioni ſolummodo fidei Symbolum conſiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus ſancti Spiritûs largitate à venerando, & magno Concilio apud Nicæam congregato. Hoc enim non intellexiſti, nec rectè interpretatus es, quin imò perverſè, licèt ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt, ut jurejurando fatearis, quo anathematizes quidem tua pollùta, & profana dogmata: ſentias autem, & doceas quæ nos univerſi per Orientem, ſeu per Occidentem Epiſcopi, & Magiſtri, Præſuleſque populorum credimus, & docemus. Epiſtolis autem ab Alexandria tuæ religioni directis Eccleſia conſenſum præbuit, tam ea, quæ apud urbem Romam convenit ſancta Synodus, quàm etiam nos omnes, velut rectè, irreprehenſibiliterque conſcriptis. Subdimus autem his noſtris, quæ re ſentire oporteat, & docere: & ea, quibus abſtinere conveniat. Hæc eſt fides Catholicæ Eccleſiæ, cui cuncti conſentiunt orthodoxi per Orientem, Occidentemque Pontifices.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM EPHESINUM.

2. Corinth. 5.

Forma conveniendi hæreticum.

Symbolum non ſolum eâdem voce, ſed etiam eodem ſenſu confitendum.

CODEX CANONUM. CONCILIUM EPHESINUM.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium, & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei natum de Patre, unigenitum, hoc est, de substantia Patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Natum non factum. (a) Homulion Patri, hoc est, unius cum Patre substantiæ. Per quem omnia facta sunt in cœlo, & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus, & homo factus passus est. Et resurgens à mortuis tertiâ die, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus judicare vivos, & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus, quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & qui ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse, aut convertibilem filium Dei, vel commutabilem, anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia.

Symbolum Nicænum.

Symbolum Ephesinum.

Sequentes itaque (b) omnium sanctorum Patrum confessiones, quas loquente in eis Spiritu sancto protulerunt, & intentioni, quæ est in eorum intellectibus, æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium: profitemur, quòd ipsum unigenitum Dei verbum natum ex ipsa Patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, sive in cœlis, sive in terra, salutis nostræ causâ descendens, ad exinanitionem se dignatus est inclinare: natus autem, & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licèt factus sit in assumptione carnis, & sanguinis, tamen etiam sic quod erat Deus, naturâ scilicet, & veritate, perstitit. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec substantiam carnis in ineffabilem Dei verbi essentiam commutatam: incommutabilis est enim, & inconvertibilis, idemque ipse juxta scripturas jugiter permanens. Visus est autem, & parvulus positus, atque in cunabulis, & sinibus genitricis Virginis constitutus, universam creaturam replebat: ut Deus genitori suo indivisus existeret; quod divinum est enim sine quantitate, & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur verbum Dei. Secundùm substantiam confitentes unum, adoramus Filium & Dominum nostrum Jesum Christum: non seorsum ponentes, & determinantes hominem, & Deum, velut invicem sibi dignitatis, & authoritatis unitate conjunctos. Hoc enim novitas est vocis, & aliud nihil, nec item Christum specialiter nominantes Deum verbum, quod ex Deo est; nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est; sed

Ex vulva illæso tamen pudore virginali.

Substantiam, hypostasim, seu personam, aut suppositum.

(a) *Homusion*] V. C. *Homoousion.*
(b) *Omnium Sanctorum*] V. C. *Per omnia.*

unum ſolummodo Chriſtum, Dei Patris verbum, cum propria carne cognoſcimus. Tunc enim etiam juxta nos cunctos eſt, quamvis Spiritum dignis ipſe contulerit, & non ad menſuram, ſicut beatus Evangeliſta Joannes aſſeruit. Sed nec illud dicimus, quòd Dei verbum velut * homine communi, qui de Virgine ſancta natus eſt, habitaverit, nè Deum homo Chriſtus habitatorem poſſidere credatur. Quamvis enim verbum habitaverit in nobis, & dictum ſit in Chriſto habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, tamen intelligimus eum, quòd caro factus, non ſicut in ſanctis habitare dicatur, nec talem in ipſo habitationem factam definire tentavimus: ſed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem ſibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur eſt Chriſtus, Filius, & Dominus, non velut conjunctionem quamlibet in unitate dignitatis, & authoritatis homo habens ad Deum. Non enim poteſt unire naturam ſola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Joannes æquales ſunt in alterutrum dignitatis, propter quod & Apoſtoli, & ſancti diſcipuli eſſe monſtrantur: verumtamen uterque non unus eſt, nec juxta collationem, vel connexionem modum conjunctionis advertimus. Hoc enim ad unitatem non ſufficit naturalem, nec ſecundùm participationis effectum, ſic nos etiam adhærentes Domino, unus cum eo ſpiritus ſumus. Imò potiùs conjunctionis nomen evitamus: * tam non exiſtens idoneum, quòd ſignificet unitatis arcanum, ſed neque Deum, aut Dominum Chriſti, verbum Dei Patris aſſerimus: nè iterum manifeſtiùs in duo dividamus unum Chriſtum Filium, & Dominum in crimen ſacrilegii recidamus, Deum illi ſeipſum facientes, & Dominum. Unitus quippe, ſicut ſuperiùs diximus, Deus verbum carni ſecundùm ſubſiſtentiam, Deus eſt omnium, & dominator univerſitatis. Verumtamen nec ſervus eſt ſibi ipſe Dominus, quia ineptum eſt, vel potiùs impium, hoc ſentire, vel dicere. Quamvis enim * Deum ſuum in ſe naturâ, & illius eſſentiâ, tamen nullatenus ignoramus, quòd manens Deus, homo quoque factus ſit: qui ſub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis exiſteret, ipſe verò ſibi quomodo, vel Deus poterit eſſe, vel Dominus? ergo ſicut homo, quantùm decenter exinanitionis menſuræ congruit, ſub Deo ſe nobiſcum eſſe diſſeruit. Hoc etiam quomodo ſub lege factus eſt, quamvis ipſe promulgaverit legem, & Legiſlator Deus extiterit. Cavemus autem de Chriſto dicere, propter aſſumentem veneror aſſumptum, & propter inviſibilem adoro viſibilem. * Horrendum ſuper hoc etiam illud dicere, is qui ſuſceptus eſt cum eo, qui ſuſcepit, connuncupatur Deus. Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Chriſtos eum, qui unus eſt, hominem ſeorſum in parte, & Deum ſimiliter in parte conſtituens.

Jean. 3. *Forte *in homine.*

Joan. 1. Coloſſ.

2. Corinth. 6. *Forte *tanquam.*

* Forte *Deus fit.*

Epheſ. 2. Dogmata Neſtorii.

*Forte *Horremus.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM EPHESINUM.

Evidenter enim denegat unitatem, ſecundùm quam non alter cum altero coadoratur, aut connuncupatur Deus: ſed unus intelligitur Chriſtus Jeſus, Filius Dei unigenitus, unâ ſervitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quòd idem ipſe, qui ex Deo Patre natus eſt Filius unigenitus Deus: licèt juxta naturam ſuam expers paſſionis extiterit, pro nobis tunc ſecundùm ſcripturas * carnem perpeſſus eſt, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impaſſibiliter ad ſe referens paſſiones. Gratiâ verò Dei pro hominibus guſtavit mortem, tradens & proprium corpus: quamvis naturaliter ipſe vita ſit, & reſurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentiâ proculcaret, ac ptiùs in ſua carne primogenitus ex mortuis fieret, & primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruprionis recurſum, gratiâ Dei, ſicut ſupra dictum eſt, pro omnibus guſtavit mortem, & tertiâ die reſurgens expoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur, quòd per hominem facta ſit reſurrectio mortuorum: tamen intelligimus hominem factum verbum, quod ex Deo eſt, & per ipſum mortis imperium fuiſſe deſtructum. Veniet autem temporibus præſinitis, ſicut unus eſt Filius, & Dominus, in gloria Patris, ut judicet orbem terrarum in æquitate, ſicut ſcriptum eſt. Neceſſariò igitur & hoc adjicimus, annunciantes enim ſecundùm carnem mortem unigeniti Filii Dei, id eſt, Jeſu Chriſti, & reſurrectionem ejus, & in cœlos aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſiaſticis ſacrificiis ſervitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur participes ſancti corporis, & pretioſi ſanguinis Chriſti, omnium noſtrorum redemptores effecti: non ut communem carnem percipientes, quod abſit, nec ut viri ſancti facti, & verbo conjuncti, ſicut dignitatis unitatem, aut ſicut divinam poſſidentes habitationem: ſed ut verè vivificatricem, & ipſius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, ut Deus exiſtens, quia propriæ carni unitus eſt, vivificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideo quamvis dicat ad nos, *Amen, amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem*: non tamen eam, ut hominis unius ex nobis æſtimare debemus, quomodo enim juxta naturam ſuam vivificatrix eſſe caro hominis poterit: ſed ut vetè propriam eſſe factam, qui propter nos Filius hominis & factus, & vocatus. Eas autem voces, quas Salvator noſter in Evangeliis protulit, non in duabus ſubſiſtentiis, aut perſonis omnino partimur: non enim duplex eſt, unus Chriſtus, & ſolus, quamvis ex duabus, diverſiſque rebus ad unitatem cognoſcatur individuam coïiſſe, ſicut homo, quanquam ex anima conſtans, & corpore, non duplex, ſed potius unus eſt ex utroque. Humanas ergo, divinaſque inſuper voces ab uno Chriſto dictas, animadvertentes, rectè ſentimus, cùm enim Deo digniſſimè

* Forte *in carne paſſus eſt.*

Rom. 8. Joan. 11. 2. Corinth. 13.

Pſal. 95.

Sacrificium miſſæ incruentum.

Caro Chriſti vivificatrix.

Joan. 6.

Una perſona in Chriſto.

loquitur de ſeipſo : *Qui me videt, videt & Patrem, ego & Pater unum ſumus :* divinam ejus intelligimus, ineffabilemque naturam, ſecundùm quam unum eſt cum Patre ſuo propter unam, eamdemque ſubſtantiam, imago, & character, ſplendorque gloriæ ejus exiſtens. Cum verò humanæ naturæ menſuram nullatenus ignorans, Judæos alloquitur : *Nunc me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum.* Item non minùs eum, qui in ſimilitudine, & æqualitate Patris eſt, Deum verum etiam in menſuris humanitatis ejus cognoſcimus. Si autem neceſſariò creditur, quoniam naturâ Deus exiſtens, factus ſit caro, imò potiùs homo animatus animâ rationali, quæ cauſa eſt in ejus * quilibet vocibus erubeſcat, ſi eas homine dignas effatus eſt? quòd ſi ſermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quis coëgit? Cùm verò ſe propter nos ad exinanitionem ſpontaneam miſericorditer inclinaverit, quam ob cauſam dignos exinanitione ſermones effugerit? Uni igitur perſonæ cuncta ejus in Evangelio aſcribemus, uni ſubſtantiæ, verbi ſcilicet incarnati, *quia unus eſt Dominus Jeſus Chriſtus*, ut ſcriptum eſt. Appellatum verò Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ, tanquam ſacrificantem Deo, & Patri fidei noſtræ confeſſionem, quâ à nobis ipſis, & ipſi cum Deo Patre inceſſanter offertur. Iterum, cùm dicimus, quia ex Deo ſecundùm naturam Filius unigenitus, nec homini præter eum alteri Sacerdotis nomen, & officium deputamus: *factus eſt enim mediator Dei, & hominum, & reconciliator ad pacem, ſemetipſum Deo & Patri pro nobis offerens in odorem ſuavitatis.* Ideoque dicebat, *Sacrificium, & oblationem noluiſti, holocauſta & pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfeciſti mihi; tunc dixi : ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obtulit enim proprium corpus, non pro ſe, ſed pro nobis in odorem ſuavitatis: nam quâ pro ſe oblatione, vel ſacrificio indigeret ab omni peccato liber, ut Deus exiſtens? quòd ſi omnes peccaverunt, & egent gloriâ Dei, ſecundùm hoc quòd ſumus ad mutabilitatis exceſſum promptiores effecti, & peccatis ægrotavit humana natura, ipſe verò non ita, ideoque nos gloriæ ejus efficimur: cur erit ultra jam dubium, quòd agnus verus pro nobis ſit immolatus? Qui autem dicit, quia ipſum tam pro ſe, quàm pro aliis obtulerit, nullatenus * impietatis effugiet, cui nil prorſus deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum, qui egerat oblationes ſuas, nullo ſuo extante facinore, pro quo, ſi eſſet, ſatis admodum convenienter offerret. De Spiritu quoque cùm dicit, *Ille me clarificabit*, hoc rectiſſimè ſentientes unum Chriſtum, & Filium, non velut alterius egentem gloriæ, confitemur à Spiritu ſancto gloriam conſecutum, quia Spiritus ejus nec melior, nec ſuperior ipſo eſt: ſed quia humana opera faciens ad demonſtratio-

CODEX CANONUM. CONCILIUM EPHESINUM.

Joan. 14. Joan. 10. Hebr. 1. Joan. 8.

* Fortè *quibuslibet.*

Philip. 2.

Subſtantiæ, hypoſtaſi ſeu ſubſiſtentiæ.

Hebr. 2.

Hebr. 9 & 10.

Pſal. 39.

Rom. 3.

* *Addendum videtur, notam, aut reatum, aut conſimile.*

Joan. 16.

CODEX CANONUM.

nem ſuæ deitatis virtute proprii Spiritûs utebatur. Ab ipſo glorificari dicitur, ſicut unumquemque virtus ſua, vel diſciplina clarificare dicitur. Quamvis enim in ſua ſit ſubſtantia Spiritus, & intelligatur in perſona proprietas, juxta id *quod quia Spiritus eſt, & non Filius,* attamen alienus non eſt ab illo, nam Spiritus appellatus eſt veritatis, veritas Chriſtus eſt, unde & ab iſto ſimiliter, ſicut ex Deo Patre, procedit. Denique hic & ipſe Spiritus etiam per Sanctorum manus Apoſtolorum miracula glorioſa perficiens, Dominum glorificavit Jeſum Chriſtum, poſtquam aſcendit in cœlum. Nam creditus eſt Chriſtus, naturâ Deus exiſtens, per Spiritum ſanctum virtutes efficiens, ideoque dicebat: *De meo accipiet, & annunciabit vobis.* Nequaquam verò participatione alterius idem Spiritus ſapiens, aut potens dicitur, quia per omnia perfectus, & nullo prorſus indigens bono, nam paternæ virtutis, & ſapientiæ, id eſt, Filii, Spiritus creditur, & ideo ipſâ re, & ſubſiſtentiæ virtus, & ſapientia comprobatur. Igitur quia Deum carne unitum juxta ſubſiſtentiam ſancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem eſſe profitemur, non quòd verbi naturâ exiſtendi principium de carne ſortita ſit: erat enim *in principio, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum,* & ipſe conditor ſæculorum, Patri coæternus, & univerſitatis creator, ſed, quod ſupra diximus, juxta ſubſiſtentiam ſibi mutuans humanam naturam, nativitatem ſuſtineret ex ipſa corporea vulva, non quòd eguerit neceſſariò, ut propter ſuam naturam nativitas fieret, quæ eſt in extremis ſæculi facta temporibus: ſed ut ipſas benediceret ſubſtantiæ noſtræ primitias, & dum ipſum carni unitum, mulieri dediſſet: illa, quæ adverſùs omne genus humanum maledictio fuerat prolata, deſineret; nec jam morti noſtra corpora deſtinaret. Illud quoque, quod dictum eſt: *In triſtitia paries Filios*; ipſe diſſolvens, verum eſſe monſtraret, quod Prophetæ voce prædixerat: *Abſorpta eſt mors in victoria*; & iterum: *Abſtulit Deus omnem lachrymam ab omni facie.* Propter hanc enim cauſam dicimus eum diſpenſatoriè & ipſis benedixiſſe tunc nuptiis in Cana Galilææ, cùm ſanctis vocatis Apoſtolis adeſſe dignatus eſt. Hæc ſapere ſumus edocti à ſanctis Apoſtolis, & Evangeliſtis, & ab omni ſcriptura divinitùs inſpirata, necnon & à beatis Patrum confeſſionibus, veritate * ſubnixi. His omnibus & tuam religionem concordare, & præter aliquem dolum conſentire jam convenit. (a) Quæ religionem tuam anathematizare neceſſe eſt, huic epiſtolæ noſtræ (b) ſubjecta ſunt.

CONCILIUM EPHESINUM.

Joan. 15.

Nota contra Græcos de Spiritu ſancto.

Joan. 10.

Maria verè Dei genitrix.

Joan. 1.

Vulva utero virginali.

Gen. 31.

Oſeæ 13.

1. Corinth. 15.

Eſa. 25.

Joan. 2.

Lego *ſubnixis.*

(a) *Quæ religionem tuam*] V. C. *Quæ verò religioni tuæ.*

(b) *Subjecta ſunt*] Add. V. C. *Quòd ſi minimè eiſdem ſubeſſent, jam conjequeris.*

STATUTA

STATUTA EPHESINI CONCILII (a) contra hæresim Nestorii.

I.

Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, (b) & propterea Dei genitricem sanctam Virginem: peperit enim secundùm carnem factum Dei verbum, secundùm quod scriptum est, *Verbum caro factum est*, anathema sit.

II.

Si quis non confitetur carni (c) secundùm substantiam unitum Dei Patris verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III.

Si quis in Christo dividit substantiam post unitatem, solâ eas connexione conjungens, eamque secundùm dignitatem, vel etiam authoritatem, aut potestatem, ac non potiùs conventu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

IV.

Si quis personis duabus, vel substantiis eas voces, quæ in Apostolicis, & Evangelicis scriptis continentur, dividit, vel quæ de Christo à sanctis dicuntur, vel ab ipso: & aliquas quidem ex his velut homini, qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, aptaverit, illas autem tanquam Deo dignas soli Dei Patris verbo deputaverit, anathema sit.

V.

Si quis audeat dicere Christum hominem theophoron, id est, Deum ferentem; ac non potiùs Deum esse veraciter dixerit, tanquam Filium per naturam, secundùm quòd verbum caro factum communicavit similiter, ut nos carni & sanguini, anathema sit.

VI.

Si quis dicit Deum esse Christi, Dei Patris verbum, & non magis eumdem ipse confitetur Deum simul & hominem, propterea, quòd verbum caro factum est, secundùm scripturas, anathema sit.

VII.

Si quis velut hominem Jesum operantem Dei verbo dicit adjutum, & unigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti, tribuit, anathema sit.

VIII.

Si quis audet dicere assumptum hominem coadorandum Dei verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero, nam Con syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi; ac non potiùs unâ supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod scriptum est, *Verbum caro factum est*, anathema sit.

(a) *Contra hæresim Nestorii*] Hæc delenda, & reponendum, *Cyrillus Episcopus dixit.*

(b) *Et propterea*] V. C. Et propter hoc ipsum.

(c) *Secundùm substantiam*] V. C. Substantialiter.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM EPHESINUM.

IX.

Si quis unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum glorificatum dicit à Spiritu ſancto, tanquam qui alienâ virtute viſus fuerit per eum, & ab eo accipere efficaciam contra immundos ſpiritus, & omnibus divina ſigna perficere, ac non potiùs proprium fatetur ejus Spiritum, per quem divina ſigna implevit, anathema ſit.

X.

Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum divina ſcriptura commemorat. Obtulit autem ſemetipſum pro nobis in odorem ſuavitatis Deo, & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apoſtolum noſtrum dicit factum, non ipſum Dei verbum, quando caro factum eſt, & juxta nos homo, ſed velut alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, ut pro ſe obtuliſſet ſemetipſum oblationem, & non potius pro nobis ſolis, quia non eguit oblatione, qui peccatum omnino neſcivit, anathema ſit.

XI.

Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem eſſe, & propriam ipſius verbi Dei Patris, ſed velut alterius præter ipſum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quaſi divinam habentis habitationem, ac non potiùs vivificatricem eſſe, quia facta eſt propria verbi cuncta vivificare valentis, anathema ſit.

XII.

Si quis non confitetur Dei verbum paſſum in carne, & crucifixum in carne, & mortem in carne guſtaſſe, factumque primogenitum ex mortuis, ſecundùm quod vita eſt, & vivificator ut Deus, (a) anathema ſit.

Explicit (b) ſanctum & univerſale Epheſinum Concilium primum.

(a) *Anathema ſit.*] Plura ſunt in vereri Codice meo. *Igitur ſancta & magna Synodus ipſum qui ex Deo Patre naturaliter natus Filium unigenitum Deum verum, &c.* Sed illa ſunt ex epiſtola Cyrilli ad Neſtorium, quæ inſerta eſt Concilio Chalcedonenſi, art. 1.

(b) *Sanctum & univerſale Epheſinum Concilium primum.*] Epiſtola S. Cyrilli.

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

(a) *Tituli Canonum Chalcedonenſis Concilii, numero XXVII.*

1 DE Canonibus uniuſcujuſque Concilii.
2 Quòd non oportear Epiſcopos, aut quemlibet ex Clero per pecunias ordinari.
3 Quòd non oporrear Epiſcopos, Clericos, & Monachos prædia aliena conducere.
4 De honore Monachis competente, & ut nullus eorum tentet eccleſiaſtica, aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſervum, præter conſcientiam Domini ejus ſuſcipere.
5 Non tranſmigrandum de civitate in civitatem.
6 Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari.
7 De Clericis & Monachis non manenribus in ſuo propoſito.
8 De Clericis qui ſunt in Ptochodochiis, Monaſteriis atque Martyriis, quæ ſub poreſtate Epiſcoporum uniuſcujuſque civitatis exiſtunt.
9 Quòd non oportear Clericos, habentes adversùs invicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia judicia convolare.
10 Quòd non liceat Clerico in duarum civiratum Eccleſiis miniſtrare.
11 Quòd non oporteat egenis epiſtolia rribui; honeſtiores autem commendaritiis litteris approbari.
12 Ut nequaquam in duos Metropolitanos Provincia dividatur.
13 Quòd non oportear peregrinos Clericos ſine commendatitiis miniſtrare.
14 Quòd non liceat Clerico uxorem ſectæ alrerius accipere.
15 De Diaconiſſis mulieribus.
16 De Virginibus.
17 De Parochiis.
18 De conjurarione, vel conſpirarione.
19 Quòd oportear per Provincias bis in anno Concilia celebrari.
20 Quòd minimè Clericos tranſmigrari conveniar.
21 De Epiſcoporum aut Clericorum accuſatoribus.

(a) *Tituli Canonum*] V. C. *Incipiunt Capitula.*

CODEX CANONUM.

22 Quòd non liceat Clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere.

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

23 De Clericis & Monachis, qui præter voluntatem ſui Epiſcopi ad urbem regiam Conſtantinopolim veniunt.

24 Quòd non liceat Monaſteria, quæ conſecrata ſunt, diverſoria ſæcularia fieri.

25 Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differre.

26 De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum.

27 De his qui rapiunt puellas.

PRÆFATIO
IN CONCILIUM CHALCEDONENSE.

QUAMVIS DC & XXX *Epiſcopi in unum congregati huic Concilio unanimiter ſubſcripſerint, Patrumque Decretis, & Nicææ, & in regia urbe priùs confirmatis, innixi fuerint, tantùm tamen effecit & ſerpentis antiqui aſtutus livor, & humanæ mentis in malum prona imbecillitas, ut fides, & ſtatuta hujus Concilii à diverſis Hæreticis longo admodum tempore & calumniis vexata, & in dubium revocata apud pleroſque fuerint. Non enim ſoli Neſtoriani, Eutychianique, ac Dioſcori ſequaces, contra quos principaliter tunc actum eſt, hujus Concilii decreta infringere, fidemque, & authoritatem ejus conculcare præſumpſerunt, ſed etiam Ariani, aliique circa fidem ſanctæ Trinitatis Hæretici, ac quicumque circa Chriſti deitatem, aut humanitatem errabant, ejuſdem Concilii acta reſcindere moliebantur, de quibus multi multa ſcripſerunt. Hic unius Timothei Pſeudoepiſcopi, qui per vim, & ſummum ſcelus ſedem Alexandrinam invaſit, inſolentem præſumptionem commemorabimus, ex epiſtola Ægyptiorum ad Leonem Auguſtum; ſic enim inter cætera conqueſti ſunt.* Inſidiatuſque tranſitum ſanctæ memoriæ Principis Martiani, quo migravit ad Deum, blaſphemis vocibus impudenter adversùs eum inſurgens, & ſanctum & univerſale Chalcedonenſe Concilium anathematizans inverecundè, & vulgos populi ſeditioſorum, & vilium congregans, cùmque contra ſanctas regulas, Eccleſiaſticam diſciplinam, & communem Rempublicam, legeſque coarmans irruit in Eccleſiam ſanctam Dei, habentem Paſtorem, atque Doctorem, &c. *Contra hunc Timotheum pro defenſione ſancti hujus Concilii extant in vetuſto quodam Codice (quem hic habemus)* XL *epiſtolæ Epiſcoporum quingentorum ex diverſis Provinciis ad eumdem Leonem Auguſtum, ejus nominis primum, è quibus prima eſt beati Leonis Papæ. Nè verò prolixior fiat præfatio, duo tantùm publica teſtimonia, pro hujus Concilii authoritate, ac defenſione recitabimus.*

LEO PAPA, LEONI AUGUSTO.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

NIHIL convenientius eſt fidei defendendæ, quàm his, quæ per omnia, inſtruente Spiritu ſancto, irreprehenſibiliter definita ſunt, inhærere. Ipſi videbimur benè ſtatuta convellere, & authoritates, quas Eccleſia univerſalis amplexa eſt, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum colligendis Eccleſiis modum ponere, ſed datâ licentiâ rebellandi, dilatare magis, quàm ſopire certamina. Quid probabilius, quid religioſius poterit pietas veſtra decernere quàm ut quæ non tam humanis quàm divinis ſunt ſtatuta decretis, nullus ultra ſinatur impetere, nè verè digni ſint tantum Dei munus amittere, qui de veritate ipſus auſi fuerint dubitare. Apud Chriſtianiſſimum igitur Principem & inter Chriſti Prædicatores digno honore munerandum, utor Catholicæ fidei libertate, & ad conſortium te Apoſtolorum, ac Prophetarum ſecurus exhortor, ut conſtanter deſpicias ac repellas eos qui ſeipſos Chriſtiano nomine privaverunt; nec patiaris impios parricidas ſacrilegâ ſimulatione de fide agere, quos conſtat fidem velle vacuare.

MARTIANUS IMPERATOR AUGUSTUS, IN CODICE LEGUM,

De summa Trinitate, et Fide Catholica.

NEMO Clericus, vel militaris, vel alterius cujuſlibet conditionis de fide Chriſtiana publicè, turbis coadunatis & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultûs, vel perfidiæ occaſionem requirens. Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata, ac rectè diſpoſita revolvere, & publicè diſputare contenderit, cùm ea quæ nunc de Chriſtiana fide à Sacerdotibus, qui Chalcedone convenerant per noſtra præcepta, ſtatuta ſunt juxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum Patrum CCCXVIII & CL in hac regia urbe, diffinita eſſe noſcuntur. Nam & in contemptores hujus legis pœna non deerit, quia non ſolùm contra fidem verè expoſitam veniunt, ſed etiam Judæis, & Paganis ex hujuſmodi certamine profanant veneranda myſteria.

CODEX CANONUM. (a) *INCIPIUNT regulæ Eccleſiaſticæ, promulgatæ à Chalcedonenſi ſancto Concilio, numero XXVII.*

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

De Canonibus uniuſcujuſque Concilii.

25. q. 1. *A ſanctis patribus.* CAP. I. Regulas ſanctorum Patrum, per ſingula nunc uſque Concilia conſtitutas, proprium robur obtinere decrevimus.

Quòd non oporteat Epiſcopos, aut quemlibet ex Clero per pecunias ordinari.

1. q. 1. c. *Si quis Epiſcopus* CAP. II. Si quis Epiſcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & ſub pretio redegerit gratiam, quæ non poteſt vendi, ordinaveritque per pecunias Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet ex his, qui connumerantur in Clero, aut promoverit per pecunias diſpenſatorem, aut defenſorem, vel quemquam, qui ſubjectus eſt regulæ, pro ſui turpiſſimi lucri commodo; is, cui hoc attentanti probatum fuerit, proprii gradûs periculo ſubjacebit. Et qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat: ſed ſit alienus à dignitate, vel ſollicitudine, quam pecuniis quæſivit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis extiterit; ſiquidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat; ſi verò Laicus, aut Monachus, anathematizetur.

Quòd non oporteat Epiſcopos, Clericos & Monachos prædia aliena conducere.

Diſt. 86. c. *Pervenit.* CAP. III. Pervenit ad ſanctam Synodum, quòd quidam, qui in Clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſæcularia negotia ſub cura ſua ſuſcipiant: Dei quidem miniſterium parvipendentes, ſæcularium verò diſcurrentes domos, & propter avaritiam patrimoniorum ſollicitudines ſumentes. Decrevit itaque ſanctum hoc magnumque Concilium, nullum deinceps, non Epiſcopum, non Clericum, vel Monachum aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſe miſcere: præter pupillorum, * ſi fortè leges imponant inexcuſabilem curam, aut civitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum, & viduarum, earumque, quæ ſine ulla proviſione ſunt, perſonarum, quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adjutorio, propter timorem Domini cauſa depoſcat. Si quis autem tranſgredi de cætero ſtatuta tentaverit, hujuſmodi Eccleſiaſticis increpationibus ſubjacebit.

Al. * *niſi.*

(a) *Incipiunt regulæ*] Non ſunt ex tranſlatione Dionyſii Exigui.

De honore Monachis competente, & ut nullus eorum tentet Eccleſiaſtica, aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſervum præter conſcientiam Domini ejus ſuſcipere.

16. q 1. Qui vere pur. q. 28. q. 2. Quidam Monachorum.

CAP. IV. Qui verè & ſincerè ſingularem ſectantur vitam, competenter honorentur. Quoniam verò quidam, utentes habitu Monachi, Eccleſiaſtica negotia civiliaque conturbant, circumeuntes indifferenter urbes, necnon & Monaſteria ſibi inſtituere tentantes, placuit nullum quidem uſquam ædificare, aut conſtituere Monaſterium, vel oratorii domum præter conſcientiam civitatis Epiſcopi. Monachos verò per unamquamque civitatem, aut regionem ſubjectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodo jejunio & orationi, in locis quibus renunciaverunt ſæculo, permanentes. Nec Eccleſiaſticis verò, nec ſæcularibus negotiis communicent, vel in aliquo ſint moleſti propria Monaſteria deſerentes: niſi fortè his præcipiatur propter opus neceſſarium ab Epiſcopo civitatis. Nullum verò recipere in Monaſteriis ſervum obtentu Monachi præter ſui domini conſcientiam. Tranſgredientem verò hanc diffinitionem noſtram excommunicatum eſſe decrevimus: nè nomen Dei blaſphemetur. Verumtamen Epiſcopum convenit civitatis competentem Monaſteriorum providentiam gerere.

Non tranſmigrandum de civitate in civitatem.

CAP. V. De his qui tranſmigrant de civitate in civitatem, Epiſcopis, aut Clericis, placuit ut Canones, qui de hac re à ſanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant propriam firmitatem.

7. q. 1. c. Propter eos Epiſcopos Nic. Conc. c. 15.

Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari.

CAP. VI. Nullum abſolutè ordinari debere Preſbyterum, aut Diaconum, nec quemlibet in gradu Eccleſiaſtico: niſi ſpecialiter Eccleſiæ civitatis, aut poſſeſſionis, aut Martyrii, aut Monaſterii, qui ordinandus eſt, pronuncietur. Qui verò abſolutè ordinantur, decrevit ſancta Synodus, irritam haberi hujuſcemodi manûs impoſitionem, & nuſquam poſſe miniſtrare ad ordinantis injuriam.

Dist. 70. Neminem abſolutè.

De Clericis & Monachis non manentibus in ſuo propoſito.

CAP. VII. Qui ſemel in Clero deputati ſunt, aut Monachorum vitam expetiverunt, ſtatuimus nec ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam; ſed hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quominùs redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

20. q. 3. Eos qui ſemel.

*De Clericis qui ſunt in * Ptochodochiis, Monaſteriis, atque Martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum uniuſcujuſque civitatis exiſtunt.*

*Al. * Ptochiis.*

CAP. VIII. Clerici qui præficiuntur Ptochodochiis, vel qui

CODEX CANONUM. CONCILIUM CHALCEDONENSE.

ordinantur in Monaſteriis, & Baſilicis Martyrum, ſub Epiſcoporum, qui in unaquaque civitate ſunt, ſecundùm ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo diſſiliant. Qui verò audent evertere hujuſcemòdi formam quocumque modo, nec proprio ſubjiciuntur Epiſcopo: ſi quidem Clerici ſunt, Canonum correptionibus ſubjacebunt; ſi verò Laïci, vel Monachi fuerint, communione priventur.

Quòd non oporteat Clericos, habentes adversùs invicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia judicia convolare.

11. q. 1. *Si Clericus.*

CAP. IX. Si quis Clericus (a) adversùs Clericum habet negotium, non deſerat Epiſcopum proprium, & ad ſæcularia percurrat judicia; ſed priùs actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certè Conſiliarios ejuſdem Epiſcopi, apud quos utræque partes voluerint, judicium * continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correptionibus ſubjacebit. Quòd ſi Clericus habet cauſam adversùs Epiſcopum vel adversùs alterum, apud Synodum provinciæ judicetur. Quòd ſi adversùs ejuſdem provinciæ Metropolitanum Epiſcopus, vel Clericus habet querelam, petat Primatem diœceſeos, aut ſedem regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum judicetur.

* Fortè *continuabunt.*

Ab his ad Sedem Apoſtolicam confugere poterit gravatus ut patet infra Sardin. Conc. c. 3, 4 & 7.

Quòd non liceat Clerico in duorum civitatum Eccleſiis miniſtrare.

11. q. 1. *Clericum.*

CAP. X. Non licere Clericum in duarum civitatum conſcribi ſimul Eccleſiis, & in qua initio ordinatus eſt, & ad quam confugit, quaſi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad ſuam Eccleſiam, in qua primitus ordinati ſunt, & ibi tantummodo miniſtrare.

2. q. 2. *quis jam.*

Si verò jam quis tranſlatus eſt ex alia in aliam Eccleſiam, prioris Eccleſiæ, vel Martyriorum, quæ ſub ea ſunt, aut Ptochodochiorum, aut Xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò, qui auſi * fuerint, poſt diffinitionem magnæ & univerſalis hujus Synodi quemquam ex his, quæ ſunt prohibita, perpetrare, decrevit ſancta Synodus, à proprio hujuſmodi gradu recedere.

Quòd oporteat egenis Epiſtolia tribui: honeſtiores autem commendatitiis litteris approbari.

CAP. XI. Omnes pauperes, & indigentes auxilio, cùm proficiſcuntur ſub probatione, Epiſtolis, vel Eccleſiaſticis Pacificis tantummodo commendare decrevimus, & non commendatitiis litteris, propter quod commendatitias litteras, honoratioribus tantummodo præſtari perſonis conveniat.

(a) *Si quis Clericus.*] Vide in Epiſtola Nicolai I, contra Michaëlem Imperatorem.

Ut

Ut nequaquam in duos Metropolitanos provincia dividatur.

Diſt. 101. Pervenit. CAP. XII. Pervenit ad nos, quòd quidam, præter Eccleſiaſtica ſtatuta facientes, convolârunt ad poteſtates, & per pragmaticam formam in duo unam Provinciam diviſerunt: ita ut ex hoc facto duo Metropolitani eſſe videantur in una Provincia. Statuit ergo ſancta Synodus de reliquo nihil ab Epiſcopis tale tentari: allioqui qui hoc * adniſus fuerit, amiſſione gradûs proprii ſubjacebit. Quæcumque verò civitates litteris imperialibus Metropolitani nominis honore ſubnixæ ſunt, honore tantummodo perfruantur, & qui Eccleſiam ejus gubernat Epiſcopus; ſalvis ſcilicet veræ Metropolis privilegiis ſuis.

Al * *abuſus*

Quòd non oporteat peregrinos Clericos ſine commendatitiis litteris miniſtrare.

Diſt. 71. Extraneo. CAP. XIII. Peregrinos Clericos, & Lectores in alia civitate præter commendatitias litteras ſui Epiſcopi nuſquam penitus miniſtrare debere.

Quòd non liceat Clerico uxorem ſectæ alterius accipere.

Diſt. 32. c. Quoniam. CAP. XIV. Quoniam in quibuſdam provinciis conceſſum eſt Lectoribus, & Pſaltis uxores ducere, ſtatuit ſancta Synodus, non licere cuiquam ex his accipere ſectæ alterius uxorem. Qui verò ex hujuſmodi conjugio jam filios ſuſceperunt, ſiquidem præventi ſunt, ut ex ſe genitos apud Hæreticos baptizarent, offerre eos Eccleſiæ Catholicæ communioni conveniet, non baptizatos autem non poſſe ulteriùs apud Hæreticos baptizari, ſed neque copulari debet nuptura Hæretico Judæo, vel Pagano, niſi fortè promittat, ad orthodoxam fidem ſe perſonam orthodoxè copulandam transferre. Si quis autem hanc definitionem ſanctæ Synodi tranſgreſſus fuerit, correptioni Canonicæ ſubjacebit.

De Diaconiſſis Mulieribus.

CAP. XV. Diaconiſſam non ordinandam ante annum quadrageſimum, & hanc cum ſummo libramine. Si verò ſuſcipiens manûs impoſitionem, & aliquantum temporis in miniſterio permanens, ſemetipſam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur hujuſmodi cum eo, qui eidem copulatur. *27. q. 1. Diaconiſſam.*

De Virginibus.

CAP. XVI. Virginem, quæ ſe Deo Domino conſecravit, ſimiliter & Monachum non licere nuptialia jura contrahere: quòd ſi hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus ut habeat autoritatem ejuſdem loci Epiſcopus miſericordiam, humanitatemque largiri. *27. q. 1. Si qua virgo.*

*De * Parochiis.* *Al.* * Parœciis.

CAP. XVII. Singularum Eccleſiarum ruſticas Parochias, vel poſſeſſiones manere inconcuſſas illis Epiſcopis, qui eas retinere noſcuntur, & maximè, ſi per tricennium eas abſque vi obtinentes ſub diſpenſatione rexerunt: quòd ſi intra tricennium facta fuerit de his, vel fiat altercatio, licere eis, qui ſe læſos adſerunt, apud ſanc- *16. q. 3. Per ſingulas.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM CHALCEDONENSE.

tam Synodum Provinciæ de his movere certamen. Quòd ſi quis à Metropolitano læditur, apud Primatem Diœceſos, aut apud Conſtantinopolitanam Sedem judicetur, ſicut ſuperiùs dictum eſt. Si qua verò civitas poteſtate Imperiali novata eſt, aut ſi protinus innovetur, civiles diſpoſitiones & publicas, Eccleſiaſticarum quoque Parochiarum ordines ſubſequantur.

De conjuratione, vel conſpiratione.

11. q. 1. Si qui Clerici.

CAP. XVIII. Conjurationis, vel conſpirationis crimen, & ab exteris legibus eſt omnino prohibitum: multo magis hoc in Dei Eccleſia nè fiat, admonere conveniet. Si qui ergo Clerici, vel Monachi reperti fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis aut Clericis, gradu proprio penitus abjiciantur.

Quòd oporteat per Provincias bis in anno Concilia celebrari.

Diſt. 18. c. Pervenit.

CAP. XIX. Pervenit ad aures noſtras, quòd in Provinciis ſtatuta Epiſcoporum Concilia minimè celebrentur, & ex hoc plurima negligantur Eccleſiaſticarum cauſarum, quæ correctione indigent.

Nic. Conc. c. 5.

Decrevit itaque ſancta Synodus, ſecundùm Canones Patrum, bis in anno Epiſcopos in idipſum in unaquaque Provincia convenire, quo Metropolitanus Antiſtes probaverit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint. Quicumque verò non advenerint Epiſcopi, reſident autem in ſuis civitatibus, & hoc, dum in ſua incolumitate conſiſtunt, omnique inexcuſabili, & neceſſaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

Quòd minimè Clericos tranſmigrari conveniat.

Diſt. 71. Clericos.

CAP. XX. Clericos in Eccleſia miniſtrantes, ſicut jam conſtituimus, in alterius civitatis Eccleſia ſtatutos fieri non oportet: ſed contentos eſſe in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes Provincias, ex neceſſitate ad aliam Eccleſiam tranſierunt. Si quis autem Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit Clericum ad alium Epiſcopum pertinentem: placuit & ſuſcipientem communione privari, donec is, qui migraverat Clericus, ad propriam fuerit regreſſus Eccleſiam.

De Epiſcoporum, aut Clericorum accuſatoribus.

2. q. 7. Clericos, aut.

CAP. XXI. Clericos, aut Laïcos accuſantes Epiſcopos, aut Clericos paſſim, & ſine probatione, ad accuſationem recipi non debere: niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.

Quod non liceat Clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere.

12. q. 2. Non liceat.

CAP. XXII. Non licere Clericis, poſt obitum ſui Epiſcopi, res ad eum pertinentes diripere, ſicut antiquis quoque eſt Canonibus

conſtitutum. Quòd ſi hoc facere tentaverint, graduum ſuorum periculo ſubjacebunt.

De Clericis, & Monachis, qui præter voluntatem ſui Epiſcopi, ad urbem regiam Conſtantinopolim veniunt.

16. q. 1. *Quidam Monachi.* CAP. XXIII. Venit ad aures ſancti Concilii, quòd quidam Clerici, & Monachi, quibus nil ab Epiſcopo ſuo commiſſum eſt: eſt autem quando & communione ab eo privantur, pervenientes ad urbem Regiam Conſtantinopolitanam, in ea diutius immorentur, excitantes turbas, & ſtatum Eccleſiaſticum commoventes, ſubvertentes etiam quorumdam domos. Decrevit ſancta Synodus hujuſmodi primò quidem à defenſore Conſtantinopolitanæ ſanctæ Eccleſiæ commoneri, ut egrediantur ab urbe regia: quòd ſi iiſdem negociis impudenter inſiſtant, etiam nolentes idem defenſor expellat, ut ad propria loca perveniant.

Quòd non liceat Monaſteria, quæ conſecrata ſunt, diverſoria ſæcularia fieri.

19. q. 3. *Quæ ſemel.* CAP. XXIV. Quæ ſemel dedicata ſunt Monaſteria, conſilio Epiſcoporum, maneant perpetuò Monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent, Monaſteriis reſervari, nec poſſe ea ultrà fieri ſecularia habitacula: qui verò hoc fieri permiſerint, Canonum ſententiis ſubjacebunt.

Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu defferre.

Diſt. 75. *Quoniam quidam.* CAP. XXV. Quoniam quidam Metropolitanorum, quantum comperimus, negligunt commiſſos ſibi greges, & ordinationes Epiſcoporum facere differunt: placuit ſanctæ Synodo intra tres menſes ordinationes Epiſcoporum celebrari, niſi fortè neceſſitas inexcuſabilis præparet tempus dilationis extendi: quòd ſi hoc minimè fecerit, correptioni Eccleſiaſticæ ſubjacebit, verumtamen redditus Eccleſiæ viduatæ, penes œconomum ejuſdem Eccleſiæ integri reſerventur.

De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum.

Diſt. 89. *Quia in quibuſdam.* 16. q. 7. *Quoniam in quibuſdam.* CAP. XXVI. Quoniam in quibuſdam Eccleſiis, ut rumore comperimus, præter œconomos, Epiſcopi facultates Eccleſiaſticas tractant: placuit omnem Eccleſiam habentem Epiſcopum habere œconomum de Clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundùm ſententiam Epiſcopi proprii, ita ut Eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium non ſit, & ex hoc diſpergantur Eccleſiaſticæ facultates, & Sacerdotio maledictionis derogatio procuretur: quòd ſi hoc minimè fecerit, divinis conſtitutionibus * ſubjaceat.

Al. *ſubjacebit.*

De his qui rapiunt puellas.

CAP. XXVII. Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habirandi cooperantes, aut * connibentes raptoribus: decrevit ſancta Synodus, ut ſiquidem Clerici ſunt, decidant gradu proprio; ſi verò laïci, anathematizentur.

* Lego *conniventes*, & pro ut *more antiquo.*

36. q. 2. *Eos qui rapiunt.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM CHALCEDONENSE.

SEQUITUR CONSTITUTIO,

(a) ET FIDES CHALCEDONENSIS (b) CONCILII.

Aëtius Archidiaconus Conſtantinopolis, novæ (c) Romæ, legit.

SANCTA & magna univerſalis Synodus, (d) quæ ſecundùm gratiam, & ſanctiones piiſſimorum, (e) Chriſtianorumque Imperatorum Valentiniani, & Martiani Auguſtorum congregata apud Chalcedona, Metropolim Bithyniæ Provinciæ, in Martyrio ſanctæ Martyris Euphemiæ, ſubter adnexa.

Dominus noſter, & Salvator Chriſtus notitiam fidei confirmans diſcipulis ſuis ait, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, ne ullus à proximo ſuo diſſonet in doctrina pietatis, ſed æqualiter prædicationem veritatis oſtendat. Sed quoniam non quieſcit nequiſſimus Zizania * ſationibus pietatis inſpergere, novi aliquid contra veritatem ſemper inveniens, ob hoc frequenter Dominus noſter providens humano generi, piiſſimum, & fideliſſimum principem ad Zelum fidei ſuſcitavit & undique ſacerdotii principes convocavit: quatenus gratiam omnium Domino noſtro Jeſu Chriſto operante ab ovilibus Chriſti peſtem mendacii ſubmoveret. Quod quidem fecimus communi decreto dogmata * ſugantes erroris, & integram Patrum renovavimus fidem trecentorum decem & octo, ſymbolum omnibus prædicantes, & tanquam propinquos pietatis hujus * conſenſu recipientes Patres adſcripſimus, qui poſtea apud magnam Conſtantinopolim convenerunt centum quinquaginta. Quoniam & ipſi eamdem fidem ſubſignaverunt, decernimus * ſtatutæ ordinem, & formam fidei reſervantes nos, & quæ apud Epheſum olim facta eſt ſancta Synodus, cujus Præſides fuerunt ſanctæ memoriæ Cæleſtinus, Romanæ urbis Antiſtes, & Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ, præfulgere quidem rectæ, & immaculatæ fidei expoſitionem trecentorum decem & octo ſanctorum, & beatiſſimorum Patrum apud Nicæam, ſub piæ recordationis Conſtantino principe congregatorum. Obtinere autem etiam centum quinquaginta ſanctorum Patrum apud Conſtantinopolim conſtituta, ad interimendas quidem, (f) quæ tunc emerſerant, hæreſes. Sufficeret

Joan. 14.

Al. * *ſanctionibus.*

Al.* *fugientes*

Al. *conſenſum*

Al.* *ſtatui*

(a) *Et fides Chalcedonenſis*] V. C. *Fides ejuſdem Chalcedonenſis.*
(b) *Concilii Aëtius*] V. C. *Concilii quam Aëtius.*
(c) *Romæ legit*] V. C. *Romæ in eodem Concilio legit.*
(d) *Et magna univerſalis Synodus*] V.C. *Et magna & venerabilis Synodus.*
(e) *Chriſtianorumque*] V.C. *Chriſtianiſſimorumque.*
(f) *Quæ tunc emerſerant hæreſes.*] Add. Symbolum fidei CCC X VIII Patrum qui in Nicæa convenerunt.

quidem ad plenitudinem cognoſcendam pietatis, & confirmationem * prudens hoc, & ſalutare per Dei gratiam Symbolum. De Patre enim, & Filio, & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edocet, & Domini inhumanationem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam * lædere prædicationem veritatis conantes, * propriis hæreſibus novas voces proferunt, hi quidem myſterium Domini propter nos divinæ diſpenſationis audentes corrumpere, & matris Dei virginis appellationem recuſant, alii verò confuſionem, permiſtionemque introducunt, & unam naturam carnis, & Deitatis ſtultè confingunt, paſſibilem Unigeniti divinam eſſe naturam confuſione portentosâ dicentes. Ob hoc illis omnem aditum contra fidem volens claudere præſens nunc ſancta & magna atque univerſalis Synodus, * (a) Prædicationis hujus ab initio inconcuſſam docens, conſtituit præ cæteris trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum fidem manere illæſam. Et propter illos, qui adversùs Spiritum ſanctum pugnant, * Monachomenos poſterioribus temporibus à Patribus apud Conſtantinopolim C L congregatis, de eſſentia Spiritûs corroborat traditam diſciplinam, quam illi omnibus notam fecerunt, non quaſi deeſſet aliquid præcedentibus inferentes, ſed de ſancto Spiritu ſuam ſententiam promulgantes adversùs eos, qui veritatem ipſius lædere tentaverunt ſcripturarum teſtimoniis roborantes. At verò propter illos, qui myſterium diſpenſationis violare conantur, & purum hominem eſſe, qui ex ſancta Virgine Maria natus eſt, impudentiùs delirantes, Epiſtolas beati Cyrilli, Eccleſiæ Alexandrinæ Præſulis, Synodicas utique litteras ad Neſtorium, & ad alios per Orientem acceptiſſimas habet, ad convincendas Neſtorii blaſphemias. Et ad interpretationem * ſalutaris Symboli his qui pro zelo Dei noſſe deſiderant, quibus etiam ſubjunxit Epiſtolam magnæ, & ſenioris urbis Præſulis beatiſſimi, & ſancti Epiſcopi Leonis, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ Archiepiſcopum Flavianum, & ad ſenſus peſſimos * Eutychetis auferendos, quippe magni illius Petri confeſſionibus congruentem, & quandam columnam * nobis adversùs prava dogmata jure conjunctam ad confirmationem recti dogmatis. * Eos autem, qui in dualitate filiorum diſpenſationis convellere myſterium nituntur, præcepit & illos, qui poſſibilem Deitatem Unigeniti auſi ſunt dicere: Sacerdotali * munere ſubmoveri. Et his qui in duabus naturis Chriſti promiſtionem, aut confuſionem dici æſtimant, repugnandum: vel eos, qui cæleſtem, aut alterius eſſe ſubſtantiæ carnem, quæ illi eſt aſſumpta de nobis formam * Dei negantes, abjicit. Et qui duas quidem ante * unionem naturas Domini ſabu-

Al. * *cautiſſimum.*

Al * *obſtruere.*

Al.* *quaſdam propriæ hæreſeos novitatis perturiunt.*

Quidam enim myſterium pro nobis actum divinæ, &c.

Al.* *antiquam prædicationem*

Al.* *Machomenos, forte Macedonianos*

Al. * *additur autem amoris.*

Al.* *Eutychis*

Al. * *nubis.*

Al.* *His enim qui in univerſalitatem filiorum diſpenſationem.*

Al.* *numero.*

Al.* *ſervi.*

Al.* *unitionem.*

(a) *Prædicationis hujus*] V. C. *Prædicationem hanc.*

lantur, unam verò poſt unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur ſanctos Patres unum, eundemque confiteri Filium, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſonâ voce omnes docemus, eumdem perfectum in Deitate, eumdem perfectum in Humanitate, Deum verè, & Hominem verè, eumdem ex anima rationabili, & corpore, coeſſentialem Patri ſecundùm Deitatem, coeſſentialem nobis eumdem ſecundùm Humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato, ante ſæcula quidem de Patre genitum ſecundùm Deitatem, in noviſſimis autem diebus eumdem propter ſalutem noſtram ex Maria Virgine Theotoco ſecundùm Humanitatem unum, eumdemque Chriſtum Filium Dominum Unigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublatâ eſſentiâ naturarum propter unionem, magiſque ſalvâ proprietate utriuſque naturæ, & unam perſonam, atque exiſtentiam concurrentem, non in duas * perſonas partitum, atque diviſum, neque disjunctum: ſed unum, & eumdem Filium Unigenitum, Deum Verbum Jeſum Chriſtum, ſicut ante Prophetæ de eo, & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & Patrum nobis Symbolum tradidit. His igitur cum omni undique veritate, & diligentia, & ſollicitudine à nobis definitis: ſtatuit ſancta, & univerſalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conſcribere, vel componere, vel ſentire, vel docere aliter. Eos autem, qui auſi ſunt componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volenti vel converti, vel ex gentibus ad cognitionem veritatis venêre, vel ex Judæis, vel hæreſi quâcumque, ſi Epiſcopi fuerint, aut Clerici, alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, & Clericos à Clero; ſi verò Monachi, aut Laici fuerint, anathematizari.

CODEX CANONUM. *CONCILIUM CHALCEDONENSE.*

Al.* *partes*

ET SUBSCRIPSERUNT UNIVERSI EPISCOPI.

* Paſchaſius Epiſcopus, Vicarius Domini mei beatiſſimi atque (a) Apoſtolici univerſalis Eccleſiæ Papæ Leonis urbis Romæ, Synodo præſidens, ſtatui, conſenſi, & ſubſcripſi.

Al.* *Paſchaſianus*, al. *Paſchaſinus.*

Lucenſis Epiſcopus civitatis Eccleſiæ * (b) Auſculanæ, Vicarius Domini mei beatiſſimi, & Apoſtolici viri, univerſalis Eccleſiæ Papæ, urbis Romæ Leonis, in Synodo Græcè lecta ſubſcripſi.

Al.* *Auſculanæ.*

Boniſacius Preſbyter ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, ſtatui, & ſubſcripſi.

Leontius Romanus ſſ. *Anatolius* Conſtantinopolitanus ſſ.

PROVINCIÆ THRACIÆ. III. *Cyriacus* Heraclienſis, *per Lucianum*, *al. Peluſianum. Romanus* Eudoxiopolitanus. *Lucianus* Buzes, al. Byzes.

(a) *Apoſtolici*] Add. V. C. *Viri.*
(b) *Auſculanæ*] Al. *Tuſculanæ.*

PROVINCIÆ THRACIÆ ALTERIUS. III. *Erotion, al. Frontion* Philippopolitanus. *Epictetus* Berois. *Sebaſtianus* Beryis.

PROVINCIÆ DIOCLETIANOPOLI RODOPES. IV. *Baſilius* Trajanopolitanus. *Serenus, al. Cærenus* Maximianopolitanus. *Marius, al. Macarius* Aenuntos. *Docimaſius* Marodianus.

PROVINCIÆ ÆMIMONTIS. I. *Jobianus* Demectri.

PROVINCIÆ ILLYRII. VII. *Anaſtaſius* Theſſalonicenſis, *per Quintillum Epiſcopum Heraclienſem. Sozon* Philippenſis. *Maximinus* Senienſis. *Anopatus* Thaſſutanus. *Dardanius* Barlaa. *Nicolaus* Strobienſis, al. Stropienſis. *Euſebius* Deboratanus, al. Doverutanus.

PROVINCIÆ HELLADIÆ. VIII. *Petrus* Corinthi. *Joannes* Meſſenenſis. *Athanaſius* Opontunenſis. *Domnus* Plateonenſis. *Nicetas* Megarenſis. *Ophelimus* Geteas. *Irenicus* Naupactunenſis, al. Naupactuennenſis. *Oneſimus* Alguſanus.

PROVINCIÆ SYRIÆ PRIMÆ. IX. *Maximus* Antiochenus. *Theodiſtus* Berienſis. *Romulus* Chalcedonenſis. *Marius* Onoſatenſis, al. *Maras* Onothatenenſis. *Sabas* Paltibennenſis, al. Paltinenſis. *Uranius* Gabalonienſis. *Macarius* Laodicenſis, *per Euſebium Presbyterum Antiochenum. Gerontius* Seleucenſis. *Petrus* Gabalenſis.

PROVINCIÆ SYRIÆ SECUNDÆ. I. *Domnus* Apamienſis, *per Mellitum Lariſſenſem.*

PROVINCIÆ CILICIÆ PRIMÆ. VIII. *Theodorus* Tarſenſis. *Alexandrus* Sebaſtenſis. *Hypatius* Zephyrenſis. *Chryſippus* Malletanus. *Matronianus* Pompeiopolitanus, *per Theodorum Metropolitanum. Philippus* Adanenſis. *Theodorus* Auguſtennenſis. *Salluſtius* Corycanus, *per Philippum Adanenſem.*

PROVINCIÆ CICILIÆ PRIMÆ. XIX. *Cyrillus* Anazarbenſis. *Joannes* Flaviados. *Julianus* Roſſutanus, al. Roſſitanus. *Baſſanius* Mopſueſtienſis, *per Sophronium Epiſcopum Iſariæ. Baſilius, al. Balius* Seleucienſis. *Theodorus* Claudiopolitanus. *Joannes* Diocæſarienſis. *Epiphanius* Cateſtoroenſis. *Acacius* Antiochenſis, al. Antiochenus. *Leamanditos* Antiochenſis, *per Papam Diaconum. Ammonius* Latapis. *Natalus* Philadelphiæ, al. Philadelphitanus. *Tyrannus* Germanicenſis. *Polichronius* Epiphanen. *Indimus* Hypenopolitanus. *Julianus* Celenderitanus. *Danihelus* Anagnoſti. *Memdreus* Titiopolitanus. *Arlianus* Selinuntonienſis, *per Paulum Subdiaconum.*

PROVINCIÆ PHŒNICES. XIII. *Photinus, al. Photius,* Tyrienſis. *Damianus* Sidonenſis, al. Sinodenſis, ſed malè. *Paulus* Ptolemaidos, al. Ptolemidos. *Olympius* Aratopolitanus. *Thomas* Paneadis. *Euſtathius* Betitropolitanus. *Paraclitus* Arcis. *Porphyrius* Botryopolitanus, *per Seloſium Diaconum, al. Geloſium. Phoſphorus* Sithroſiadenſis, al. Stoſiadennenſis. *Paulus* Prophyreonius. *Petrus* Biblitanus, *per Fotrum Purentanum. Theodorus* Tripolitanus. *Alexandrus* Amparadus.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CHALCEDONENSE.

PROVINCIÆ PHŒNICES LIBANITIDIS, AL. LIBANITES. VII. *Theodorus* Damaſcenus. *Joſeph* Hiliopolitanus. *Valerius* Laodicenſis. *Jordonis*, *al. Jordanis* Arabienſis. *Uranius* Emiſienſis, al. Emiſenus. *Thomæ* Eulreopolitanus. *Euſtathius* Sileſaracenſis, al. Sileſſarecen.

PROVINCIÆ ARABIÆ. XV. *Conſtantinus* Boſtron. *Proclus* Adraonenſis. *Hormiſda* Philippopolitanus. *Auguſtus* Euſratenſis. *Theodoretus* Samoſatenus. *Timotheus* Germanienſis. *Gavianus*, *al Gavinianus* Zeugmatos. *Patritius* Perrenſis. *Eulogius* Philadelphinenſis. *Theodoſius* Canotaſienſis. *Flaccus* Geraſatanus, *per Conſtantinum Boſtroenſem*. *Stephanus* Hieraſpolitanus. *Joannes* Cyropolitanus. *Eultius*, *al. Eioltius* Doliches. *Rufinus* Neocæſarienſis.

PROVINCIÆ OSDROENES. VIII. *Nonnus* Cælabaſedenſis, al. Zelabaſedenſis. *Gavimas* Marcopolitanus. *Habraamus* Caſtrocircon. *Damianus* Callinicopopolitanus. *Joannes* Seracenus, al. Saracenus. *Joannes* Carron. *Danielus* Macedonopolitanus. *Sophronius* Conſtantinopolitanus.

PROVINCIÆ MESOPOTAMIÆ. VI. *Simeon* Amidenſis. *Maras* Azetinenſis, al Ezetinienſis. *Zebennos* Martipolitanus, al. Martiropolitanus. *Gavimas* Inreles. *Euſebius* Suphaninenſis.

PROVINCIÆ PALESTINÆ PRIMÆ. IX. *Juvenalis* Hieroſolymitanus. *Leontius* Aſcalonitanus. *Paulus* Antheodonenſis. *Pancratius* Abiadenſis, al. Ebiadenſis. *Polychronius* Anepatridenſis. *Glycon* Cæſarienſis, *per Zoſimum Epiſcopum Medinenſem*. *Photinus* Dioſpolitanus. *Heraclius* Agathopolitanus. *Stephanus* Iamnienſis.

PROVINCIÆ PALESTINÆ SECUNDÆ. IV. *Severianus* Scythopolitanus. *Zebinus* Pelleſitanus. *Anianus* Capitoliados. *Joannes* Gadarenſis.

PROVINCIÆ PALESTINÆ TERTIÆ. VI. *Burillus* Elienſis. *Muſonius* Zooronenſis. *Nuζ*, *al. Niζ* Tytas. *Aretas* Eluſitanus. *Martianus* Diotanus. *Martianus* Gazes.

PROVINCIÆ PALÆAS, EPIRI. VIII. *Atticus* Nicopolitanus. *Peregrinus* Finicenus. *Claudius* Aſchiamienſis. *Philoθeras*, *al. Fidecios* Dodonenſis. *Joannes* Bruticenſis. *Marcus* Eurias. *Eutychius* Adrianopolitanus. *Sotericus* Cercyras Nesbytanus.

PROVINCIÆ METROPOLI, EPIRI. IV. *Zenobius* Boſtroenſis. *Euſebius* Apollonienſis. *Lucas* Doracienſis. *Petrus* Ethinienſis.

PROVINCIÆ THESSALIÆ. I. *Conſtantinus* Demetriados.

PROVINCIÆ CRETÆ. V. *Martyrius* Groginenſis. *Cyrillus* Subretanus. *Demetrius* Lauperſis, al. Lupenſis. *Gennadius* Enoſitanus. *Eufratos*, *al Eufrates* Eleutherienſis.

PROVINCIÆ

PROVINCIÆ BITHYNIÆ PONTICÆ. V. *Eunomius* Nicomedenſis. *Anaſtaſius* Nicæas. *Julianus* Cous, *al. à Co*, & *Presbyter Archiepiſcopi Leontis*. *Eleutherius* Chalcidos. *Callinicus* Apamenus.

PROVINCIÆ GALATIÆ PRIMÆ. VII. *Euſebius* Ancyranus, al. Anquiranus. *Julianus* Tabianus. *Hyperetius* Aſponotanien. *Leucadius* Mnizutanus. *Meliſtoggus* Juliopolitanus. *Acacius* Cynnitanus. *Euphraſius* Galatinenſis.

PROVINCIÆ GALATIÆ SECUNDÆ. VII. *Theoctiſtus* Peſinuntos, *per Fotium Archidiaconum, al. per Foratium*. *Elpidius* Myricenontermis. *Aquila* Eudoxiados. *Pius* Peteniſſen. *Myſteros* Amorii. *Cyriacus* Trocinaten. *Longinus* Orciſſu.

PROVINCIÆ CAPPADOCIÆ PRIMÆ. III. *Gelaſius*, *al. Thalaſſius* Cæſarienſis. *Muſonius* Nyſſenus. *Firminus* Thermis.

PROVINCIÆ CAPPADOCIÆ SECUNDÆ. IV. *Patritius* Tyanenſis. *Ariſtomachus* Colonen. *Theodoſius* Nanziazenſis. *Cyrus* Cybiſtronenſis.

PROVINCIÆ ARMENIÆ PRIMÆ. III. *Joannes* Sebaſtenſis. *Joannes* Nicopolitanus. *Cecropius* Sebaſtianopolitanus.

PROVINCIÆ ARMENIÆ SECUNDÆ. IV. *Conſtantinus* Melitinen. *Adonius* Craviſſu, *per Lothium Presbyterum*. *Joannes* Arcis, al. Argis, *per Euphronium Presbyterum*. *Acacius* Arimantheus.

PROVINCIÆ PONTI POLEMONIACI. IV. *Dorotheus* Neoceſarienſis, *per Photininum Diaconum*. *Joannes* Polemoniacus. *Atarbius* Trapezuntos. *Gratiadus* Ceruſſunthetus, al. Ceſarunthes.

PROVINCIÆ HELLESPONTI. VI. *Seleucius* Amaſenus, al. Amarenus. *Anthonius* Amiſſenus, *per Olympium Diaconum*. *Paralios* Andraponem, *per Elpidium Presbyterum*. *Uranius* Iboren, *per Paulum Presbyterum*. *Atticus* Zenonen, al. Zelonen. *Antiochus* Synopenus.

PROVINCIÆ PAPHLAGONIÆ. V. *Petrus* Gagrotanus. *Renas* Lolliopolitanus. *Theodorus* Soronen. *Æthericus* Pompeiopolitanus, *per Epiphanium Presbyterum*. *Polichronius* Dedirenenſis, al. Dadiren.

PROVINCIÆ [a] NONORIADOS, AL. HONORIADOS. VI. *Calegorus* Claudiopolitanus. *Apragmonius* Tuitanus. *Genethlius* Erantenſis, *per Eulogium Presbyterum*. *Olympius* Pruſiadenſis, *per Modeſtum Presbyterum*. *Theodorus*. Heraclenſis. *Theophilus* Adrianopolitanus, *per Pelagium Presbyterum*.

PROVINCIÆ HELLESPONTI ANIANÆ. XI. *Diogenus* Gyzicunctos. *Thalaſſius* Pari. *Eulalius* Pionienſis. *Stephanus* Pimanen. *Hermas* Abydenſis. *Patritius* Adrianopolitanus. *Petrus* Dardanenſis. *David* Adrianenſis. *Pionius* Troadenſis. *Theuſebius* Ilii. *Daniel* Lampſacenus.

(a) *Nonoriados*) Al. *Horcados*.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CHALCEDONENSE.

PROVINCIÆ ASIÆ. XX. *Stephanus* Epheſinus. *Thomas* Æliocomenus, & Valentinianipolitanus. *Euſebius* Clazomenus. *Mamas* Animetu. *Quintus* Phocenſis. *Baſilicus* Paleaſpolitanus. *Philippus* Neaſſiletanus. *Olympius* Evazotanus. *Heſperus* Epitanenſis. *Neonius* Nyſſenus. *Marcellinus* Metropolitanus. *Æthericus* Smyrnenſis. *Cyriacus* Etles, al. Edes, al. Adles. *Leontius* Magneſiæ majoris. *Proclus* Aloſizenus. *Rufinus*, *al. Runus* Briulonitanus. *Heſaias* Eleas. *Petronius* Myrineus. *Paulinus* Perronotanus, al. Perperonotanus. *Julianus* Hypepotanus.

PROVINCIÆ LYDIÆ. XIII. *Florentius* Sardeonenſis. *Patritius* Craſſenſis. *Paulus* Tripolitanus. *Conſinios* Hierocæſarienſis. *Andreas* Saialenus. *Gemellus* Stratonicenſis. *Leucius* Appolloſieru. *Menecrates* Coraſenſis. *Polycarpus* Gabalenſis. *Helias* Vendotanus. *Amaxios* Selgon, al. Zelgon. *Dionyſius* Attanen. *Altimedos* Euladen.

PROVINCIÆ PAMPHYLIÆ. VIII. *Epiphanius* Pergenſis. *Neon* Soniſu, al. Siniſu. *Diodorus* Lyſanienſis. *Marcellinus* Iſindonen. *Maras* Codroylonenſis, al. Godroyionen. *Theophilus* Adriaſſu. *Paulus* Poglonenſis. *Macedon* Magidonenſis.

PROVINCIÆ PAMPHYLIÆ ALTERIUS. XXII. *Amphilotius* Sideuſis. *Eudoxius* Ellelonen. *Euſebius* Cottinen. *Romanus* Myrren. *Eudoxius* Comaten. *Cyrinus* Pataren. *Zenodotus* Telmiſu. *Philippus* Barbaren. *Leontius* Araxenus. *Cratinus* Panormitanus. *Nicollus*, Acraſſutanus. *Gaius* Suedronen. *Martianus* Corallen. *Obremus* Caraceſien. *Ariſtoclitus* Olymponen. *Palladius* Capitalen. *Stephanus* Lymmiren. *Cronton* Paſitidonen, al. Paſittonen. *Theodorus* Antipollenus. *Antipatros* Caumenus. *Andreas* Ptolecotanus. *Romanus* Bobonen.

PROVINCIÆ LYCAONIÆ. VIII. *Oneſiphorus* Iconen. *Paulus* Derben. *Eugenius* Canon. *Tyrannus* Imadanen. *Neoptolemus* Cronen. *Plutarchus* Lyſtron. *Rufus* Sides. *Aſcholias* Lalanden, al. Ladanden.

PROVINCIÆ PISIDIÆ. XVI. *Pergamiu* Antiochenus. *Paulus* Philomeden. *Theoctiſtus* Tyreu. *Cyrus* Sinianden. *Alexander* Seleucen. *Eutropius* Adadonen. *Longinus* Apamenus. *Eorticius* Metropolitanus. *Libanius* Pallatonen. *Olympius* Sozopolitanus. *Photianus* Salagaſutanus. *Barrones*, *al. Baſſones* Neaſpolitanus. *Florentinus* Adrianopolitanus. *Maximinus* Zozilonenſis. *Meſſalinus* Laodicenſis. *Muſonius* Limenen.

PROVINCIÆ (a) CARIÆ. XIII. *Cretonianus* Aphrodiſius, al. Aphrodius. *Dionyſius* Antiochenus. *Placalus* Jaſſi. *Dionyſius* Latomenus. *Eupithius* Stratonicenſis. *Tichanius* Apollonenſis. *Joannes* Enidienſis. *Joannes* Alyſtronenſis. *Panias* Eriſtonenſis, al. Ariſtodonenſis. *Menandros* Heracleus. *Joannes* Amazonenſis. *Theodoretus* Alabadenſis. *Calandion* Halicarnaſſen, *per Paulinum, al. Publianum, Preſbyterum.*

PROVINCIÆ PHRYGIÆ SALUTARIS. XII. *Marianus* Sinaden. *Euſebius* Dorilei. *Mocimus, al. Mozimus* Epſu. *Philippus* Lyciados. *Abirtius* Hieropolitanus. *Euſtochius* Docimii. *Aquila* Auroclenus. *Myros* Bilanden, al. Bilandrenſis. *Epiphanius* Mardagenſis. *Cyriacus* Eucarpen. *Baſilius* Nicolien. *Strategius* Polibatenſis.

PROVINCIÆ PHRYGIÆ PACATIANÆ. XIII. *Nunechius* Laociaſtrimitarias. *Modeſtus* Sebaſten. *Eulalius* Fibrienſis, al. Sibrienſis. *Matthias* Themeſen. *Charis* Dionyſopolitanus. *Thomas* Theodoſiopolitanus. *Joannes* Trapezuntinus. *Gennadius* Moſinen. *Danielus* Cadonen. *Paulus* Ariſten. *Gennadius* Acmonen. *Philippus* Agiraſſiden. *Evandros* Diocleæ.

PROVINCIÆ JONNESON. IV. *Joannes* Rhodi. *Euphrotius* Chii. *Florentius* Mitylenen. *Batrachus* Naxen.

PROVINCIÆ CYPRI. VII. *Olympius* Conſtantien. *per Didymum Epiſcopum Lapiten. Epaphroditus* Camaſſen. *Soteras* Theodoſianen. *Proeuchius* Archenoen, al. Arcenoen. *Photinus* Cytrenus. *Eliodorus* Amathuntos. *Didymus* Lapitenſis, al. Lapidenſis.

PROVINCIÆ APHRICÆ. II. *Valetianus* Baſſianen. *Valerianus* (b) Apher.

Explicit ſanctum (c) *Chalcedonenſe Concilium.*

EX VETUSTISSIMO CODICE.

Pontificum veneranda cohors pro dogmate vero
Conveniens, ſancto indubie ſpiramine plena
Liminibus ſacris præfixit jura ſalutis.

(a) *Carìæ*] Al. *Caſariæ.*

(b) *Apher*] *Afrus.*

(c) *Chalcedonenſe Concilium.*] Atque hic Græcorum Canonum finis.

CONCILIUM SARDICENSE.

Tituli Canonum (a) Sardicenſis Concilii, numero XXI.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM SARDICENSE.

1 DE Epiſcopis etiam laïcâ communione privandis, qui civitates mutaverint.
2 Item, de iiſdem Epiſcopis, ut ſi per ambitionem ſedem mutaverint, nec in exitu communionem laïcam conſequantur.
3 Ut inter diſcordes Epiſcopos comprovinciales Antiſtites audiant: quòd ſi damnatus appellaverit Romanum Pontificem, id obſervandum, quòd ipſe cenſuerit.
4 Ut nullus accuſati ſedem uſurpet Epiſcopi.
5 Quando quis debeat à vicinis Provinciæ Epiſcopis ordinari.
6 De non ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas civitates.
7 De Provinciali Synodo retractanda per Vicarios Epiſcopi urbis Romæ, ſi ipſe decreverit.
8 Quando, & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debeant.
9 De Diaconis ad comitatum dirigendis.
10 Quòd ad comitatum pro pupillis, & viduis, ac neceſſitatem patientibus ſit eundum.
11 Ut qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum, ſollicitè diſcutiant.
12 De his qui ignorant quid ſit in Synodo conſtitutum.
13 De Laïcis non temerè faciendis Epiſcopis.
14 Quàm diu Epiſcopus in aliena civitate remoretur.
15 Non liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe.
16 De Clericis à communione ſummotis, ab alio non recipiendis Epiſcopo.
17 De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis.
18 De non ſollicitandis Clericis alienis.
19 De non ordinandis Clericis alienis, ſine ſui conſenſu Epiſcopi.
20 De Presbyteris, & Diaconis, qui Theſſalonicam veniunt, quantùm temporis ibi reſideant.
21 De ſuſcipiendis his qui perſequutionem patiuntur.

(a) Flavio Rufino & Flavio Euſebio Conſſ. ann. Chriſt. CCCXLVII.

(a) PRÆFATIO EX TERTIO CODICE ANTIQUO.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM SARDICENSE.

SUNT etiam regulæ Eccleſiaſticæ, quæ in Aphricanis regionibus frequentiſſimo Synodali Concilio conſcriptæ ſunt, quæ quoniam multipliciter, & diverſis modis inveniuntur: ſi ad manus cujuſcunque Catholicorum venerint, ſalvâ & incolumi fide Catholicâ, quæ apud Nicæam Bithyniæ à CCCXVIII. *Patribus expoſita eſt, & poſtea iterum in urbe Roma de Spiritu ſancto ab Epiſcopis Catholicis ſalubriter adjecta eſt, ſi quid in his rationabile repererit, quod tamen à ſancta atque Apoſtolica Eccleſia Romana non diſcrepet, ſequi debebit.*

Has XL. regulas non habemus, ſed potius Apocryphas exiſtimamus.

Præterea ſunt aliæ XL *regulæ quæ per Oſium Epiſcopum Cordubenſium currunt, quæ titulantur tanquam* XX *Epiſcoporum apud Sardicam, quæ tamen non apud Græcos, ſed apud Latinos magis inveniuntur. Sed quoniam de Oſii perſona mentio facta eſt, neceſſariè omnibus Catholicis intimandum eſt, hunc eundem apud Nicæam Bithyniæ inter ſanctiſſimos* CCCXVIII *Patres fuiſſe honorabilem, atque ab Apoſtolica ſede cum Victore & Joventio Presbyteris deſtinatum, quique in Hiſpaniis uſque ad tempus Conſtantii, Principis in corpore manſit. Nam memoratus Conſtantius, ſicut vir eruditiſſimus (b) Sulpitius Severus in Chronicis ſuis refert, qui diligenti curâ complectens noſtræ memoriæ dereliquit apud Ariminum Italiæ numeroſam utriuſque orbis Synodum Epiſcopalem collegit, & adverſus fidem Catholicam, vel* CCCXVIII *Patrum definitionem Arii cupiens venena revolvere, Eccleſiam Dei tyrannicâ uſurpatione turbavit. Denique coacti, vel metu Principis, vel Tauri Præfecti præſentia, cui executio taliter fuerat delegata, ut ſi major pars Concilii in Arianorum perfidia conſentiret, ipſe Conſulatûs inſignia mereretur: penè omnes, qui ibidem fuerunt, Epiſcopi ſubſcripſerunt. Sed poſtea iterum divino inſpirante præſidio quamplurimi agentes pœnitentiam, datis quoque libellis ad ſanctam Eccleſiam, de qua plus neceſſitate quàm voluntate diſceſſerant, redierunt. Unde & in æternum ab omnibus Catholicis Ariminenſe Concilium rectè dicitur anathema, quod ſi quis dicere neglexerit, Catholicus non eſt. Hunc ergo Oſium, ſicut prædictus Sulpitius refert, in longa Synodi diſceptatione, quoniam, ut ſupra memoratum eſt, adhuc Conſtantii temporibus erat in corpore: placuit miſſâ Epiſcopali legatione debere perquiri, utrum in ſancta & venerabili Nicæna congregatione, in qua præſens fuerat, (c) Homuſion, ſicut nos Catholici rectè confitemur, unius cum*

Hic enim non XX ſed LX Epiſcoporum habemus Canones XXI, de quibus in Decretis. Diſt. 16. c. Prima annotatio. Ariminenſe Concilium.

Oſius.

(a) *Præfatio*] Non eſt ea in vetuſtiſſimo Codice Belvacenſi, ſed nec in editione Dionyſii Exigui.

(b) *Sulpitius Severus in Chronicis ſuis refert*] Lib. 2. Sacr. Hiſtor.

(c) *Homuſion*] V. C. Homiuſion.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM SARDICENSE.

Patre ſubſtantiæ Filium : an certè, ſicut Ariani obtendunt, Homuſion, quod eſt ſimilis cum Patre ſubſtantiæ •*Filium* CCCXVIII *Patres noſtri confiteri decreviſſent, qui ſive per longam ætatem deſipiens, ſive certè pro aſſentatione Principis hujuſmodi rationem reddidiſſe perhibetur. Utramque partem rectè intendere, quæ confeſſa fuerit, ſive Homuſion, ſive Homoeuſion, cujus ſententia, quoniam ita ſtultè prolata eſt, ab omnibus Catholicis, etiam ab Arianis uno ore irriſa, atque refutata eſt. Denique in civitate Corduba, in qua Epiſcopatum tenuit, poſt hanc conſultationem, ſive reſponſum nomen ejus inter Catholicos Epiſcopos anteceſſores vel deceſſores ejus minimè recitatur.* (a) *Sunt hæ regulæ, quæ perſæpe dictum Oſium, &* XX *Epiſcopos currunt ſalvâ & incolumini fide Catholicâ, quæ apud eandem Nicæam Bithyniæ à* CCCXVIII *Patribus expoſita eſt, & poſtea iterum in urbe Roma de Spiritu ſancto à Catholicis Epiſcopis ſalubriter adjectum eſt. Si quid in his rationabile qui legit, repererit, quod tamen à ſancta atque Apoſtolica Romana Eccleſia non diſcrepet, ſequi debebit.*

(b) *Incipiunt Canones Sardicenſis Concilii, numero XXI.*

De Epiſcopis etiam laïcâ communione privandis, qui civitates mutaverunt.

CAP. I. Oſius Epiſcopus dixit. Non minùs mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela, funditus eradicanda eſt: ne cui liceat Epiſcopo, de civitate ſua ad aliam tranſire civitatem. Maniſeſta eſt enim cauſa, quâ hoc

(a) *Sunt hæ regulæ*] V. C. Sunt & hæ regulæ.

(b) Zoſimus, Epiſt. ad African. Bonifacius, Celeſtinus. In veteri exemplari notatum eſt, hos Canones à quibuſdam pro Nicænis accipi. n. f. Phot. 308. Vetus exemplar Foſſat. *Incipiunt Canones Nicæni ſivè Sardicenſis ab Epiſcopis* XXV. Ut non ſine colore Photius cum Eccleſia ſua CP. ſe neque Sardicenſe Concilium neque Decreta Pontificum Romanorum habere dixerit, quemadmodum Nicolaus I, in Epiſt. . . Nam nec Auguſtinus & Carthaginenſis Concilii VI Patres videntur aliud Sardicenſe agnoviſſe quàm illud hæreticum, alioquin, quòd recitabatur ex commonitorio Zozimi PP. tanquam Nicæni Concilii, facilè illi & agnoviſſent & dixiſſent eſſe Sardicenſis; nam eſt & Sardicenſe Concilium Arianorum, contractum contra Athanaſium, ut ſanctus Auguſtinus admonet, lib. 3 contra Creſconium Grammaticum, cap. 54, & lib. 4, cap. 44, non . . . . . Sardicenſe niſi Conciliabulum Arianorum quod ſibi penè impoſuiſſe ſcribit, Epiſt. 163. Vid. Sozomen. lib. 3, cap. 10 & 11. Convenit autem cum Dionyſii Exigui editione, maxima ex parte. Latinè verò edita Sardicenſis Concilii Decreta. Idem Dionyſius teſtatur in Epiſtola ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum . . . . Sardica Illyriæ civitas fuit Daciæ Metropolis Ptolom. Theodoret. lib. 2, c. 4, de Sardicenſi Concilio. Theodorit. lib. 2, cap. 7 & ſeq. Socrat. lib. 2, c. . . Sozom. lib. 3, c. 10 & ſeq. lib. 4, c. 18. Nicephor. lib. 9, c. 12 & 13. Auguſtin. Epiſt 163 & lib. 3, c. 4 contr. Creſcon. Ivo, part. 4. Decret. 80. Sever. Sulpit. lib. 2, Hiſt. Sacr. 155, Meminit & hujus Synodi CP. in Trullo, itemque Nicænæ II, quæ & ſeptima. Sed & Synodus Carthaginenſis ſub Grato, cap. 4. Athanaſius, Apologiâ 2, & in Epiſtola ad Solitarios. Hilarius, lib. de Synod. adverſùs Arianos, recitat & explicat Symbolum Fidei in Sardica expoſitum.

facere tentat: cùm nullus in hac re inventus ſit Epiſcopus, qui de majore civitate ad minorem tranſiret. Unde apparet, avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſervire, & ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujuſmodi pernicies ſæviùs, & auſteriùs vindicetur, ut nec laïcam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt univerſi, placet.

*Item, de iiſdem Epiſcopis, ut ſi per ambitionem ſedem mutaverint, nec in * exitu communionem, ſaltèm laïcam, conſequantur.*

Al. *exitum.

CAP. II. Oſius Epiſcopus dixit. Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, ut fortaſſis talem excuſationem afferens adſeveret, quòd populi litteras acceperit, cùm manifeſtum ſit potuiſſe plures præmio, & mercede corrumpi eos, qui ſinceram fidem non habent: ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum, omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror: ita ut nec laïcam in fine communionem talis accipiat. Si verò omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, placet.

Ut inter diſcordes Epiſcopos comprovinciales Antiſtites audiant; quòd ſi damnatus appellaverit Romanum Pontificem, id obſervandum, quod ipſe cenſuerit.

CAP. III. Oſius (a) Epiſcopus dixit. Illud quoque neceſſariò adjiciendum eſt, ut Epiſcopi de ſua Provincia ad aliam Provinciam, in qua non ſunt Epiſcopi, non tranſeant: niſi fortè à fratribus ſuis invitati, ne videamur januam claudere charitatis. Quòd ſi in aliqua Provincia aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit: unus de duobus ex alia Provincia advocet Epiſcopum cognitorem. Quòd ſi aliquis Epiſcopus judicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere: ut iterum Concilium renovetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, ut ſcribatur ab his, qui cauſam examinârunt, Julio Romano Epiſcopo; & ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renovetur, & det Judices; ſi autem probaverit talem cauſam eſſe, ut non refricentur ea, quæ acta ſunt, quæ decreverit confirmata erunt: ſi hoc omnibus placet. Synodus reſpondit, placet.

6. q. 4. c. ſi.

Ut nullus accuſati ſedem uſurpet Epiſcopi.

CAP. IV. Gaudentius Epiſcopus dixit. Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate * protuliſti: ut cùm aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in urbe Roma, alter Epiſcopus in ejus cathedra poſt

Al.* *Protuliſtis.*

(a) *Oſius Epiſcopus dixit. Illud quoque, &c.*] Zoſimus, epiſt. ad Afric. refert, tacito Sardicenſis nomine, ex Nicæno Concilio.

CODEX CANONUM.

appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata.

CONCILIUM SARDICENSE.

Quando quis debeat à vicinis Provinciæ Episcopis ordinari.

Dist. 95. si unus tantum.

CAP. V. Osius Episcopus dixit. Si contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, unum fortè remanere Episcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi convenerint, Episcopi vicinæ Provinciæ debent illum priùs convenire Episcopum, qui in ea provincia moratur, & ostendere, quòd populi petant sibi Rectorem, & hoc justum est, ut & ipsi veniant, & cum ipso ordinent Episcopum. Quòd si conventus litteris tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicina Provincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

De non ordinandis Episcopis per vicos & modicas civitates.

CAP. VI. Licentia verò danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui sufficit unus Presbyter, quia non est necesse ibi Episcopum fieri, nè vilescat nomen Episcopi, & authoritas. Non debent illi ex alia Provincia invitati facere Episcopum: nisi aut in his civitatibus, quæ Episcopos habuerunt, aut si qua talis, aut tam populosa est civitas, quæ meretur habere Episcopum. Si hoc omnibus placet. Synodus respondit placet.

De provinciali Synodo retractanda per Vicarios Episcopi urbis Romæ, si ipse decreverit.

CAP. VII. Osius (a) Episcopus dixit. Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecerint: si appellaverit, qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri; si justum putaverit, ut renovetur judicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis definiant: quòd si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione suâ moverit Episcopum Romanum, ut è latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes ejus authoritatem, à quo destinati sunt: erit in suo arbitrio: si verò crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quòd sapientissimo consilio judicaverit.

2. q. 6. si quis Episcopus

Quando, & in quibus causis Episcopi ad comitatum ire debeant.

CAP. VIII. Osius Episcopus dixit. Importunitates & nimia frequentia, & injustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam: dum quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi, & maximè Aphri,

(a) *Osius Episcopus dixit. Placuit autem, &c.*] Vide Epistolas Concilii Carthaginensis. In VI.

qui

qui, ſicut cognovimus, ſanctiſſimi fratris, (a) & Coepiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt, atque contemnunt, ut non ſolùm ad comitatum multas, & diverſas, Eccleſiæ non profuturas, perſerant cauſas, ut fieri ſolet, aut oportet, aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubveniatur : ſed & dignitates ſæculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulant. Hæc itaque pravitas olim non ſolùm murmurationes, ſed & ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem, ut Epiſcopi interceſſionem his præſtent, qui iniquâ vi opprimuntur, aut ſi vidua affligatur, aut pupillus expolietur : ſi tamen iſthæc nomina juſtam habeant cauſam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres chariſſimi, placet, decernite : nè Epiſcopi ad comitatum accedant, niſi fortè hi, qui religioſi Imperatoris litteris vel invitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, ut ad miſericordiam Eccleſiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio, vel inſulis damnantur, aut certè quamcumque ſententiam ſuſcipiunt, ſubveniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, ſi vobis placet. Univerſi dixerunt, Placet & conſtituatur.

23. q. 8. *Si vobis fratres.*

De Diaconis ad comitatum dirigendis.

CAP. IX. Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque providentia veſtra tractare debet, qui decreviſtis, nè Epiſcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo, quales ſuperiùs memoravimus, preces habuerint, vel acceperint, per Diaconum ſuum mittant, quia perſona miniſtri invidioſa non eſt, & quæ impetraverit, celeriùs poterit referre, & hoc conſequens eſſe videtur, ut de qualibet provincia Epiſcopi ad eum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum preces mittant, qui in Metropoli conſiſtit : ut illi & Diaconum ejus, & ſupplicationes deſtinet tribuens commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres, & Coepiſcopos noſtros, qui in illo tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus felix & beatus Auguſtus rem publicam gubernat. Si verò habet Epiſcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid, quod tamen honeſtum eſt impetrare, non prohibetur per Diaconum ſuum rogare, ac ſignificare his quos ſcit benignâ interceſſione ſibi abſenti poſſe præſtare.

Quòd ad comitatum pro pupillis & viduis, ac neceſſitatem patientibus ſit eundum.

CAP. X. * Si verò Romam venerint, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri, & Coepiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habent, tradant : ut & ipſe priùs examinet, ſi honeſtæ, & juſtæ ſunt, & præſtet diligentiam, atque ſollicitudinem, ut ad comitatum

Al. *Qui.*

(a) *Et Coepiſcopi noſtri Grati*] Carthag. 1.

CODEX CANONUM. *CONCILIUM SARDICENSE.*

petſcrantur. Univerſi dixerunt placere ſibi, & honeſtum eſſe conſilium. Alipius Epiſcopus dixit: Si propter pupillos, & viduas, vel labotantes, qui cauſas iniquas habent, ſuſceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis; nunc verò cùm ea poſtulent præcipuè, quæ ſine invidia hominum, & ſine reprehenſione eſſe non poſſunt, non neceſſe eſt ire ad comitatum.

Ut qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſollicitè diſcutiant.

CAP. XI. Gaudentius Epiſcopus dixit: Ea quæ ſalubriter præmonuiſtis, convenientia, & æſtimatione omnium & Deo placitura, & hominibus, tenere hanc firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententiæ conjungatur. Scimus enim, & ipſi ſæpiſſime propter paucorum impudentiam religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus volucrit ambitioni magis placere, quàm Deo: is debet ſcire, cauſis redditis, honorem, dignitatemque ſe amiſſurum: quod ita demum compleri poterit, ſi unuſquiſque noſtrûm, qui in canali conſtitutus eſt, cùm progredientem Epiſcopum viderit, inquirat tranſitum ejus, cauſas videat, quò tendat agnoſcat, & ſiquidem eum invenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod ſupetiùs comprehenſum eſt: * nè ſortè invitatus eſt, ut ei facultas eundi permittatur. Si verò, ut ſuperiùs memoravit ſanctitas veſtra, propter deſidetia, & ambitiones ad comitatum pergat, neque in litteris ejus * ſcribatur, neque in communione recipiatur. Si vobis placet, omnium ſententia confirmari debet. Univerſi dixetunt honeſtum eſſe, & placere ſibi hanc conſtitutionem.

Al.* *Niſi.*

Al. * *Subſcribatur.*

De his qui ignorant quid ſit in Synodo conſtitutum.

CAP. XII. Oſius Epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſaria eſt, dilectiſſimi fratres, nè ſubitò adhuc aliqui neſcientes quid decretum ſit in Synodo, veniant ad civitates eas, quæ in canali ſunt. Debet ergo Epiſcopus civitatis ipſius admonere eum, & inſtruere, & ex eo loco, Diaconum ſuum mittat, admonitus ipſe tamen redeat in * Parochiam ſuam.

Al.* *Paroeciam.*

De Laïcis non temerè faciendis Epiſcopis.

CAP. XIII. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, ut diligentiſſimè tractetis, ſi fortè, aut dives aut ſcholaſticus de foto aut ex adminiſtratore Epiſcopus fuerit poſtulatus, ut non priùs ordinetur, niſi ante, & Lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus; & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen Epiſcopatûs. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixum tempus, probari, quâ fide ſit, quâ modeſtiâ, quâ gravitate, & verecundiâ. Et ſi

Diſt. 61. c. Oſius Epiſcopus.

Digitized by Google

dignus fuerit probatus, divino ſacerdotio illuſtretur, quia conveniens non eſt, nec ratio, vel diſciplina patitur, ut temerè & leviter ordinetur, aut Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui Neophytus eſt. Maximè cùm & 1. *Timoth. 3.* Magiſter gentium, beatus Apoſtolus, nè hoc fieret denunciâſſe, & prohibuiſſe videatur. Sed hi, quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprôbata.

Quandiu Epiſcopus in alia civitate moretur.

CAP. XIV. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc quoque ſtatuere debetis, ut ex alia civitate cùm venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia ſua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quàm devotioni ſerviens, voluerit in aliena civitate multo tempore reſidere. Fortè enim evenit Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tàm doctum. Is verò, qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, ut dehoneſtet, & infirmet illius perſonam: ita ut ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi Epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt: hoc ergo nè fiat, providendum eſt. Memini autem ſuperiore Concilio fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis Laïcus in ea, in qua commoratur civitate, tres dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas, non celebrâſſet conventum, communione privaretur. Si hæc circa Laïcos conſtituta ſunt, multò magis Epiſcopo nec licet, nec decet: ſi nulla ſit tam gravis neceſſitas, quæ detineat: ut ampliùs à ſupra ſcripto tempore abſens ſit ab Eccleſia ſua. Univerſi dixerunt placere ſibi.

Ne liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadis abeſſe.

CAP. XV. Oſius Epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres, & Coepiſcopi noſtri, qui non eam civitatem poſſident, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè quòd parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, ut accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant, vel ordinent fructum laboris ſui: ut poſt tres dominicos dies, id eſt, in ſuis potiùs fundis morentur. Aut ſi eſt proxima civitas, in qua eſt Preſbyter, nè ſine Eccleſia videatur facere diem dominicum, illuc accedat: ut neque res domeſticæ per abſentiam ejus detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad civitatem, in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem jactantiæ & ambitionis evadat. Univerſi dixerunt placere ſibi.

De Clericis à communione ſummotis, ab alio non recipiendis Epiſcopo.

CAP. XVI. Oſius Epiſcopus

CODEX CANONUM. CONCILIUM SARDICENSE.

dixit : Hoc quoque omnibus placet, ut ſive Diaconus, ſive Preſbyter, ſive quis Clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit privatus, & ad alterum perrexerit Epiſcopum, & ſcierit ad quem confugit, eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat: quod ſi fecerit, ſciat ſe convocatis Epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Univerſi dixerunt: Hoc ſtatutum & pacem ſervabit, & concordiam cuſtodiet.

De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis.

11. q. 3. *Si Epiſcopus forte.*

CAP. XVII. Oſius Epiſcopus dixit: (a) Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Epiſcopus, qui ſortè iracundus, (quod eſſe non debet) citò, & aſperè commovetur adversùs Presbyterum, ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, nè innocens damnetur, aut perdat communionem, & ideo habeat poteſtatem is, qui abjectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa ejus audiatur, ac diligentiùs tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti, & ille Epiſcopus, qui juſtè, aut injuſtè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur: ut vel probetur ſententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum, qui Al. * *fuerat* * fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere ut eum communione ſociet. Hi verò, qui conveniunt ad audiendum, ſi viderint Clericorum eſſe faſtidium, & ſuperbiam, quia jam non decet ut Epiſcopus injuriam, vel contumeliam patiatur, ſeverioribus eos verbis caſtigent, ut obediant honeſta præcipienti Epiſcopo, qui ſicut ille Clericis ſincerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque viciſſim miniſtri inſucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

De non ſollicitandis Clericis alienis.

CAP. XVIII. Januarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, ut nulli Epiſcopi civitatis miniſtrum Eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Univerſi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, & ideo prohibet omnium ſententia, nè quis hoc facere audeat. *Diſt. 71. Illud quoque.*

De non ordinandis Clericis alienis, ſine ſui conſenſu Epiſcopi.

CAP. XIX. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc univerſi conſtituimus, ut quicumque ex alia Parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius, & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio ejus. Quicumque autem hoc uſurpaverit, à fratribus, & Coepiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi.

(a) *Quod me adhuc movet*] Vide in Concil. Carthagin. v 2.

Digitized by Google

De Presbyteris, & Diaconis, qui Theſſalonicam veniunt, quantùm temporis ibi reſideant.

CAP. XX. Aetius Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium civitas; ſæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus Presbyteri, & Diaconi, & non ſunt contenti brevi tempore morari, & aut reſident ibi, & aut certè vix poſt longa ſpatia, ad ſua redire coguntur. Univerſi dixerunt: Ea tempora, quæ conſtituta ſunt circa Epiſcopos, & circa has perſonas obſervari debent.

De ſuſcipiendis his, qui perſecutionem patiuntur.

CAP. XXI. Oſius Epiſcopus dixit: Suggerente fratre & Coepiſcopo noſtro Olympio, etiam hoc placuit, ut ſi aliquis vim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus, pro diſciplina, & catholica confeſſione, vel pro defenſione veritatis, effugiens pericula, innocens, & devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur inmorari, quandiu, aut redire poſſit, aut injuria ejus remedium acceperit: quia durum eſt eum, qui perſecutionem patitur, non recipi; etiam & larga benevolentia, & humanitas ei eſt exhibenda. Omnis Synodus dixit: Univerſa quæ conſtituta ſunt, Catholica Eccleſia, in univerſo orbe diffuſa, cuſtodiet.

ET SUBSCRIPSERUNT QUI CONVENERANT.

Oſius (a) ab Spania, Cordubenſis. (b) *Vincentius* de Capua, *legatus* (c) *ſanctæ Eccleſiæ* (d) *Romanæ*, ab Spadoniis. *Florentinus* de Emerita. *Coſtus* ab Spaniis, de Cæſarauguſta. *Maximus* à Tuſcia. *Porphyrius* à Macedonia, de Philippis. *Eutherius* à Procia, de Candos. *Moyſtus* à Theſſalia, de Thebis. *Dioſcorus* de Thracia, à Thracia. *Lucius* de Thracia, de Caniopoli. *Evangrius* à Macedonia, de Heraclianopoli. *Soſymus* à Bacacia, de Ligmedo. *Diodorus* ab Aſia, de Tenedo. *Ætius* à Macedonia, de Theſſalonica. *Perigorius* à Dardania, de Scupis. *Athanaſius* Alexandriæ. *Jonas* à Macedonia, de Parteeopoli. *Macedonius* à Dardania, de Ulpianis. *Fortunatianus* Aquilegienſis. *Heliodorus* de Nicopoli. *Arius* à Palæſtina. *Chocras* ab Achaia. *Stercoreus* de Canuſia. *Martyrius* ab Achaia, de Neapoli. *Severus* Ravennenſis. *Protaſius* Mediola-

(a) *Ab Spania*] V. C. *Anianus ab Spania de Caſtalona.*

(b) *Vincentius*] V. C. Add. *Januarius de Benevento, Legatus Eccleſiæ S S. Calipodius Neapolitanus, Legatus Eccleſiæ S S. Florentinus ab Spaniis, de Emerita. . . . Domitianus ab Sp. de Aſturica. Caſtris ab Span. de Cæſarea Aug. Prætextatus ab Span. de Barcilona. Maximus à Tuſcia.*

(c) *Sanctæ Eccleſiæ*] Vet. Cod. Belvac. *Sanctæ Mariæ.*

(d) *Romanæ ab Spadoniis*] Del. *Ab Spadoniis.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM SARDICENSE.

nensis. *Veriſſimus* à Gallia, de Lugduno. *Palladius* à Macedonia, de Dio. *Alexander* ab Achaia, de Ceporiſma. *Tihuis* ab Aſia, de Metonis. *Anianus* ab Spania, (a) de Ceſſalona. *Caripodius* (b) Depolitanus, *legatus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ*. *Domitianus* (c) ab Spadoniis, de Aſtutica. *Prætextatus* ab Spanis, de (d) Barcilona. *Baſſus* à Macedonia, de Diocletianopoli. *Marcellus* à Macedonia, de Ancyra. *Aſclepius* ab Achaia, de Serdica, al. de Palæſtina, de Gaza. *Protogenes* à Theſſalia, al. ab Achaia, de Serdica. *Hymenæus* à Theſſalia Separata, al. de Phrata. *Item Lucius* ab Italia, de Verona. *Julius* à Bacacia, de Tebeſſem. *Athenodorus* à Bacacia, de Blacena. *Alexander* à Theſſalia, de Lariſſa. *Vitalis* ab Achaia, de Aquiripen. *Triphon* ab Achaia, de Macarce. *Gaudentius* ab Achaia, de Naiſo. *Alypius* ab Achaia, de Megaris. *Calunis* ab Achaia Ripenſi, de Caſtra. *Poſtarchus* ab Achaia, de Patris. *Eutherius* ab Pannonia. *Aſturius* de Arabia. *Dias* à Poſibus. *Irenæus* ab Achaia, de Secoro. *Dionyſius* ab Achaia, de Elide. *Urſatius* ab Italia, de Brixia. *Marcus* ab Aſia, de Sciſcia. *Valens* ab Achiarpenſod, Scythopolitanus. *Gerontius* à Macedonia, de brebi. *Eutychius* ab Achaia. *Alexander* ab Achaia, de Moreniis.

ET CÆTERI.

ET SUBSCRIPSERUNT OMNES EPISCOPI diverſarum Provinciarum, vel civitatum, (e) numero CXXI.

Expliciunt Canones Concilii Sardicenſis.

(f) EX B. HILARIO PICTAVIENSI.

*SANCTA Synodus in Sardica congregata ex diverſis Provinciis Orientalium partium, Thebaïde, Ægypto, Palæſtinâ, Arabiâ, Phœnice, Syriâ Cœle, Meſopotamiâ, Ciliciâ, Capadociâ, Ponto, Paphlagoniâ, Galatiâ, Bithyniâ, Helleſponto, Aſiâ, Phrygiis duabus, Piſidiâ, Cycladibus inſulis, Pamphyliâ, Cariâ, Lydiâ, Europe, Thraciâ, * Eminonto, Maſſiliâ cum Myſia, Pannoniis duabus, hanc expoſuimus fidem.*

Al. *Eminunto a. fortè Æmimonta.

(a) *De Ceſſalona*) V. C. *Taſſalona, Caſtalona.*
(b) *Depolitanus*) V.C. *Neapolitanus.*
(c) *Ab Spadonus, de Aſturica*) V. C. *Spaniis, de Auguſtorica.*
(d) *Barcilona*] V. C. *Barcinola.*
(e) *Numero* CXXI.] Ceeſt in V. C.
(f) *Ex Beato Hilario Pictavienſi.*] Lib. de Synodis.

CODEX CANONUM. CONCILIUM SARDICENSE.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem & Factorem universorum, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Credimus & in unigenitum ejus Filium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ante omnia ſæcula ex Patre genitus eſt, Deum ex Deo, lumen ex lumine. Per quem facta ſunt omnia, & quæ in cœlis, & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, qui eſt Verbum, & Sapientia, Virtus, & Vita, & Lumen verum. Et qui in noviſſimis diebus propter nos incarnatus eſt, & natus ex ſancta Virgine, qui crucifixus, & mortuus eſt, & ſepultus, & reſurrexit ex mortuis tertiâ die, & receptus eſt in cœlo, & ſedet in dextera Patris, venturus judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique ſecundùm opera ejus, cujus regnum ſine ceſſatione permanet in immenſa ſæcula. Sedet enim in dextera Patris non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Credimus & in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paracletum, quem promittens Apoſtolis poſt reditum in cœlis, miſit docere eos, ac memorari omnia, per quem & ſanctificantur ſinceriter in eum credentium animæ. Eos autem, qui credunt de non extantibus eſſe Filium Dei, vel ex alia ſubſtantia, & non ex Deo, & quòd erat aliquando tempus aut ſæculum, quando non erat, alienos novit ſancta, & Catholica Eccleſia. Similiter & eos, qui dicunt, tres eſſe Deos, vel Chriſtum non eſſe Deum, & ante ſæcula, neque Chriſtum, neque Filium eum eſſe Dei, vel eum ipſum eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vel innaſcibilem Filium, vel quòd neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat ſancta & Catholica Eccleſia.

Digitized by Google

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Tituli Canonum Concilii (a) congregati apud Carthaginem, numero XXXIII.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

1 UT quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, omnimodo conſerventur.
2 De Trinitate prædicanda.
3 De continentia.
4 De diverſis ordinibus ab uxoribus abſtinendis.
5 De avaritia.
6 Ut Chriſma à Presbyteris non fiat.
7 De his qui in periculo poſiti reconciliantur.
8 De his qui in accuſationem majoris natu veniunt, & ut Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.
9 De his qui merito ſacinorum ſuorum ab Eccleſiæ congregatione pelluntur.
10 De Presbyteris qui à propriis corripiuntur Epiſcopis.
11 Si quis Presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit.
12 Si quis Epiſcopus abſque tempore Synodi in crimine detentus fuerit, à XII Epiſcopis audiatur.
13 Ut non liceat Epiſcopum niſi à plurimis ordinari, ſed ſi neceſſitas fuerit, vel à tribus ordinetur Epiſcopis.
14 Ut de Tripoli unus Epiſcopus in legationem veniat, & ut Presbyter ibidem à quinque Epiſcopis audiatur.
15 De diverſis ordinibus Eccleſiæ ſervientibus, ut ſi quis cauſam criminis incurrerit, & abnuerit judicium Eccleſiaſticum, debeat periclitari, & ut filii Sacerdotum ſpectacula ſæcularia non adeant.
16 Ut nullus Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus conductor exiſtat, & ut Lectores uxores accipiant & Clerici abſtineant ab uſuris, & quo tempore, vel ipſi, vel Virgines conſecrentur.
17 Ut unaquæque Provincia, propter longinquitatem Primatem habeat proprium.

(a) *Congregati apud Carthaginem*] Quod & Africanum nuncupatur.

18 Si quis Clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſervare; & ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nec baptiſma, & ut per ſingulos annos per omnes provincias ad Concilium Metropolitani conveniatur. CODEX CANONUM.

19 Ut ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad Primatem ipſius Provinciæ cauſa deferatur. CONCILIUM CARTHAGINENSE.

20 De Presbyteris, vel Clericis accuſatis.

21 Ut filii Clericorum in matrimonio non jungantur Hæreticis.

22 Ut Epiſcopi, vel Clerici, in eos qui Catholici non ſunt, nihil conferant.

23 Ut Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.

24 Ut præter ſcripturas Catholicas nihil in Eccleſia legatur.

25 De Epiſcopis, vel ſequentibus ordinibus, qui ſacroſancta myſteria contrectant, placuit ab uxoribus contineri.

26 Ut res Eccleſiæ nemo diſtrahat.

27 Presbyteri, & Diaconi in graviore culpa convicti, manûs impoſitionem tanquam Laïci nequaquam ſuſcipiant.

28 Presbyteri & Diaconi, vel Clerici, qui cauſâ ſuâ ad tranſmarina putaverint appellandum, in communione minimè ſuſcipiantur.

29 Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

30 De accuſato vel accuſatore.

31 Si qui Clerici ab Epiſcopis ſuis * promoti contempſerint, nec illic maneant unde recedere noluerunt. *Fortè *promoveri.*

32 Si quis Clericorum pauper promotus in ordine, poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubjaceat.

33 Ut Presbyteri rem Eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matricis (a) Eccleſiæ uſurpare.

Incipiunt Canones (b) *Synodi Carthaginenſis.*

POST Conſulatum gloriosiſſimorum Imperatorum, Honorii XII * & Theodoſii VIII Auguſtorum. (c) VIII Kal. Junii, Carthagine, in Secretario Baſilicæ * (d) Fauſtæ, cùm Aurelius Papa, unà cum Valentino, primæ ſedis Provinciæ Numidiæ, Fauſtino Al. * *XIII.* Al. * *Fauſti.*

(a) *Eccleſiæ uſurpare*] In editione Dionyſii Exigui additur: hæc Synodus CXXVIII Pontificum ſub Zoſimo & Bonifacio Papis Romanis, Juvenali Conſtantinopolitano, Cyrillo Alexandrino.

(b) *Synodi Carthaginenſis*] V. I. Quæ & Africanum Concilium dicitur.

(c) *V. Kal. Junii*] V. C. VIII.

(d) *Fauſtæ* V. C. *Fauſti.*

Codex Canonum. *Concilium Carthaginense.*

Eccleſiæ Potentinæ, Provinciæ Italiæ Piceni, Legato Eccleſiæ Romanæ: ſed & Legatis diverſarum Provinciarum Aphricanarum, id eſt, (a) Numidiarum, Byzacenæ, (b) Mauritaniæ Cæſarienſis, ſed & * Tripolim, & Vincentio (c) Coloſitano, (d) Fortunatiano, & cæteris Epiſcopis Provinciæ Proconſularis (e) reſidentibus (f) CCXVII, nec non Philippo & Aſello Presbyteris * atque Legatis Romanæ (g) Eccleſiæ: conſediſſet, aſtantibus Diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Poſt diem præſtitutam Concilii, ut recordamini, fratres beatiſſimi, multa flagitata ſunt, expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem Synodum legati advenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt ſocientur, quâ de re Domino Deo noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, ut tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & à Patribus conſtituta ſunt, quàm etiam hic à deceſſoribus noſtris eandem Synodum firmantes, vel quæ ſecundùm formam per omnes Clericorum gradus à ſummo uſque ad ultimum ſalubriter ordinata ſunt, in medio proferantur. Ab univerſo Concilio dictum eſt: Proferantur.

* Fortè *Tripolitanæ.* Al. * *aquè.*

De Canonibus Nicæni Concilii.

Daniel Notarius recitavit: Nicæni Concilii fidei profeſſio vel ſtatuta ita ſe habent. Et cùm diceret, Fauſtinus Epiſcopus plebis Potentiæ, Provinciæ Italiæ Piceni, Legatus Romanæ Eccleſiæ, dixit: Injuncta nobis ſunt à Sede Apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra Beatitudine tractanda, ſicuti & geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt, de (h) Nicænis Canonibus: ut conſerventur, & (i) conſtituta eorum, & conſuetudo, quia & aliqua ordine, & Canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet Beatitudini veſtræ, tractemus, & poſtea cætera, quæ acta, vel inchoata ſunt, inſerta, firmabuntur, ut & ad Sedem venerandam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, ad quæ nos ammonuiſſe apud venerabilem Papam evidenter clareat, licèt & Capitula actionum jam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, ut ſuperiùs dixi, quid veſtræ Beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medio, ut ſciri poſſit

(a) *Numidiarum Byzacenæ*] V. C. *Nundiarum duarum Byzacenæ.*

(b) *Mauritaniæ Cæſarienſis*] V. C. *Mauritaniæ Sitifenſis & Mauritaniæ Cæſarienſis.*

(c) *Coloſitano*] V. C. *Calaſitano.*

(d) *Fortunatiano & cæteris*] V. C. *Fortunatiano, Neapolitano & cæteris.*

(e) *Reſidentibus*] Abeſt à V. C.

(f) *CCXVII.*] V. C. *CCXVIII.*

(g) *Eccleſiæ conſediſſet*] V. C. *Eccleſiæ æquè cùm conſediſſent.*

(h) *Nicænis*] Deeſt in meo exemplari Dionyſii Exigui.

(i) *Conſtituta*] V. C. *Conſtitutio.*

veſtra Beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad ſingula reſpondeatur.

CODEX CANONUM.

Aurelius Epiſcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres, & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegaverunt, & cætera, quæ acta ſunt, [b] vel agenda ſunt ſubſequentur.

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Daniel notarius recitavit commonitorium fratri Fauſtino, & (c) filiis Philippo, & Aſello Presbyteris. Zoſimus Epiſcopus: Vobis commiſſa negotia non (d) latent vos, ita ac ſi noſtra, imò quia noſtra ibi in vobis [e] pœnitentia eſt, cuncta [f] peragite maximè cùm & hoc noſtrum poſſitis habere mandatum, & verba Canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inſeruimus. Ita enim dixerunt fratres in Nicæno Concilio, cùm de Epiſcoporum appellatione decernerent.

Commonitorium Zoſimi Papæ pro legatis ſuis.

Placuit autem, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia ſunt: ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi quis rogat cauſam ſuam iterum audiri, & deprecatione ſuâ moverit Epiſcopum Romanum, ut [g] de latere ſuo Presbyterum mittat: erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis judicent habentes authoritatem ejus à quo deſtinati ſunt, erit in [h] ejus arbitrio. Si verò crediderit ſufficere Epiſcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit.

Hic eſt Canon VII. Concilii Sardicenſis, ex Nicæno mutatus aut tranſſcriptus.

Et cùm recitaret, Alypius Epiſcopus Eccleſiæ] Tagaſtenſis, Legatus Provinciæ Numidiæ, dixit: De hoc jam ſuperioribus etiam litteris [k] Concilii noſtri reſcripſimus, & id nos ſervaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Adhuc tamen me movet, [l] quomodo cùm inſpiceremus Græca exemplaria hujus Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio quâ ratione, minimè invenimus: unde petimus venerationem tuam, Sancte Papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicænum in urbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ Sanctitatis mittere digneris, &

Sententia beati Alypii.

(a) *Ut ad ſingula reſpondeatur*] Deeſt in V. C.
(b) *Vel agenda ſunt*] Deeſt in V. C.
(c) *Filiis*] V. C. Deeſt in V. C.
(d) *Latent vos*] V. C. *Lateat etiam vos.*
(e) *Pœnitentia*] V. C. *Præſentia.*
(f) *Peragite*] V. C. *Peragere.*
(g) *De latere*] V. C. *E latere.*
(h) *Ejus arbitrio*] V. C. *Suo arbitrio.*
(i) *Tagaſtenſis*] V. C. *Tagaſtinenſis.*
(k) *Concilii noſtri*] Abeſt à V. C.
(l) *Quomodo*] V. C. *Quoniam.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

non ſolùm ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam ad [a] Alexandrinum, & Antiochenum venerabiles Sacerdotes: qui hoc nobis Concilium ſub * adſtipulatione litterarum ſuarum dirigant, ut omnis poſtmodum ambiguitas auferatur, quia nos ita, ut frater Fauſtinus attulit, minimè invenimus iſta. Nos tamen pauliſper ſervaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem litteris noſtris etiam venerabilis Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Bonifacius, ut ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria [b] debeant ſecundùm ejus ſcripta perferre, nunc autem memorati Nicæni Concilii, qualia exemplaria habemus, his geſtis ſociamus.

Al. *ſtipulatione.*

Fauſtinus. Fauſtinus Epiſcopus, Legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit: Nec veſtra Sanctitas præjudicat Eccleſiæ Romanæ, ſive de hoc capitulo, ſive de aliis, quia dicere dignatus eſt frater noſter & Coepiſcopus [c] Alygrius, dubios eſſe Canones: ſed hæc ipſa ad ſanctum, & beatiſſimum Papam noſtrum ſcribere dignemini, ut & ipſe integros Canones inquirens, cum veſtra Sanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem ut ipſe beatiſſimus Epiſcopus urbis Romæ, ſicut & veſtra Sanctitas apud ſe tractat: ita & ipſe inquirat, nè contentio inter Eccleſias naſci videatur; ſed magis charitate fraternâ deliberare poſſitis, [d] ipſo reſcribente, quod meliùs obſervari debeat.

Aurelius. Aurelius Epiſcopus dixit: Præter iſta, quæ [e] promiſimus actis, neceſſe eſt ut etiam noſtræ parvitatis litteris ſancto fratri, & conſacerdoti noſtro Boniſacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſimè intimemus: ergo, ſi omnibus placet, proſecutio noſtra, ore omnium condiſcamus. Univerſum Concilium dixit, Placet.

Novatus. Novatus Epiſcopus, Legatus Mauritaniæ Sitiſenſis, dixit: Nunc meminimus [f] hoc commonitorio etiam de Presbyteris, vel Diaconis [g] contineri: qualiter audiri ab Epiſcopis ſuis, vel à finitimis debeant, quod in Nicæno Concilio minimè legimus, unde nobis hoc ipſum jubeat Sanctitas veſtra recitari.

Aurelius Epiſcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod depoſcitur. Daniel notarius recitavit. De appellationibus autem Clericorum, id eſt, [h] de minoris loci, eſt ipſius Synodi certa

(a) *Alexandrinum & Antiochenum*] V. C. *Alexandriæ & Antiochiæ.*

(b) *Debeant ſecundùm ejus*] V. C. *Prædicti Nicæni Concilii ſecum poſſent.*

(c) *Alygrius*] V. C. *Alypius.*

(d) *Ipſo reſcribente.*] V. C. *Ipſo ſcribente.*

(e) *Promiſimus*] V. C. *Deprompſimus.*

(f) *Hoc commonitorio*] V. C. *In præſenti commonitorio lectum.*

(g) *Contineri*] V. C. *Continere.*

(h) *De minoris loci*] *De* abeſt à V. C.

reſponſio, de qua re quid acturi ſitis, credimus inſerendum, quod aliter dictum eſt.

CODEX CANONUM.

Oſius Epiſcopus dixit: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. [a] Si Epiſcopus fortè iracundus (quod eſſe non debet) cito, aut aſperè commoveatur adversùs Presbyterum, ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, nè innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat poteſtatem ejectus, ut finitimos interpellet, ut cauſa ejus audiatur, & diligentiùs tractetur, quia non oportet * negare ei audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut juſtè aut injuſtè eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur ejus, aut emendetur ſententia, &c.

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Hic eſt Canon XVII Sardicenſis Concilii, & aſcribitur Nicæno unde eſt tranſſumptus.

Al.* *negari.*

Cùmque recitarentur, Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Hipponenſis, Legatus Provinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos ſervaturos profitemur, ſalvâ diligentiore inquiſitione Concilii Nicæni. Aurelius Epiſcopus dixit: Si hoc etiam omnium veſtræ charitati placet, reſponſione firmate. Univerſum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, nobis omnibus placent. Jocundus Epiſcopus Eccleſiæ [b] Suſſitulæ, Legatus Provinciæ Byzacenæ, dixit: Quod ſtatutum eſt in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenus poteſt.

Sententia P. Auguſtini.

Fauſtinus Epiſcopus, Legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit: Adhuc ſecundùm profeſſionem Sanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypii, quàm etiam fratris noſtri Jocundi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari, quod non debeat, [c] cùm jam in dubium ipſi Canones venerint. Ergo, ut placet & nobis, & Beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum veſtra Sanctitas [d] referre dignetur, ut & ipſe, quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit: utrùmnam & hoc concedendum ſit, an reticendum, hoc eſt, de appellatione inferioris gradûs. Si ergo adhuc in dubium venit, & de hoc Capitulo juſtum eſt, ut beatiſſimæ ſedis Epiſcopus informari debeat, ſi tamen approbatis Canonibus hoc * non inveniri poſſit. Aurelius Epiſcopus dixit: Etiam quæ dudum veſtræ charitati intimavimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilii, ſed & quæ hîc ſalubriter à noſtris deceſſoribus, ſecundùm ejuſdem Concilii formam, vel quæ nunc à nobis ordinata ſunt, recitari, & geſtis inſeri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ Synodi, quæ ad noſtrum Concilium (e) per beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ Sanctitatis, qui interfuit, Cæcilianum Epiſcopum adlata ſunt,

Fauſtinus.

Al. * *inveniri.*

Exemplaria Nicænæ Synodi.

(a) *Si Epiſcopus fortè* V C. *Si quis Epiſcopus.*

(b) Suſſitulæ] V. C. *Suſſetulæ.*

(c) *Cùm* V. C. *Sed eum.*

(d) *Referre*] V. C. *Scribere.*

(e) *Per beatæ recordationis olim, &c.*] Athanaſ. Orat. 1, contra Arianos 111.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CARTHAGINENSE.

ſed & quæ patres [a] exemplaria ſequentes hîc conſtituerunt, vel nunc communi tractatu [b] ſtatuimus, his geſtis Eccleſiaſticis inſerta manebunt, ita ut quemadmodum ſuperiùs dictum eſt, venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ Eccleſiarum Epiſcopis ſcribere veſtra Beatitudo dignetur, ut [c] examinaria veriſſima Concilii Nicæni, ſub adſtipulatione litterarum ſuarum [d] dirigat, * quibus declaratis, ea Capitula, quæ in commonitorio [e] præſens frater, & Coepiſcopus noſter Fauſtinus, ſed & Compreſbyteri Philippus & Aſellus [f] ſecum attulerunt, aut ibidem reperta, à nobis firmabuntur, aut ſi non inveniantur, collectâ Synodo de hoc in ſequenti tractabimus. [g] Daniel notarius Nicæni Concilii profeſſionem fidei, vel ejus ſtatuta recitavit in Concilio Africano.

Al. * *quod declarata veritas.*

PROFESSIO FIDEI NICÆNI CONCILII.

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium & inviſibilium factorem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre, quod Græci dicunt Homuſion, per quem omnia facta ſunt, ſivè quæ in cœlo, ſivè quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertiâ die, aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: & in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui dicunt, erat tempus, quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia, dicentes mutabilem & convertibilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

STATUTA quoque Nicæni Concilii in viginti Capitulis ſimiliter recitata ſunt, ſicut in ſuperioribus inveniuntur adſcripta. Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.

(a) *Exemplaria*] V. C. *Ea exempla.*

(b) *Statuimus his*] V. C. *Conſtituemus hîc.*

(c) *Examinaria*] V. C. *Exemplaria.*

(d) *Dirigat.*] V. C. *Dirigant,*

(e) *Præſens*] V. C. *Præſente.*

(f) *Secum attulerunt, &c.*] In edit. Dionyſ. Exig. eſt. *Secum attulerunt collecta Synodus de hoc in ſecundo tractabimus, ut aut ibidem reperta, à nobis firmabuntur, aut ſi non inventa fuerint, ſilebunt.*

(g) *Daniel, &c.*] V. C. *Daniel Notarius recitavit. Fides Nicæni Concilii, vel ejus ſtatuta ita ſe habent, ut ſuperiùs lectum eſt, titulos XX uno ex ordine recitavit, & cùm recitaret, Aurelius Epiſcopus dixit: hæc ita apud nos habentur.* Quæ omnia deſunt apud. Dionyſ. Exig.

Ut quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, omnimodo ſerventur.

CAP. I. Aurelius Epiſcopus dixit: Hæc ita apud nos (a) habentur exemplaria ſtatutorum, quæ tunc Patres noſtri de Concilio Nicæno ſecum detulerunt, cujus formam ſervantes, hæc, quæ ſequentur conſtituta, (b) firmata à nobis cuſtodientur.

De Trinitate prædicanda.

CAP. II. Univerſum Concilium dixit: Deo propitio pari profeſſione fides Eccleſiaſtica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioſo, primitus confitenda eſt; tunc demum ordo Eccleſiaſticus ſingulorum, & conſenſu omnium aſtruendus. Ad corroborandas autem fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum, nuper promotorum mentes: ea proponenda ſunt, quæ à Patribus certâ diſpoſitione accepimus, ut Trinitatis, quam noſtris ſenſibus conſecratam retinemus, Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti unitatem, quæ nullam noſcitur habere differentiam: ſicuti dicimus, ita Dei populos inſtruamus. Item ab univerſis Epiſcopis nuper promotis dictum eſt: Planè ſic accepimus, ſic tenemus, ſic docemus fidem Evangelicam cum veſtra doctrina ſequentes.

De continentia.

Diſt. 84. c. Cùm in præterito.

CAP. III. Aurelius Epiſcopus dixit: Cùm in præterito Concilio de continentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres qui conſtrictione quâdam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, Epiſcopos, inquam, Presbyteros & Diaconos, ita placuit, ut condecet ſacros Antiſtites, ac Dei Sacerdotes, necnon & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.

De diverſis ordinibus ab uxoribus abſtinendis.

CAP. IV. Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ, provinciæ Piceni, Legatus Romanæ Eccleſiæ, dixit: Placet ut Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui Sacramenta contractant, pudicitiæ cuſtodes ab uxoribus ſe abſtineant. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt, Placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari inſerviunt.

De avaritia.

CAP. V. Aurelius Epiſcopus dixit: Avaritiæ * cupiditatem rerum omnium malorum matrem eſſe, nemo qui dubitet: proinde inhibenda eſt, nè quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos Patrum ſtatutos tranſcendat, nec omnino cuiquam Clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere. Quamquam novellæ ſuggeſtiones, quæ vel

Al.* *Cupiditas quam.*

2. *Timoth. 6.*

(a) *Habentur*] V. C. *Habeat.*

(b) *Firmata*] Abeſt à V. C.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CARTHAGINENSE.

obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ à nobis, formam accipient, cæterùm de quibus apertiſſimè divina Scriptura ſanxit, non eſt differenda ſententia, ſed potiùs exequenda. Proinde quod in Laïcis reprehenditur, id multò magis debet in Clericis prædamnari. Univerſum Concilium dixit: Nemo contra Prophetas, nemo contra Evangelia facit ſine periculo.

Ut chriſma à Presbyteris non fiat.

26. q. 6. c. Presbyter, & c. Si.

CAP. VI. Fortunatus Epiſcopus dixit: In præteritis Conciliis ſtatutum meminimus eſſe, ut chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum conſecratio à Presbyterisnon fiant: ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius Epiſcopus dixit: Audivit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris, & Coepiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis? Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: * Chriſmæ cõſectio, & puellarum conſecratio à Presbyteris non * fiat, vel reconciliare quemquam in publica Miſſa Presbytero non licere, hoc omnibus placet.

*Lege Chriſmatis.

Al.* *fiant.*

De his qui in periculo poſiti reconciliantur.

26. q. 6. c. Aurelius.

CAP. VII. Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari divinis altaribus petierit: ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utique Presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare; quam rem debemus ſalubri Concilio roborare. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, quod Sanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

De his qui in accuſationem majoris natu veniunt, & ut Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

CAP. VIII. Numidius Epiſcopus Maſſilitanus dixit: Præterea ſunt quamplurimi non bonæ converſationis, qui exiſtimant majores natu, vel Epiſcopos paſſim, vagèque in accuſationem pulſandos; debent tam facilè admitti, necne? Aurelius Epiſcopus dixit: Placet igitur charitati veſtræ, ut is, qui aliquibus ſceleribus interitus eſt, vocem adversùm majorem natu non habeat accuſandi. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Si criminoſus eſt, non admittatur, placet.

De his qui meritò facinorum ſuorum ab Eccleſiæ congregatione pelluntur.

11. q. 3. Qui 11. q. 2. Qui merito.

CAP. IX. Auguſtinus Epiſcopus, legatus provinciæ Numidiæ, dixit: Hoc ſtatuere dignemini, ut ſi qui fortè merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, & ſivè ab aliquo Epiſcopo, vel Presbytero fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, * refugientibus ſui Epiſcopi regulare judicium. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet.

Al.* *refugientes.*

Ut

De Presbyteris, qui à propriis corripiuntur Episcopis.

CAP. X. Alypius Episcopus, legatus provinciæ Numidiæ, dixit: Nec illud prætermittendum est, ut si quis fortè Presbyter ab Episcopo suo correptus, tumore, vel superbiâ inflatus putaverit separatim sacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem, vel disciplinam crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, dixit: Necessariò disciplinæ Ecclesiasticæ, & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alypius prosecutus est; proinde quid videatur vestræ dilectioni, edicite.

Si quis Presbyter contra Episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

ez. q. 3. Si quis Presbiter. CAP. XI. Ab universis Episcopis dictum est: Si quis Presbyter à præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari: quod nisi fecerit, sed superbiâ (quod absit) inflatus secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, ac si querimoniam justam adversùs Episcopum non habuerit, inquirendum erit.

Si quis Episcopus absque tempore Synodi in crimine detentus fuerit, à XII Episcopis audiatur.

CAP. XII. Felix Episcopus dixit: Suggero secundùm statuta veterum Conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare: nè in crimine remaneat, à XII Episcopis audiatur, & Presbyter à sex Episcopis cum proprio suo Episcopo audiatur, & Diaconus à tribus. *3. q. 8. c. Si jugzero.*

Ut non liceat Episcopum, nisi à plurimis ordinari: sed si necessitas fuerit, vel à tribus ordinetur Episcopis.

CAP. XIII. Aurelius Episcopus dixit: Quid ad hæc dicit Sanctitas vestra? ab universis Episcopis dictum est: A nobis veterum statuta debere servari, sicuti & inconsulto Primate cujuslibet Provinciæ tam facilè non præsumant multi congregati Episcopi Episcopum ordinare: nisi necessitas fuerit, tres Episcopi, in quocunque loco sint, ejus præcepto ordinare debebunt Episcopum; & si quis contra suam professionem, vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore privabit. *Dist. 65. c. Placet omnibus.*

Ut de Tripoli unus Episcopus in legationem veniat, & ut Presbyter ibidem à quinque Episcopis audiatur.

CAP. XIV. Item placuit de

CODEX CANONUM. CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Tripoli, propter inopiam Provinciæ unus Episcopus in legationem veniat, & ut ibi Presbyter à quinque audiatur Episcopis, & Diaconus à tribus, ut superiùs memoratum est, proprio Episcopo residente.

De diversis ordinibus Ecclesiæ servientibus: ut si quis causam criminis incurrerit, & abnuerit judicium Ecclesiasticum, debeat periclitari, & ut filii Sacerdotum spectacula sæcularia non adeant.

11. q. 3. c. *Placuit ut quisque.*

CAP. XV. Item placuit, ut quisque Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cùm in Ecclesia ei fuerit crimen institutum, vel civilis causa fuerit commota: si relicto Ecclesiastico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit * prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali actione; in civili verò perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, ut à quibuscumque Judicibus Ecclesiasticis ad alios Judices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum: non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convici non potuerint, vel inimico animo judicâsse, vel aliquâ cupiditate, aut gratiâ depravati. Sanè si ex consensu partium electi fuerint Judices, etiam à pauciori numero, quàm constitutum est, non liceat provocari. Et ut filii sacerdotum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec expectent, licèt hoc semper christianis omnibus indictum sit, * & ubi blasphemiæ sunt, non accedant.

Al.* *Probata*

2. q. 6. c. *Sanè si.*

* Forté *ni*

Ut nullus Episcopus, Presbyter, & Diaconus conductor existat, & ut Lectores uxores accipiant, & Clerici abstineant ab usuris, & quo tempore vel ipsi, vel Virgines consecrentur.

21. q. 3. c. *Placuit, ut Episcopi.*

CAP. XVI. Item placuit, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, non sint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio & inhonesto victum quærant, quia respicere debent scriptum esse, *Nullus militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Item placuit, ut Lectores, cùm ad annos pubertatis pervenerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit, ut Clericus, si commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: si speciem, eandem speciem, quantam dederit, accipiat, & ut ante XXV annos ætatis nec Diaconi ordinentur, nec Virgines consecrentur, & ut Lectores populum non salutent.

2. Timoth. 2. Dist. 32. *Lectores.*

Dist. 77. c. *Placuit.* Item 20. q. 2. *Placuit.*

Ut unaquæque Provincia propter longinquitatem Primatem habeat proprium.

CAP. XVII. Placuit, ut Mauritania Sitifensis, ut postulavit, Primatem Provinciæ Numidiæ, ex cujus cœtu separatur, ut suum habeat Primatem: quem consentientibus omnibus Primatibus Provinciarum Africanarum, vel omnibus Episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.

Digitized by Google

Si quis Clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſervare, & ut corporibus mortuorum Euchariſtia non detur, nec Baptiſma, & ut per ſingulos annos per omnes Provincias ad Concilium Metropolitani conveniatur.

Diſt. 38. c. Placuit ut ordinandis.

CAP. XVIII. Item placuit, ut ordinatis Epiſcopis, vel Clericis priùs ab ordinatoribus ſuis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur: nè ſe aliquid contra ſtatuta Concilii feciſſe pœniteant. Item placuit, ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur: ſcriptum eſt enim, Accipite & edite: cadavera autem nec accipere poſſunt, nec edere, & nec jam mortuos homines baptizare faciat Preſbyterorum ignavia: pro qua re confirmandum eſt in hac ſancta Synodo, ut ſecundùm Nicæna ſtatuta, propter cauſas Eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque annis Concilium convocetur, ad quod omnes Provinciæ, quæ primas ſedes habent, de Conciliis ſuis binos, aut quantos delegerint, Epiſcopos Legatos mittant: ut in congregato conventu plena poſſit eſſe auctoritas.

Matth. 26.

Cap. 5.

Ut ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad Primatem ipſius provinciæ cauſa deferatur.

4. q. 5. c. Quiſquis Epiſcoporum.

CAP. XIX. Aurelius Epiſcopus dixit: Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primatem Provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum Judicum, die ſtatutâ, litteris evocatus minimè occurrerit; hoc eſt, infra ſpatium menſis, ex ea die, quâ eum litteras accepiſſe conſtiterit: quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probaverit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem: verumtamen diù poſt menſem ſecundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium univerſale * infra anni ſpatium occurrere noluerit, ut vel ibi cauſa ejus terminetur: ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe judicetur, tempore ſanè, quo non communicat, nec in ſua Eccleſia, vel Parochia communicet. Accuſator autem ejus, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non removeatur; ſi verò aliquando defuerit, ſubtrahens ſe, reſtituto in communione Epiſcopo, ipſe removeatur à communione accuſator: ita tamen, ut nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ. Si ad diem occurrere non voluiſſe, ſed non potuiſſe probaverit, placuit illud ſanè, ut cùm agere cœperit in Epiſcoporum judicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen Eccleſiaſticas, aſſerere voluerit.

Al.* *anniverſarium.*

4. q. 6. Illud verò placuit.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM CARTHAGINENSE.

De Presbyteris, vel Clericis accuſatis.

CAP. XX. Si autem Presbyteri, vel Diaconi fuerint accuſati, adjuncto ſibi ex vicinis locis cum proprio Epiſcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, id eſt, unà ſecum in Presbyteri nomine ſex, in Diaconi tres, ipſorum cauſam diſcutiant, eâdem dierum, & dilationum, & à communione remotionum, & diſcuſſione perſonarum inter accuſatores, & eos, qui accuſantur, formâ ſervatâ. Reliquorum autem Clericorum cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci * agnoſcat, & definiat.

15. q. 7. *Si autem Presbyteri.*

* Forte *cognoſcat.*

Ut filii Clericorum in matrimonio non jungantur Hæreticis.

CAP. XXI. Iterum placuit ut filii Clericorum Gentilibus, vel Hæreticis, aut Schiſmaticis matrimonio non junganrur.

Ut Epiſcopi vel Clerici in eos, qui non ſunt Catholici, nihil conferant.

CAP. XXII. Et ut in eos, qui Catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei fuerint, per donationes rerum ſuarum Epiſcopi, vel Clerici nihil conferant.

Ut Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.

CAP. XXIII. Item, ut Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cujuſque Provinciæ ut ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam, vel commendationem. (a)

Ut præter ſcripturas Catholicas nihil in Eccleſia legatur.

CAP. XXIV. Item placuit ut præter ſcripturas (b) Catholicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine divinarum ſcripturarum. Sunt autem Canonicæ ſcripturæ, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſus Nave, Judicum, Ruth, Regum libri IV, Paralipomenon libri II, Job Pſalterium, Salomonis libri V, Libri XII Prophetarum, Heſaïas, Hieremias, Ezechiël, Daniël, Thobias, Judith, Eſter, Eſdræ libri II, (c) Machabæorum libri II, Novi Teſtamenti, Evangeliorum libri IV, Actuum Apoſtolorum liber I, Epiſtolæ Pauli XIV, Petri Apoſtoli * Epiſtolæ II, Joannis Apoſtoli III, Jacobi Apoſtoli liber I, Judæ Apoſtoli liber I, Apocalypſis Joannis Apoſtoli liber I. Hoc etiam fratri, & conſacerdoti noſtro Boniſacio, vel aliis earum partium Epiſcopis pro confirmando iſto Canone innoteſcat, quia à patribus iſta accepimus in Eccleſia legenda.

Al. * *libri.*

(a) Addendum ex tom. 1. Concil. editionis Binii, pag. 510. *Placuit etiam, ut quia, ut præcedentibus Conciliis ſtatutum eſt, ne quis Donatiſtarum cum honore recipiatur à nobis, ſed in numero, &c.*

(b) *Catholicas*] V. C. *Canonicas.*

(c) *Machabæorum libri II.*] Deſunt hæc in Græco exemplari Hilarii & Theodoſii Balſamonis. Gregorius, lib. 19. in Job, cap. 17, habitos tamen pro Canonicis ab Africana ſaltem Eccleſia, teſtatur B. Auguſtinus, lib. 18 de Civitate Dei, cap. 36, & lib. 2 contra epiſtol. Gaudent. cap. 27, item lib. 2 de Doctrin. Chriſtian. cap. 2, & lib. de Cur. pro mortuis, cap. 1.

De Epiſcopis, vel ſequentibus ordinibus, qui ſacroſancta myſteria contractant, placuit ab uxoribus contineri.

Dist. 32, Placuit Epiſcopos Dist. 84. Cum de quorundam. 1. Corinth. 7.

CAP. XXV. Aurelius Epiſcopus dixit: Addimus, fratres chariſſimi, præterea, cùm de quorumdam Clericorum, quamvis Lectorum, erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod & in diverſis Conciliis firmatum eſt, ut Subdiaconi, qui ſacra myſteria contrectant, & Diaconi, & Presbyteri, ſed & Epiſcopi ſecundùm priora ſtatuta etiam ab uxoribus ſe contineant: ut tanquam non habentes videantur eſſe; quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio. Cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, niſi maturiori ætate. Ab univerſo Concilio dictum eſt, quæ veſtra Sanctitas eſt juſtè moderata, & ſancta, & Deo placita ſunt, confirmamus.

Ut res Eccleſiæ nemo diſtrahat.

17. q. 4. Nullus res Eccleſiæ.

CAP. XXVI. Item placuit, ut rem Eccleſiæ nemo vendat: quòd ſi redditus non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hoc inſinuandum eſſe Primati Provinciæ ipſius, ut cum ſtatuto numero Epiſcoporum, utrum faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta urget neceſſitas Eccleſiæ, ut non poſſit ante conſulere, ſaltem vicinos teſtes convocet Epiſcopos, curans ad Concilium omnes referre ſuæ Eccleſiæ neceſſitates: quòd ſi non fecerit, reus Deo, & Concilio venditor, honore amiſſo, teneatur.

Presbyteri, & Diaconi in graviore culpa convicti manûs impoſitionem, tanquam Laïci, nequaquam ſuſcipiant.

CAP. XXVII. Item confirmatum eſt, ut ſi quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, quâ eos à miniſterio neceſſe ſit removeri: non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibûs Laïcis, imponatur, neque permittendum, ut rebaptizati ad Cleticatûs gradum promoveantur.

Dist. 50. c. Confirmandum eſt.

Presbyteri, Diaconi, vel Clerici, qui causâ ſuâ ad tranſmarina putaverint appellandum, in communionem minimè ſuſcipiantur.

CAP. XXVIII. Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos cum conſenſu ſui Epiſcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis Epiſcopi. Quòd ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent ad tranſmarina judicia, ſed ad Primates ſuarum Provinciarum, ſicut & de Epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt. Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem ſuſcipiatur.

Si quis excommunicatus, ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

CAP. XXIX. Item placuit univerſo Concilio, ut qui excom-

22. q. 3. Placuit univerſo.

CODEX CANONUM. CONCILIUM CARTHAGINENSE.

municatus ſuerit pro ſuo neglectu, ſivè Epiſcopus, ſivè quilibet Clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communionem præſumpſerit: ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.

De accuſato, vel accuſatore.

CAP. XXX. Item placuit, ut accuſatus vel accuſator in eo loco, unde eſt ille qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat proximum, quò non ſit difficile teſtes perducere ubi cauſa finiatur.

Si qui Clerici ab Epiſcopis ſuis promoti contempſerint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt.

CAP. XXXI. Item placuit, ut quicunque Clerici, vel Diaconi pro neceſſitatibus Eccleſiarum non obtemperaverint Epiſcopis ſuis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promovere: nec illic miniſtrent in gradu ſuo, unde recedere noluerunt.

Si quis Clericorum pauper promotus in ordine, poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubjaceat.

22. q. 3. *Placuit ut Epiſcopi.*

CAP. XXXII. Item placuit, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatûs, vel Clericatûs ſui agros, vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum dominicarum invaſionis crimine teneantur: niſi admoniti in Eccleſiam eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis propriè aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obvenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit: quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore Eccleſiaſtico indigni, tanquam reptobi, judicentur.

Ut Presbyteri rem Eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matricis Eccleſiæ uſurpare.

CAP XXXIII. Item placuit, ut Presbyteri non vendant rem Eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, quomodo (a) & Epiſcopis non liceat vendere prædia Eccleſiæ, (b) ignorante Concilio, vel Presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat matricis Eccleſiæ, nec Presbytero rem tituli ſui uſurpate.

22. q. 2. *Placuit ut Presbyteri.*

Ea. c. Non habenti.

Expliciunt Canones (c) Carthaginenſis Concilii.

(a) *Et Epiſcopis non liceat*] V. C. Nec Epiſcopis licet.

(b) *Ignorante Concilio*] V. C. *Inconſultò Concilio, vel cuncto Preſbyterio ſine ulla neceſſitate, & ut Epiſcopo non liceat matris Eccleſiæ rem tituli Preſbyteri ſui uſurpare. Aurelius Epiſcopus dixit: Juxta ſtatuta totius Concilii, &c.* In editione Dionyſii Exigui ſequitur: *Item Aurelius Epiſcopus dixit juxta ſtatuta, &c.* Quæ infra ad finem Africani Concilii habentur.

(c) *Carthaginenſis Concilii*] V I.

Digitized by Google

CONCILIUM AFRICANUM.

Tituli Canonum Diverſorum Conciliorum Africanæ Provinciæ, (a) numero CV.

1 QUòd nihil de Hipponenſi Concilio ſit emendandum.
2 Ut Epiſcopi, vel Clerici non facilè filios ſuos emancipent.
3 Ut Epiſcopi, vel Clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.
4 Quòd, præter panem, & merum mixtum aquâ, nihil in ſacramentis offerri debeat.
5 Ut Clerici, vel continentes ad Virgines Viduaſque non accedant.
6 Ut Princeps Sacerdotum non appelletur Epiſcopus.
7 Ut Clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.
8 Ut à jejunis Deo ſacrificia peragantur.
9 Ut in Eccleſiis convivia minimè celebrentur.
10 De Pœnitentibus.
11 De Virginibus.
12 De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt.
13 De paſſionibus Martyrum.
14 De parvulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.
15 De rebaptizationibus, reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum.
16 Quot Epiſcopi ordinare Epiſcopum debeant.
17 Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum.
18 Ut de Eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuncietur.
19 De viſitandis Provinciis.
20 Ut Diœceſes, niſi ex conſenſu Epiſcopi proprii, Epiſcopum non accipiant.
21 Ut alienus Clericus minimè ſuſcipiatur ab alio.
22 Ut Carthaginenſi Epiſcopo, unde voluerit, Clericum liceat ordinare.

(a) *Numero CV.*] CL. Qui Canones excerpti ſunt in ſuperiore Concilio Carthaginenſi & in eo recitati & confirmati.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

23 Ut Epiſcopi, qui in Diœceſibus fuerint ordinati, Diœceſim ſibi nullam vendicent.
24 Ut parvuli apud Donatiſtas baptizati, in Catholici Clerici ordinentur.
25 De reliquiis Idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.
26 Ut Clerici de judicii ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium.
27 De Paganorum conviviis auferendis.
28 De Spectaculis, ut die Dominico vel ceteris ſanctorum feſtivitatibus minimè celebrentur.
29 De Clericis damnatis.
30 De Hiſtrionibus Chriſtianis factis.
31 De Manumiſſionibus, ut in Eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum.
32 De Equitio damnato Epiſcopo.
33 Ut cum Donatiſtis leniùs agatur.
34 De litteris mittendis Judicibus, ut ea, quæ inter Donatiſtas & Maximianiſtas facta ſunt, innoteſcant.
35 Ut Clerici Donatiſtarum in Eccleſia Catholica ſuſcipiantur in Clero.
36 Ut legatio ad Donatiſtas componendæ pacis gratiâ dirigatur.
37 Qui Clerici ab uxoribus debeant abſtinere.
38 De his qui plebes proprias derelinquunt.
39 De Infantibus baptizandis, quoties dubitatur utrum fuerint baptizati.
40 Diem Paſchæ, die Concilii nunciandum.
41 Nè interventor Epiſcopus Cathedram, ubi interventor eſt, ſedeat.
42 De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.
43 De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrunt.
44 De Creſconio.
45 De Eccleſia Hipponenſium Diaretorum.
46 De Clericis qui intra annum cauſam ſuam agere non procurarint.
47 Ut de alieno Monaſterio receptos, nec Præpoſitos Monaſterii, nec Clericos liceat ordinare.
48 De Epiſcopis qui Hæreticos vel Paganos hæredes inſtituunt.
49 De Manumiſſionibus.
50 De falſis memoriis Martyrum.
51 De Idolorum reliquiis extirpandis.
52 Ut ab Epiſcopo Carthaginenſi, cum opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomine dictentur & ſubſcribantur Epiſtolæ.
53 De Epiſcoporum ordine, ut qui poſteriùs ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.

54

54 De Quodvultdeo Episcopo.
55 De Maximiano Episcopo.
56 Ut Episcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus suis Epistolas accipiant, quæ diem & Consulem præferant.
57 De his qui vel semel in Ecclesia legerint, ab aliis non posse promoveri.
58 De conveniendis Donatistis
59 Forma conventionis Donatistarum.
60 Quale commonitorium acceperunt Legati contra Donatistas.
61 Brevis causarum.
62 Concilium universale non, nisi necessitate, faciendum.
63 Ut ab electis Judicibus provocare non liceat.
64 Ut ab Imperatoribus postuletur Advocatorum defensio pro causis Ecclesiæ.
65 De Plebibus quæ nunquam Episcopos habuerunt.
66 De Plebibus vel Diœcesibus ex Donatistarum pravitate conversis.
67 De suggestione Maurentii Episcopi.
68 De pacificandis Ecclesiis, Romanâ, & Alexandrinâ.
69 De his qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut sic maneant.
70 De precibus ad altare dicendis.
71 De his qui publicorum judiciorum cognitionem ab Imperatore poposcerint.
72 De his qui, cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare subripere.
73 Ut pergentes ad Comitatum causam suam vel Carthaginensi, vel Romano Pontifici insinuare procurent.
74 Concilium de cognitione Episcopi.
75 Concilium contra hæresim Pelagii & Cælestini.
76 Quòd Adam non sit factus à Deo mortalis.
77 Quòd parvuli in peccatorum remissionem baptizentur.
78 Quòd gratia Dei non solùm remissionem tribuit peccatorum, sed etiam præstat adjutorium nè peccetur.
79 Quòd gratia Christi non solùm scientiam tribuit, quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat, ut quòd scimus, implere valeamus.
80 Quòd sine Dei gratia nihil boni possumus implere.
81 Quòd non solùm humilis, sed & verax Sanctorum vox ista est: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* 1. Joan. 1.
82 Quòd in oratione Dominica sancti pro se dicant: *Dimitte nobis debita nostra.*
83 Quòd veraciter à sanctis dicatur: *Dimitte nobis debita nostra.*
84 De plebibus conversis à Donatistis.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

85 De Diœceſibus, qualiter eas dividant inter ſe Epiſcopi, tam Catholici, quàm qui ex Donati parte converſi ſunt.

86 Ut ſi quam Diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans triennio poſſederit, nullus eam repetat.

87 De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconventis his à quibus tenentur, irruerint.

88 De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.

89 Quòd electorum judicum ſententia ſperni non debeat.

90 Ut ſi Epiſcopus negligat ſuam Diœceſim, communione privetur.

91 De Epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe ſibi mentiti ſuerint.

92 De Preſbyteris, & Clericis, ut non appellent, niſi ad Africana Concilia.

93 De Virginibus, etiam minoribus, velandis.

94 Ne diutiùs Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum Provinciarum Judices eligant.

95 Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.

96 Quòd ſervi, & liberti, omneſque infames perſonæ non debeant accuſare.

97 Ut qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.

98 Qui ad teſtimonium admittendi ſint.

99 De Epiſcopo qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.

100 Ut non temerè quemquam communione privet Epiſcopus.

101 Epiſtola totius Concilii Africani ad Boniſacium, urbis Romæ Epiſcopum.

102 Epiſtola Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ad Concilium Africanæ Provinciæ.

103 Epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad memoratum Concilium.

104 Symbolum fidei Nicæni Concilii.

105 Epiſtola totius Concilii Africani ad Papam Cæleſtinum, urbis Romæ Epiſcopum.

CODEX CANONUM.

Incipiunt Canones Conciliorum diverſorum Aſricanæ Provinciæ, (a) numero CV.

CONCILIUM AFRICANUM.

RECITATA ſunt etiam in iſta Synodo diverſa Concilia univerſæ Provinciæ Africæ, tranſactis tempotibus Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi celebrata, glorioſiſſimo Imperatore Theodoſio Auguſto III, & Abundantio, vito clariſſimo, Conſulibus, VIII idus Octobris, Hippone regio, in Secretario Baſilicæ pacis. Geſta hujus Concilii ideo deſcripta non ſunt, quia ea, quæ ibi ſtatuta ſunt, in ſupetioribus probantur inſerta.

In iſta Carthaginenſi, ſcilicet ſupra præmiſſa.

Theod. ſeniore ſcilicet.

De Concilio Carthaginenſi, ubi Legati Epiſcopi Proconſulares ad Concilium Adrumetinum deſtinantur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Arcadio III & Honorio II, Augg. Conſſ. VI kal. Juliarum, Carthagine. In hoc Concilio Legati * directi ſunt Epiſcopi Proconſulares ad Concilium Adrumetinum.

Al.* *delecti.*

De Concilio Carthaginenſi, ubi multa ſunt conſtituta.

CÆSARIO, & Attico. VV. CC. Conſſ. Quinto kal. Septembris, Carthagine, in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, cùm Aurelius Epiſcopus unà cum Epiſcopis conſediſſet: adſtantibus etiam Diaconis, advenientibus quoque Victore ſene Puppianenſe, Tuto Migirpenſe, Evangelo Aſſuritano.

VV. CC. Viris Clariſſimis.

Allocutio ad Epiſcopos, Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi.

AURELIUS Epiſcopus dixit: Poſt diem præſtitutam Concilii conſedimus, ut recordamini, Fratres beatiſſimi, & arbitrabamur omnium Provinciarum per Africam Legationes conveniſſe ad diem, ut dixi, præſtitutam noſtri tractatûs. Sed cùm Sacerdotum noſtrorum Epiſtola * Byzacenorum ſuiſſet recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem Concilii prævenerant, tractaſſent, veſtræ charitati legeretur, lecta eſt etiam à Fratribus Honorato & Urbano, qui nobiſcum hodie * Concilio participantur, legatio Sitiſenſis Provinciæ deſtinata. Frater etiam Reginus Eccleſiæ Vegei Selitanæ litteras ad parvitatem meam datas Creſcentiani primæ ſedis, ut ipſe inſinuat, Numidiarum, & Aurelii Coepiſcoporum noſtrorum: in quibus ſcriptis veſtra mecum charitas recognoſcit promiſiſſe

Al.* *Byzacenorum.*

Al. * *Concilium.*

(a) *Numero CV.*] Centum quinquaginta excerpti, recitati & confirmati in Concilio Carthaginenſi VI.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

eoſdem, quòd aut ipſi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuiſſent ex more deſtinaturi Legatos. Sed hoc, quia minimè factum videtur, diù ſe detineri de longinquo venientes Legati Mauritaniæ Sitiſenſis non poſſe teſtantur: & ideo, Fratres, ſi veſtræ charitati videtur, litteræ Fratrum noſtrorum Byzacenorum, ſed & breviarium, quod eidem Epiſtolæ adjunxerunt, ad hunc cœtum conrogatum legantur, ut ſi qua fortè illic movere charitatis veſtræ animum poſſunt, in eodem breviario, quæ diligentiùs fuerint animadverſa, in meliùs reformentur. Hoc enim Frater & Coepiſcopus noſter primæ ſedis, vir perſpectus merito ſuæ gravitatis, atque prudentiæ, Mizonius ſcribens ad meam parvitatem poſtulavit. Si ergo placet, quæ tractata ſunt, legantur, & ſingula à veſtra charitate conſiderentur.

(a) In hoc Concilio ſtatutum eſt, ut Epiſcopi ſine formata non navigent.

CÆSARIO, (b) & Attico VV. CC. Conſſ. ſexto kal. Julias, Carthagine, placuit, ut nullus Epiſcoporum naviget ſine formata Primatis. Geſta in authenticis, qui quæret, inveniet.

De Concilio iſto Legati ad Imperatores infra ſcripti diriguntur Epiſcopi.

V. C. Viri clariſſimi. In vetuſtis exemplaribus habetur Vic. aut ve.

POST Conſulatum glorioſiſſimi Imperatoris Honorii Auguſti IV, & Eutychiani V. C. quinto kal. Maias, Carthagine, in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, in hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius, & Vincentius Epiſcopi: ut pro confugientibus ad Eccleſiam, quocunque reatu involutis legem, de glorioſiſſimis Principibus mereantur, nè quis eos audeat abſtrahere.

In hoc Concilio legatio deſtinatur ad Romanum, & Mediolanenſem Epiſcopos, de parvulis qui apud Hæreticos baptizati ſunt; & ad Imperatorem, de Idolorum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.

Fl. lego Flavii Stiliconis Viri clariſſimi.

POST (c) Conſulatum Fl. Stiliconis V. C. (d) XIV kal. Julias, Carthagine, in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ; cùm Aurelius Epiſcopus unà cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus Diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Eccleſiarum Dei per Africam

(a) *In hoc Concilio ſtatutum eſt, &c.*] Quæ ſequuntur ab his uſque ad illa quod nihil de Hipponenſi &c. cap. 1. in veteribus Codicibus inſerta ſunt inter caput 23 & 24. Sequitur autem hic in veteribus libris: *Epigonius Epiſcopus dixit, &c.*

(b) *Cæſario & Attico VV. CC. Conſſ.*] Non extat.

(c) *Poſt Conſulatum.*] Non extat.

(d) *XIIII Kalendas Julias*] V. C. Iſidoti XVII.

conſtitutarum neceſſitates mecum optimè novit charitas veſtra, ſanctiſſimi Fratres; & quoniam præſtitit Dominus ut ex aliqua parte ſancti cœtûs veſtri eſſet congregata præſentia, videtur mihi, ut has eaſdem neceſſitates, quas pro ſollicitudine noſtra indagare potuimus, in medium proferamus, quas cùm approbaverit veſtra ſinceritas, ſit conſequens, eligendum eſſe unum à noſtro numero Conſacerdotem, qui auxiliante Domino, & orationibus veſtris, & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes, ut tam ſanctis Fratribus & Conſacerdotibus noſtris, Venerabili ſancto Fratri Anaſtaſio, ſedis Apoſtolicæ Epiſcopo, quàm etiam ſancto Fratri Venerio Sacerdoti Mediolanenſis Eccleſiæ, neceſſitatem ipſam, ac dolorem, atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum, quod noverint, communi periculo providendum, maximè quia tanta indigentia Clericorum eſt, multæque Eccleſiæ ita deſertæ ſunt, ut nè unum quidem Diaconum, vel * in litterarum habere reperiantur. Nam de cæteris ſuperioribus gradibus & officiis tacendum arbitror, quia, ut dixi, ſi miniſterium Diaconi facilè non invenitur, multò magis ſuperiorum honorum invenire non poſſe certiſſimum eſt; & quotidie nos planctus diverſarum pene emortuarum plebium jam non ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubventum, gravis nobis, & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſa apud Deum manſura eſt.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

* Forte *lectorem.*

Quòd nihil de Hipponenſi Concilio ſit emendandum.

CAP. I. Epigonius (a) Epiſcopus dixit: In hoc breviario, quòd decerptum eſt de Concilio Hipponenſi, nihil arbitramur eſſe emendandum, vel aſſuendum, niſi ut dies ſanctæ Paſchæ tempore Concilii innoteſcat.

Ut Epiſcopi, vel Clerici non facile filios ſuos emancipent.

CAP. II. Ut Epiſcopi, vel Clerici filios ſuos à ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant: niſi de moribus eorum fuerint, & de ætate ſecuri, ut poſſint ad eos jam propria pertinere peccata.

Ut Epiſcopi vel Clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.

CAP. III. Ut Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi non ordinentur priuſquam omnes, qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos Catholicos fecerint.

Quòd præter panem & merum mixtum aquâ, nihil in Sacramentis offerri debeat

CAP. IV. Ut in Sacramentis Corporis & Sanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aquâ mixtum, primitiæ verò, ſeu mel, & lac: quod uno die ſolemniſſimo in in-

De conſecr. Diſt. 2. In ſacramento.

(a) *Epigonius Epiſcopus dixit, &c.*] Sunt hæc ex Concilio Carthaginenſi in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, v. Kal Septemb. Cæſario & Attico Conſſ.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

fantum myſterio ſolet offerri: quamvis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, ut à Sacramento Dominici Corporis, & Sanguinis diſtinguantur, nec amplius in primitiis offeratur, quàm de uvis, & frumentis.

Ut Clerici, vel continentes ad Virgines, vel Viduas, non accedant.

Diſt. 81. Clerici vel.

CAP. V. Clerici, vel continentes ad Viduas, vel Virgines, niſi ex juſſu, vel permiſſu Epiſcoporum, aut Preſbyterorum non accedant, & hoc non ſoli faciant, ſed cum Conclericis, vel cum quibus Epiſcopus, aut Preſbyter juſſerit, nec ipſi Epiſcopi, & Preſbyteri ſoli habeant acceſſum ad hujuſmodi fœminas: ſed ubi aut Clerici præſentes ſunt, aut graves aliqui Chriſtiani.

(f) *Ut Princeps Sacerdotum non appelletur Epiſcopus.*

Diſt. 99. c. Primæ ſedis.

CAP. VI. Ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid hujuſmodi: ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus.

Ut Clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.

Diſt. 44. Clerici.

CAP. VII. Ut Clerici, edendi vel bibendi cauſâ, tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

Ut à jejunis Deo ſacrificia celebrentur.

De conſecr. Diſt. 1. Sacramenta.

CAP. VIII. Ut Sacramenta altaris, non niſi à jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniverſario, quo Cœna Domini celebratur; nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſive Epiſcoporum, ſive cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat: ſi illi, qui faciunt, jam pranſi inveniuntur.

Ut in Eccleſiis convivia minimè celebrentur.

Diſt. 42. Nulli Epiſcopi.

CAP. IX. Ut nulli Epiſcopi, vel Clerici in Eccleſia conveniantur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiant: populi etiam ab hujuſmodi conviviis, quantùm fieri poteſt, prohibeantur.

De Pœnitentibus.

20. q. 7. pro qualitate.

CAP. X. Ut pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & ut Preſbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem: niſi abſentiæ Epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuſcunque autem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quòd univerſam Eccleſiam commoverit, ante abſidem manus ei imponatur.

Item 26. q. 6. Presbyter. c. ſi.

(a) *Princeps Sacerdotum.*] Leo IX, Epiſt. ad Petrum & Joannem Epiſcopos Africæ. *In ſingulis Provinciis Africæ antiquitus inſtituebantur, non ſecundùm potentiam alicujus civitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis, quibus tamen omnibus præerat unus ſcilicet Carthaginenſis Archiepiſcopus, qui etiam non incongruè dici poſſet Metropolitanus propter Carthaginem Metropolim totius Africæ, quamvis major Metropolitanus ſit ex Archiepiſcopalibus dignitatibus.* De Primordiis Africæ ita legitur in Concilio Carthaginenſi, cap. 25: *Primæ ſedis Epiſcopus non appellatur, &c.*

De Virginibus.

28. q. 2. *Qui religiosis.*

CAP. XI. Ut Virgines ſacræ, cum parentibus, à quibus cuſtodiebantur, privatæ fuerint, ab Epiſcopo cuſtodiantur. Ubi autem Epiſcopus abſens eſt, providentia gravioribus fœminis commendetur, ut ſimul habitantes invicem ſe cuſtodiant: nè paſſim vagando Eccleſiæ lædant exiſtimationem.

De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt.

De conſecr. Diſt. 4. Ægrotantes, de conſecr. Diſt. 2. Scænicis.

CAP. XII. Ut ægrotantes, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimonium hi, qui ſuis periculo proprio aſſuêre, dixerint, baptizentur. Ut ſcænicis, atque hiſtrionibus, cæteriſque hujuſmodi perſonis reconciliatio non negetur.

De Paſſionibus Martyrum.

CAP. XIII. Liceat etiam legi paſſiones Martyrum, cùm anniverſarii dies eorum celebrantur.

De parvulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.

2. q. 4. c. *Placuit ut.*

CAP. XIV. De Donatiſtis placuit, ut conſulamus Fratres, & Conſacerdotes noſtros Syricium, & Symplicianum de ſolis infantibus, qui baptizantur penes eoſdem: nè quod ſuo non fecerunt judicio, cùm ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint converſi, parentum illos error impediat, nè promovcantur ſacri altaris Miniſtri.

Quibus inſertis, Honoratus, & Urbanus Epiſcopi, Legati Provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, dixerunt: Jam dudum, cùm apud Sanctitatem veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus eâ contemplatione, quouſque Fratres noſtri advenire poſſent de Numidia legati: ſed quia non parvi dies ſunt, quibus expectati minimè venerunt, ultra prætermittere, quæ nobis mandata ſunt à noſtris Coepiſcopis, non oportet; atque ideo Fratres ſuggeſtionem noſtram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatûs audivimus, verum * eſt de ſacrificiis inhibendis poſt prandium, ut ab jejunis, ſicut dignum eſt, offerantur, & tunc, & nunc firmatum eſt.

* Forte ♂

De rebaptizationibus, & reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum.

De conſecr. Diſt. 4. Non licet fieri.

CAP. XV Illud autem ſuggerimus mandatum nobis: quod etiam in Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum, ut non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes, vel tranſlationes Epiſcoporum. Nam Creſconius * villæ Rhegenſis Epiſcopus, plebe ſuâ derelictâ, Tubunienſem invaſit Eccleſiam, nec uſque hodie commonitus, ſecundùm quod ſtatutum fuerat, relinquere eandem, quam invaſerat, plebem contempſit. Adverſùm iſtum quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audivimus: ſed petimus, ſecundùm quod nobis mandatum eſt, ut dignemini dare fiduciam, quo jam neceſſitate ipſâ cogente liberum nobis ſit Rectorem Provinciæ ſecundùm ſtatuta glorioſiſſimorum Principum adverſùs illum adire: ut qui miti admo-

Al.* *villa Regen.*

11. q. 1. c. *Petimus, ut dignemini.*

nitione ſanctitatis veſtræ adquieſcere noluit, & emendare inlicitum, authoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius Epiſcopus dixit: Servatâ formâ diſciplinæ non æſtimabitur appetitus, ſi à veſtra charitate modeſtè conventus recedere detractaverit: cùm fuerit ſuo contemptu, & contumacia faciente etiam authoritate jndiciariâ * conventus. Honoratus, & Urbanus Epiſcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, & juſtum eſt.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

* *Convictus, diſcedat.*

Quot Epiſcopi ordinare Epiſcopum debeant.

CAP. XVI. Honoratus, & Urbanus Epiſcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum eſt, ut quia proximè Fratres noſtri Numidiæ duo Epiſcopi ordinare præſumpſerunt Pontificem: non niſi a XII cenſeatis celebrari Epiſcoporum ordinationes. Aurelius Epiſcopus dixit: Forma antiqua ſervabitur, ut non minus quàm tres ſufficiant, qui fuerint deſtinati ad Epiſcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripoli ſortè, & in Arzuge interjacere videntur barbaræ gentes, nam in Tripoli, ut aſſeritur, Epiſcopi ſunt quinque tantummodo, & poſſunt ſortè de ipſo numero vel duo neceſſitate aliquâ occupari: difficile eſt enim ut de quolibet numero omnes poſſint occurrere, nunquid debet hoc ipſum impedimento eſſe Eccleſiaſticæ utilitati? Nam & in hac Eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra Sanctitas convenire, crebro, ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus: nunquid nam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus advocare Epiſcopos? ſed facilè eſt mihi duos adjungere meæ parvitati vicinos. Quapropter cernit mecum charitas veſtra hoc ipſum obſervari non poſſe.

Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum.

CAP. XVII. Sed & illud eſt ſtatuendum, ut quando ad eligendum Epiſcopum convenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata ſunt apud nos, non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres Epiſcopi jam: ſed poſtuletur ad numerum ſupradictorum, ſi haberi poſſunt, unus vel duo, & in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonæ contradicentium. Poſtremò etiam illa, quæ objiciuntur, pertractentur, & cum purgatus fuerit in conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ Sanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

Diſt. 23. c. Illud ſtatuendum eſt.

Ut de Eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuncietur.

CAP. XVIII. Honoratus, & Urbanus Epiſcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio noſtro omnia tractata noſcuntur, addimus etiam de die Paſchæ nobis eſſe

esse mandatum, ut de Ecclesia semper Carthaginensi, sicuti adsolet, instituamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius Episcopus dixit : Si Sanctitati vestræ videtur, quoniam nos spopondisse jam dudum meminimus, ut singulis quibusque annis ad tractandum conveniamus, & cùm * venerimus in unum, tunc divulgabitur sanctus Paschæ dies per Legatos, qui adfuerint Concilio. Honoratus, & Urbanus Episcopi dixerunt : nunc de præsenti cœtu petimus, ut litteris Provinciam nostram de hac die informare dignemini. Autelius Episcopus dixit : Ita fiat necesse est.

Al. * *convenerimus.*

De visitandis Provinciis.

CAP. XIX. Honoratus, & Urbanus Episcopi dixerunt : Et illud nobis verbo mandatum est, ut quia constitutum est in Concilio Hipponensi, singulas debere Provincias tempore Concilii visitandas esse, dignemini etiam, quod hoc anno secundùm ordinem distuliſtis, vel alio anno Mauritaniam Provinciam visitare. Aurelius Episcopus dixit : Tunc de Provincia Mauritania, propter quod in finibus Africæ posita sit, nihil statuimus, siquidem vicinæ sunt barbarico, sed præstet Deus, ut ex abundanti non pollicentes venire possimus ad vestram Provinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi, & Tripolitani, & Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

Ut Diœceses, nisi ex consensu Episcopi proprii, Episcopum non accipiant.

CONCILIUM AFRICANUM. 16. q. 1. c. *Multis Conciliis.*

CAP. XX. Epigonius Episcopus dixit : Multis Conciliis hoc statutum à cœtu Sacerdotali est, ut plebes, quæ in Diœcesibus ab Episcopis retinentur * Episcopos nunquam habuerunt, nonnisi cum voluntate ejus Episcopi à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est Episcopos. At verò quia nonnulli dominatu quodam adepto communionem fratrum abhorrent, vel certè, cùm depravati fuerint, quasi in quadam arce tyrannica sibi dominatum * vendicant, quòd plerique tumidi, atque stolidi adversùm Episcopum suas cervices erigunt Presbyteri, vel conviviis sibi concinnantes plebem, vel certè persuasu maligno, ut illicito favore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis tuæ tenomus votum, Fratet religiose Autelii, qui hæc sæpe oppressisti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & pravè continuata Concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in Diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium Episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet hoc, quod prosecutus sum, confirmetur. Autelius Episcopus dixit : Frattis, & Consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto : sed hoc me & feciſſe, & facturum esse profiteor circa eos sanè, qui fuerint concordes, non

Al. * *Episcopum.*

Al. * *vindicant.*

CODEX CANONUM. *CONCILIUM AFRICANUM.*

solùm circa Ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium. Sunt enim plerique conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, ut dictum est, eorum scalpentes aures, blandi ad seducendum, vitiosæ vitæ homines, vel certè inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conventi ad Concilium venire detrectant: sua fortè nè prodantur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos non tantùm Diœceses non esse servandas, verùm & de propria Ecclesia, quæ illis malè saverit, omnimodo adnitendum, ut etiam authoritate publicâ rejiciantur, atque ab ipsis principalibus Cathedris removeantur. Oportet enim, ut qui universis fratribus, ac toto Concilio inhæserit, non solùm suam integrè, sed & Diœceses possideat. At verò, qui sibimet putant plebes sufficere, fraternâ dilectione contemptâ, non tantùm Diœceses amittant, sed, ut dixi, etiam propriis publicâ careant authoritate, ut rebelles. Honoratus, & Urbanus Episcopi dixerunt: Summa provisio Sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto, omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, roboranda. Universi Episcopi dixerunt: Placet, placet.

2. *Timoth.* 4.

Ut alienus Clericus minimè susciptatur ab alio.

CAP. XXI. Epigonius Episcopus dixit: In multis Conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc * confirmandum est à vestra prudentia, beatissimi Fratres, ut Clericum alienum nullus sibi præripiat Episcopus præter ejus arbitrium, cujus fuerit Clericus. Dico autem Julianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium, & audacem extitisse, ut eum, qui à me baptizatus est, cùm esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatus, cùmque multis annis à me aleretur, atque incresceret, hunc, ut dixi, baptizatum esse in Ecclesia mea per manum parvitatis meæ constat, idem in Diœcesi Mappalienſi lector esse cœperat, imò annis fermè duobus legerat, nescio quo contemptu humilitaris meæ idem Julianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium civem sui loci Vazaritani, me inconsulto usurpare, nam & Diaconum illum ordinavit, hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis, beatissimi Fratres: si minùs, tam impudens cohibeatur, nè se misceat communioni cujusquam. Numidius Episcopus dixit: Si non postulata, neque consulta tuâ dignatione id videtur seciſſe Julianus, judicamus omnes iniquè factum, atque indignè. Quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem Clericum, quem fuerat ausus ordinare, revocaverit tuæ plebi, contra statuta Concilii faciens, contumaciæ suæ separatus à nobis, excipiet judicium. Epigonius Episcopus dixit: Ætate pater, & ipsâ promotione antiquissimus, vir laudabilis, frater & collega noster

Al.* *confirmatum.*

Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Ut Carthaginenſi Epiſcopo, unde voluerit, Clericum liceat ordinare.

Cap. XXII. Aurelius Epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite, Fratres. Contingit nonnunquam, ut poſtulentur ab Eccleſiis, quæ præpoſitis egent, ut Preſbyteris, vel Epiſcopis: & tamen memor ſtatutorum id ſequor, ut conveniam Epiſcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus Clericus à qualibet Eccleſia poſtuletur, ſed fortè in hodierno non reluctati ſunt, & nequando contingat, ut reluctentur, cùm fuerint à me in hac cauſa poſtulati: quem ſcitis multarum Eccleſiarum, & ordinandorum curam ſuſtinere. Juſtum eſt ergo, ut quemlibet Conſacerdotum conveniam cum duobus è conſortio noſtro, vel tribus teſtibus. Sin verò indevotus extiterit, quid cenſet charitas veſtra faciendum? Ego enim cunctarum Eccleſiarum, dignatione Dei, ut ſcitis, Fratres, ſollicitudinem ſuſtineo. Numidius Epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuiſſet conventus, pro deſiderio cujuſque Eccleſiæ ordinare Epiſcopum. Epigonius Epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem, minùs enim præſumis, Frater, cùm te bonum, & clementem omnibus præbes; habes enim hoc in arbitrio ſatis eſt, ut ſatisfiat perſonæ uniuſcujuſque Epiſcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quod * libet huic ſedi vendicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes Eccleſias ſuffulcire, unde tibi non poteſtatem damus, ſed tua adſignamus: ut liceat voluntati tuæ & ſemper tenere quem voles, ut præpoſitos plebibus, vel Eccleſiis non conſtituas, qui poſtulati fuerint, & unde voles. Poſthumianus Epiſcopus dixit: Nè inde, qui unum habuerit, nunquid debet illi unus Preſbyter auferri? Aurelius Epiſcopus dixit: Sed Epiſcopus unus eſſe poteſt, per quem dignatione divinâ Preſbyteri multi conſtitui poſſint; unus autem Epiſcopus difficilè invenitur conſtituendus. Quapropter ſi neceſſarium Epiſcopatui quis habuerit Preſbyterum, & unum, ut dixiſti, frater, habuerit: etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſthumianus Epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes Clericos, debet mihi alia plebs ſubvenire. Aurelius Epiſcopus dixit: Sanè quando tu Eccleſiæ alteri ſubveneris, perſuadebitur illi, qui plures habet Clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

Cunctarum per Africam tantùm. Non per totum orbem, ſicut Rom. Pont. Diſt. 29. Ita Dominus.

Ut Epiſcopi, qui in Diœceſibus fuerint ordinati, Diœceſim ſibi nullam vendicent.

Cap. XXIII. Honoratus, & Urbanus Epiſcopi dixerunt: Audivimus conſtitutum, ut Diœceſes non mereantur Epiſcopos accipere, niſi conſenſu ejus, ſub quo fuerant conſtitutæ: ſed in Provincia noſtra cùm aliqui fortè in Diœceſi, concedente eo Epiſ-

Al. * *licet.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM AFRICANUM.

copo, in cujus poteſtate ſuerant conſtituti, ordinati ſunt Epiſcopi, etiam Diœceſes ſibi vendicant, hoc & corrigi charitatis veſtræ judicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius Epiſcopus dixit: Singulis Epiſcopis ſervatum eſt, quod decebat, ut ex maſſa Diœceſium nulla carperetur, ut proprium Epiſcopum habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conceſſerit, ut eadem Diœceſis permiſſa proprium tantùm Epiſcopum habeat, cæteras ſibi non vindicent Diœceſes, quia exempta de faſce multarum ſola meruit honorem Epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius Epiſcopus dixit: Non dubito charitati veſtræ omnium placere eum, qui in Diœceſi, concedente Epiſcopo, quæ matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur univerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro convenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Univerſi Epiſcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc noſtrâ ſubſcriptione firmavimus, & ſuſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Ut parvuli apud Donatiſtas baptizati, in Catholica Eccleſia Clerici ordinentur.

Supra c. 24. 2. q. 4. c. Qui apud Donatiſtas.

CAP. XXIV. Unde (a) quoniam ſuperiori Concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit unanimitas veſtra, ut hi, qui apud Donatiſtas parvuli baptizati ſunt, nondum, ſcire valentes erroris eorum interitum: & poſteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnitâ veritate falſitatem eorum abhorrentes ad Eccleſiam Dei Catholicam per univerſum mundum diffuſam ordine aptiquo, per manûs impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendum munus Clericatûs non impedire nomen erroris, cùm veram Eccleſiam illorum putaverint ad fidem accedendo, & ibi Chriſto crediderint, & Trinitatis ſacramenta perceperint, quæ omnia vera, & ſancta, atque divina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quanquam & Hæreticorum præſumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audiat, quæ quoniam ſimplicia ſunt, ut prænonet beatus Apoſtolus dicendo: Unus Deus, una fides, unum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemel dare oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manûs impoſitionem in unam Eccleſiam, columbam, ut dictum eſt, & unam matrem omnium Chriſtianorum, ubi omnia illa Sacramenta ſalubriter & æterna, & vitaliter accipiuntur: quæ perſeverantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quòd eis in veritate ad æter-

Epheſ. 4.

(a) *Unde quoniam*] Hæc ſunt ex Concilio Carthagine habito in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ XVII Kal. Jul. poſt Conſulatum Fl. Stiliconis.

nam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quòd fugientes nonnulli, & matris Eccleſiæ ubera cognoſcentes, qui illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt, quibus Sacramentorum rebus cùm vitæ bonæ probitas acceſſerit, ſine dubio ad officium Clericatûs tales eſſe applicandos, & maximè in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt, qui non * concedat. Quanquam nonnulli ejuſdem ſectæ Clerici cum plebibus, atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderent: qui amore honoris aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc majori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo: ut prudentiori ſuo conſilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cùm perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantùm de his, qui infantes baptizati ſunt ſatagimus, ut noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. Omnia ergo, quæ ſuperiùs comprehendimus, apud ſanctos Epiſcopos agenda eſſe mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendat.

Al.* *cedat.*

De reliquiis Idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.

Cap. XXV. Inſtant etiam aliæ neceſſitates à religioſis Imperatoribus poſtulandæ, ut reliquias Idolorum per omnem Africam jubeant penitus ſamputari: nam pleriſque in locis maritimis, atque poſſeſſionibus diverſis adhuc erroris iſtius iniquitas viget, ut præcipiantur & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis conſtituta nullo ornamento ſunt, jubeantur omni modo deſtrui.

Canonum. Codex *Concilium Africanum.*

Ut Clerici de judicii ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium.

Cap. XXVI. Petendum etiam, ut ſtatuere dignentur, ut ſi ſortè in Eccleſia quamlibet cauſam jure Apoſtolico Eccleſiis impoſito agere voluerint, & ſortaſſe deciſio Clericorum uni parti diſplicuerit, non liceat Clericum in judicio ad teſtimonium devocari eum, quia cognitor, vel præſens fuit, ut nulla ad teſtimonium dicendum Eccleſiaſtici cujuſlibet perſona pulſetur.

De Paganorum conviviis auferendis.

Cap. XXVII. Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili * attracta ſunt, ita ut nunc à Paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſecutio altera fieri occultè videatur, vetari talia jubeant, & de civitatibus, & de poſſeſſionibus impoſitâ pœnâ prohiberi: maximè, cùm etiam in natalibus beatiſſimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam,

Al.* *attracta.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

quod pudoris eſt dicere, ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos, atque plateas exerceant, ut matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor, devotè venientium ad ſacratiſſimum diem, injuriis laſcivientibus appetatur, ut etiam ipſius ſanctæ religionis pene fugiatur acceſſus.

De ſpectaculis, ut die Dominico vel cæteris ſanctorum feſtivitatibus minimè celebrentur.

CAP. XXVIII. Necnon & illud petendum, ut ſpectacula theatrorum cæterorumque ludorum die Dominicâ, vel cæteris religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoveantur, maximè quia ſancti Paſchæ octavarum die populi ad circum magis, quàm ad Eccleſiam conveniunt, deberi transferri devotionis eorum dies, ſiquando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula; maximè, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à quoquam adhibenda eſt: ſed uti oportet hominem liberâ voluntate ſubſiſtat ſibi divinitus conceſſâ. Corporatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad ſpectacula convenire.

De Clericis damnatis.

CAP. XXIX. Et illud petendum, ut ſtatuere dignentur, ut ſi quis cujuſlibet honoris Clericus judicio Epiſcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſivè ab Eccleſiis quibus præfuit, ſivè à quolibet homine defenſari, interpoſitâ pœnâ damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant.

De Hiſtrionibus Chriſtianis factis.

CAP. XXX. Et de his etiam petendum, ut ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non cum liceat à quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.

*De Manumiſſionibus, * ut in Eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum.*

Al.* in Eccleſia celebrandis.

CAP. XXXI. De manumiſſionibus ſanè in Eccleſia dicendis, ſi id noſtri Conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiam erit fiduciæ iſtorum ordinem ſequi: datâ planè licentiâ miſſo Legato, ut quæcunque dignâ fide pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conſpectu Domini accepturos. Quæ omnia, ſi Sanctitati veſtræ placent, edicite: ut & meam ſuggeſtionem ratam eſſe vobis advertant, & noſtram omnium conſenſionem ſinceritas eorum libenter accipiat. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placent hæc, quæ injuncta ſunt peragenda, & prudenter à tua Sanctitate narrata.

De Equitio damnato Epiſcopo.

CAP. XXXII. Aurelius Epiſcopus dixit: Equitii etiam, olim

merito ſuo Epiſcopali ſententiâ damnati, non arbitror prætereundam eſſe Legationis cauſam : ut ſi fortè eum in illis partibus repererit, ſit eidem Fratri noſtro curæ pro Eccleſiæ ſtatu quod oportuerit, vel ubi licuerit, adversùs eum peragere. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt : Multùm placet, & iſta perſecutio, maximè cùm olim damnatus ſit Equitius, & ejus impudens inquietudo pro ſtatu & ſalute Eccleſiæ magiſque ubique repellenda. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi & prælecto ſubſcripſi : ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc Concilio litteræ leguntur Anaſtaſii Romani Pontificis, de Donatiſtis Catholicos Epiſcopos admonentis.

Vincentio, (a) & Flabito VV. CC. Conſſ. Idus Septembris, Carthagine in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, cùm in Concilio congregati in Eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus Provinciis Epiſcopi, id eſt, Aurelius ejuſdem ſedis Epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat : ait idem Aurelius Epiſcopus, recitatis Epiſtolis beatiſſimi Fratris, & conſacerdotis noſtri Anaſtaſii, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos paternæ, & fraternæ charitatis ſollicitudine, ac ſinceritate adhortatus eſt, ut de hæreticorum, & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis, & improbitatibus, quibus Africanam Eccleſiam Catholicam graviter vexant, nullo modo diſſimulemus. Gratias agimus Domino noſtro, quòd illi optimo, ac ſancto Antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti, quamvis in diverſitate terrarum, ſed in una compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.

Ut cum Donatiſtis lenius agatur.

CAP. XXXIII. Deinde pertractatis, & conſideratis omnibus, quæ utilitati Eccleſiæ convenire videbantur, annuente, atque admonente Spiritu Dei eligimus cum memoratis hominibus, quamvis de Dominici corporis unitate inquietâ diſſenſione præciſis, leniter, & pacificè agere : ut quantùm in nobis eſt omnibus, qui eorum communione, & ſocietate irretiti ſunt per univerſas Provincias Africanas penitus innoteſcat, quàm miſerabili errore devincti ſunt, nè fortè, ſicut dicit Apoſtolus, nobis in manſuetudine corripientibus diverſa ſentientes det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captivati ab ipſo in ipſius voluntatem. 2. *Timoth.* 2.

De litteris mittendis Judicibus, ut ea, quæ inter Donatiſtas & Maximianiſtas acta ſunt, innoteſcant.

CAP. XXXIV. Itaque placuit, ut ex Concilio noſtro litteræ

(a) *Vincentio & Flabito*] V. C. *Flavita.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM AFRICANUM.

darentur ad Judices Africanos, à quibus hoc peti congruum videretur, ut in hoc adjuvent communem matrem Eccleſiam Catholicam, in quo Epiſcopalis authoritas communiri civitatibus poteſt, id eſt, ut * judicari à poteſtate atque diligentia ex fide Chriſtiana quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ Baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant, & geſtis publicis propter firmam notitiam, omnibus neceſſariam, faciant inhærere.

* Lego *judiciaria.*

Ut Clerici Donatiſtarum in Eccleſiâ Catholicâ ſuſcipiantur in Clero.

CAP. XXXV. Deinde placuit, ut litteræ mittantur ad Fratres, & Coepiſcopos noſtros, & maximè ad Sedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater, & collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem, propter Eccleſiæ pacem, & utilitatem: ut & ipſis Donatiſtis quicunque Clerici correcto conſilio ad Catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundùm uniuſcujuſque Epiſcopi Catholici voluntatem, atque conſilium, qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. Quod multarum, & penè omnium Africanarum Eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur, non ut Concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur: ſed ut illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad Catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compenſatio procuretur. Per quos autem vel omni modo * perfici, vel adjuvari manifeſtis fraternarum animarum lucris Catholica unitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit: non eis obſit, quod contra honores eorum, quamvis ſalus nulli intercluſa ſit, in tranſmarino Concilio ſtatutum eſt, id eſt, ut ordinati in parte Donati, ſi ad Catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundùm tranſmarinum Concilium, ſed exceptis his, per quos Catholicæ unitati conſuletur.

Al. * *prafici.*

Ut Legatio ad Donatiſtas componendæ pacis gratiâ dirigatur.

CAP. XXXVI. Deinde placuit, ut his peractis Legati etiam prædicandæ pacis atque unitatis, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, & numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſivè quos habent Epiſcopos, ſivè ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quàm nihil habeant quòd adversùs Eccleſiam Catholicam juſtè poſſint dicere; maximè, ut manifeſtum fiat omnibus per geſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: ubi eis divinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam iniquè tunc illos ab Eccleſiæ unitate præciſos, quàm

quàm iniquè nunc clamant à ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe, ex quorum tamen numero quos jam plenarii Concilii ſui authoritate damnaverant, in ſuis honoribus denuo receperunt, baptiſmum, quem damnati, & excluſi dederant, acceptaverunt: ut videant, quàm ſtulto corde reſiſtant paci Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cùm iſta faciant pro parte Donati, neque ſe iſtorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis contaminari dicant, & nos condemnent, id eſt Eccleſiam Catholicam, etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes convincere nequiverunt.

Qui Clerici ab uxoribus debeant abſtinere.

Supra in Conc. Carth. c. 25. CAP. XXXVII. Præterea (a), cùm de quorundam Clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur: placuit, Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos ſecundùm priora ſtatuta etiam ab uxoribus continere, quòd niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio. Cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm uniuſcujuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.

De his qui plebes proprias derelinquunt.

7. q. 1. c. Placuit, ut nemini. CAP. XXXVIII. Rurſum placuit, ut nemini ſit facultas, relictâ principali Cathedrâ ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutiùs quàm oportet, conſtitutum, curam, vel frequentationem propriæ Cathedræ negligere.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur utrùm fuerint baptizati.

De conſecr. Diſt. 4. c. Placuit de infantibus. CAP. XXXIX. Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari. Hinc enim Legati Maurorum, Fratres noſtri, conſuluerunt: quia multos tales à barbaris redimunt.

Diem Paſchæ, & diem Concilii nunciandum.

De conſecr. Diſt. 3. Placuit ut venerabilis. CAP. XL. Item placuit, ut dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur: dies verò Concilii idem ſervetur, qui in Hipponenſi Concilio conſtitutus eſt, id eſt, x Kal. Septembris. Et ſcribendum ad ſingularum quarumque Provinciarum Primates, ut quando apud ſe Concilium congregant, iſtum diem non impediant.

(a) *Præterea, &c.*] Tertius Canon Concilii V.

CODEX CANONUM.

Ne interventor Epiſcopus Cathedram, ubi interventor eſt, teneat.

CONCILIUM AFRICANUM. 7. q. 1. c. Conſtitutum eſt.

CAP. XLI. Item conſtitutum eſt, ut nulli interceſſori licitum ſit Cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere, ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat: quòd ſi neglexerit, anno exempto interventor alius tribuatur.

De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.

23. q. 3. Ab Imperatoribus.

CAP. XLII. Ab Imperatoribus, univerſis viſum eſt, poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum, moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia, ut defenſores eis adversùs potentias divitum cum Epiſcoporum proviſione delegentur.

De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrunt.

Diſt. 18. c. Placuit, ut.

CAP. XLIII. Item placuit, ut quotieſcunque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliquâ graviori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant, & à Primatibus ſuarum quarumque Provinciarum intimetur, ut de univerſis Epiſcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de ſingulis turmis viciſſim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilii inſtantiſſimè occurrant. Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in * tractatoria ſubſcribant, vel ſi poſt adventum tractoriæ aliquæ neceſſitates repentè forſitan ortæ fuerint: nili rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, Eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.

* Gratianus habet *litteratoria conferibuat.*

De Creſconio.

CAP. XLIV. DeCreſconio Villa-Regenſi hoc omnibus viſum eſt, ut hinc quoque Primati Numidiæ intimetur, quò cognoſcat memoratum Creſconium ſcriptis ſuis conveniendum eſſe, ut proximo univerſali Africano Concilio ſuam præſentiam non differat exhibere: quòd ſi venire contempſerit, in ſe cognoſcat ſententiam promulgatam.

De Eccleſia Hipponenſium Diaretorum.

CAP. XLV. Rurſum placuit, ut quoniam Hipponenſium Diaretorum Eccleſiæ deſtitutio non eſt diutius negligenda, Eccleſiæ ibi ab his retineantur, qui Equitii facinoroſam communionem declinaverunt, miſſis ex præſenti Concilio Epiſcopis, Regino, Alypio, Auguſtino, Materno, Theaſio, Evodio, Placiano, Urbano, Valerio, Ambivio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorio, Januatio, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Evangelo, & Rogatiano. Convertis ergo, & correctis his, qui culpabili pertinaciâ fugam ejuſdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis Epiſcopus ordinetur. Si autem illi pacem conſiderare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præpoſito

utilitatem tanto tempore Eccleſiæ deſtitutæ.

De Clericis qui intra annum cauſam ſuam agere non procuraverint.

71. q. 3. c. Rurſus conſtitutum eſt.

CAP. XLVI. Rurſus conſtitutum eſt, ut quoties Clericis convictis, & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem Hæreticorum, atquè Gentilium, ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant: ſi verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

Ut de alieno Monaſterio ſuſceptos, nec præpoſitos Monaſterii, nec Clericos liceat ordinare.

Diſt. 58. c. ſi.

CAP. XLVII. Item placuit, ut ſi quis de alterius Monaſterio repertum vel ad Clericatum promovere voluerit, vel in ſuo Monaſterio Majorem Monaſterii conſtituerit, Epiſcopus qui hoc fecerit, à cæterorum communione contemptus ſit, & ille neque Clericus, neque Præpoſitus perſeveret.

De Epiſcopis qui Hæreticos vel Paganos hæredes inſtituunt.

CAP. XLVIII. Item conſtitutum eſt, ut ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel Hæreticos etiam conſanguineos, aut Paganos Eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus deceſſerit, qui utique debuit factus Epiſcopus rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre.

De Manumiſſionibus.

CAP. XLIX. Item placuit, ut de Manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis ab Imperatore petatur.

De falſis memoriis Martyrum.

De conſecr. Diſt. 1. Placuit ut altaria.

CAP. L. Item placuit, ut altaria, quæ paſſim per agros, & per vias, tanquam memoriæ Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur: ſi autem hoc per tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, nè illa loca frequentent, ut qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione devincti teneantur, & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus, aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſimâ origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubicunque conſtituuntur altaria, omni modo reprobentur.

De Idolorum reliquiis extirpandis.

CAP. LI. Item placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, ut reliquiæ Idololatriæ non ſolùm in ſimulacris, ſed in quibuſcunque locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

Ut ab Epiſcopo Carthaginenſi, cùm opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomine dictentur & ſubſcribantur Epiſtolæ.

CAP. LII. Ut ſi quæ litteræ dictandæ in Concilio placuerint, venerandus Epiſcopus, qui huic Sedi præſidet, omnium nomine dictare, & ſubſcribere dignetur, in quibus etiam ad Epiſcopos Legatos, qui per Provincias Africanas in cauſa Donatiſtarum mittendi ſunt, placuit litteras dari tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc Concilio præterita decreta firmantur.

Glorioſiſſimis Imperatoribus Arcadio, & Honorio Auguſtis V. Conſſ. ſexto Kal. Septembris, in civitate Melibitana, in Secretario Baſilicæ, cùm Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis in Concilio univerſali conſediſſet, adſtantibus Diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Quoniam Eccleſiæ ſanctæ unum eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt unum, factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem juvante, ut ad hanc Eccleſiam veniremus dilectionis, & fraternitatis gratiâ invitati, unde quæſo charitatem veſtram, quia ita credendum eſt, quia noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuavis eſt cunctis, ut conſenſus omnium veſtrûm manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ jamdudum vel in Hipponenſi Synodo firmata ſunt, vel poſtmodùm meliore Concilio apud Carthaginem definita, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc, quæ à nobis ſuperioribus Conciliis legaliter definita noſcuntur, non ſolùm conſenſu veſtro his actis, verùm & ſubſcriptionibus manifeſtetis. Cantippus Epiſcopus primæ Sedis Numidiæ ſuâ manu confirmavit ſubſcribendo etiam nobis placere poſſe, & noſtrâ ſubſcriptione firmamus. Nicetius Epiſcopus primæ Sedis Mauritaniæ Sitiſenſis dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione non carent, & ſunt approbata cunctis, etiam & meæ parvitati hæc placent, quæ quidem propriâ ſubſcriptione firmabo.

De Epiſcoporum ordine, ut qui poſterius ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.

CAP. LIII. Valentinianus Epiſcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequor ea, quæ præterito tempore in Eccleſia Carthaginenſi geſta ſunt, & ſubſcriptionibus fratrum firmata claruerunt, etiam nos hoc ſervaturos eſſe profiteor: ſed illud ſcimus, inviolatè ſemper manſiſſe Eccleſiaſticam diſciplinam: ita ut nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquando auderet anteponere, ſed officiis charitatis id ſemper

exhibitum eſt prioribus, quòd in ſequentibus grataner ſemper acciperetur. Hunc ordinem jubeat Sanctitas veſtra meliùs veſtris interlocutionibus roborari. Aurelius Epiſcopus dixit: Non decuerat quidem, ut hæc repeteremus, niſi ſortè exiſterent inconſideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus; ſed communis hæc cauſa eſt, quam inſinuavit Frater, & Conſacerdos noſter, ut unuſquiſque noſtrûm ordinem ſibi decretum à Deo cognoſcat, * nec poſteriores anterioribus ſe præferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant. Qua de re dico, prout captus animi mei retinet, eos, qui putaverint, ſpretis majoribus, aliquid præſumendum, competenter ab omni eſſe Conſilio coercendos. Xantippus Epiſcopus primæ Sedis Numidiæ dixit: Audivit omnium Fratrum præſentia proſecutionem Fratris, & Conſacerdotis noſtri Aurelii, quid ad hæc reſpondent. Datianus Epiſcopus dixit: Quæ majorum decrevit ſententia, noſtro aſſenſui mancipabuntur, ut quæ præteritorum Conciliorum geſtis tenentur Carthaginenſis Eccleſiæ, noſtrâ aſſenſione plenè apud omnes firma teneantur. Univerſi Epiſcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus, & à majoribus ſervatus eſt, & à nobis Deo propitio ſervabitur, ſalvo etiam jure Primatus Numidiæ, & Mauritaniæ.

Al. *Et poſteriores anterioribus deferant.*

De Archibo, & Matricula Numidiæ.

Archibus, pro Archivus. Deinde placuit omnibus Epiſcopis, qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt, ut Matricula, & Archibus Numidiæ, & apud primam Sedem ſit, & in Metropoli, id eſt * Conſtantina.

Al. * *Conſtantia.*

De Quodvultdeo Epiſcopo.

Cap. LIV. De Quodvultdeo etiam Centurienſi, quomodo adverſarius ipſius, cùm ſe petiſſet introduci ad Concilium noſtrum, interrogatus, utrùm cum eo vellet apud Epiſcopos experiri, primò promiſerat, & aliâ die reſpondit hoc ſibi non placere, atque diſceſſit, placuit omnibus Epiſcopis, ut nullus eidem Quodvultdeo communicet, donec cauſa ejus, qualem potuerit, terminum ſumat. Nam adimi ei Epiſcopatum, antequam cauſæ ejus exitus appareret, nulli Chriſtiano videri jure potuiſſet.

De Maximiano Epiſcopo.

Cap. LV. De Maximiano autem Bagajenſi & ad eum & ad ipſam plebem placuit de Concilio litteras dari, ut & ipſe ab Epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant.

Ut Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis Epiſtolas accipiant, quæ diem & Conſulem præferant.

Cap. LVI. Deinde placuit, ut quicunque deinceps ab Epiſcopis ordinantur per Provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus ſuis manu eorum conſcriptas, continentes Conſulem, & diem: ut nulla altercatio de poſterioribus, vel anterioribus oriattur.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

De his qui vel ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoveri.

CAP. LVII. Item placuit, ut quicunque in Eccleſia vel ſemel legerit, ab alia Eccleſia ad Clericatum non teneatur. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc Concilio quid egerint Epiſcopi qui ad tranſmarina legati directi ſunt, intimatur.

Glorioſiſſimo Imperatore Theodoſio Auguſto, & * Rumorido V. C. Conſſ. VIII. Kal. Septembris, Carthagine, in Baſilica regionis ſecundæ, cùm Aurelius Epiſcopus in univerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus Diaconis Aurelius Epiſcopus dixit: Exigente ratione fraternitas veſtra à mea tenuitate ad hoc Concilium congregata eſt; jamdudum enim, ſicut veſtra Sanctitas recordatur, habito Concilio deſtinavimus fratres noſtros ad tranſmarina Legatos, quos oportuit in cœtu Sanctitatis veſtræ perfunctæ legationis curſum narrare, & licèt heſterno die de hac re * conſidentibus nobis præter geſta Eccleſiaſtica diligentiùs quæ geſſerint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum heſterni diei actis Eccleſiaſticis confirmari.

Al. * *Rumidino.*

Univerſali, quoad Africanos.

Al. * *Conſiderantibus.*

De Epiſcopis Provinciarum Africæ, qui non adfuerunt præſenti Concilio.

Ordo itaque rerum depoſcit, ut primitus de Fratribus noſtris, & Conſacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzantio, vel certè de Mauritania convenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreverint intereſſe, & offerentibus (a) Philologo, * Geſta, Venuſtiano, & Feliciano, Epiſcopis Provinciæ Byzantinæ Legationis litteras, & recitatis, offerentibus etiam Luciano, & Sylvano Legatis Provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis Legationis litteras, & recitatis, Aurelius Epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis.

Al. * *Teſta ut ſit nomen aut cognomen proprium.*

De Epiſcopis Byzantinis.

Numidius Epiſcopus dixit: Animadvertimus Fratres, & Coepiſcopos noſtros Byzantinæ Provinciæ, & Mauritaniæ Sitifenſis ad Concilium deſtinaſſe Legatos: nunc quæramus, utrùm Legati Numidiæ advenerint; vel certè Provinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæſarienſis.

De Epiſcopis Mauritaniæ Sitifenſis.

Lucianus, & Sylvanus Epiſcopi, Legati Provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis dixerunt: Serò ad Cæſarienſes fratres noſtros (b) tracta-

(a) *Philologo*] V. C. *Philologio.*

(b) *Tractatoria*] *Tractoria.*

toria venit, nam jam & illi venirent, tamen neceſſe eſt veniant, & confidimus de animis illorum, quia ſi quid in hoc Concilio gestum fuerit, & ipſi ſine dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

De Epiſcopis Numidiæ.

Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego, & ſancti Fratres Auguſtinus, & Poſidius; ſed de Numidia Legati mitti non potuerunt, quòd adhuc tumultu tironum, Epiſcopi propriis neceſſitatibus in civitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt. Nam etiam (a) tractatoriam Sanctitatis tuæ cùm ad ſanctum (b) ſenem ſancti Spiritûs deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, ut Concilium indiceretur, quòd inſtructa Legatio poſſet ad hoc Concilium deſtinari: ſed cùm eum poſterioribus litteris ammonerem, de impedimento tironum, ut ſuperiùs dixi, [c] reſcriptis propriis excuſavit.

De Tripolitanis verò Fratribus noſtris hoc potui condiſcere, quod Dulcicium Fratrem noſtrum deſtinaverunt Legatum: ſed quia non potuit occurrere, hoc aſſeveraverunt quidam filii noſtri venientes de ſupradicta Provincia, quod memoratus navi ſe commiſerat, & credendum eſt accidiſſe nonnullam de tempeſtatibus moram, quæ retardaret ejus adventum; tamen etiam circa ipſos, ſi charitati veſtræ placet, hæc forma ſervabitur, ut placita ad eoſdem Concilii tranſmittantur. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Hæc, quæ ſtatuit Sanctitas tua, omnibus placent.

De conveniendis Donatiſtis.

Cap. LVIII. Aurelius Epiſcopus dixit, quod in tractatum venit charitatis veſtræ, puto hoc Eccleſiaſticis geſtis eſſe firmandum. Profeſſio veſtrûm omnium hoc deprompſit, debere unumquemque noſtrûm in civitate ſua per ſe convenire Donatiſtarum Præpoſitos, aut adjungere ſibi vicinum collegam: ut pariter eos in ſingulis quibuſque civitatibus, vel locis per Magiſtratus, vel ſeniores locorum conveniant: hoc ſi omnibus placet, edicatur. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, & omnes hâc ſubſcriptione noſtrâ firmabimus. Petimus etiam, ut epiſtolis ad Judices de Concilio mittendis pro omnibus ſubſcribat Sanctitas tua. Aurelius Epiſcopus dixit: Si videtur charitati veſtræ, forma conventionis eorum recitetur; ut hunc tenorem proſecutionis omnes, ſi placuerit, teneamus. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt, Recitetur. Lætus notarius recitavit.

(a) *Tractatoriam*] *Tractoriam.*

(b) *Senem ſancti Spiritûs deferrem*] V. C. *Senem Xantippum deferrem.*

(c) *Reſcriptis propriis excuſavit.*] Quædam habentur in Græco hoc loco quæ hic deſunt, nec in veteribus Codicibus Latinis reperiuntur.

Forma conventionis Donatiſtarum.

CODEX CANONUM. CAP. LIX. Ille Epiſcopus Eccleſiæ illius dixit : Quid de authoritate illius ampliſſimæ Sedis impetraverimus, petimus gravitatem veſtram recitare, & geſtis innecti, atque ut in effectum deduci jubeatis. Recitatâ autem juſſione, atque actis innexâ, ille Epiſcopus Eccleſiæ illius dixit: Quid ergo nobis de Concilio Eccleſiæ Catholicæ mandatum ſit ad Donatiſtas per veſtram gravitatem perferendum, audire, & actis inſerere, & ad eos perferre dignemini, eorumque reſponſionem rurſus apud acta veſtra nobis inſinuare. Convenimus vos ex Concilii noſtri Catholicâ authoritate miſſi, de veſtra * correptione gaudere cupientes, conſiderantes Domini chatitatem, qui dixit, Beati pacifici, quia ipſi filii Dei vocabuntur, & admonuit per Prophetam etiam in his, qui dicunt ſe fratres noſtros non eſſe, dicere nos debere, fratres noſtri eſtis. Hanc ergo pacificam ex charitate venientem communionem noſtram contemnere non debetis, ut ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis adſerere, id eſt, ut congregato veſtro Concilio deligatis ex vobis, quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis, ut & nos poſſimus hoc facere, ut etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum eis, quos delegeritis, conſtituto loco, & tempore quicquid quæſtionis eſt, quod veſtram à nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant, & tandem aliquando adjuvante Domino Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat, nè propter animoſitatem hominum infirmi noſtri, & ignari populi ſacrilegâ diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraternè acceperitis, veritas facilè diluceſcet ; ſi autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facilè innoteſcet. Cùmque recitata eſſet, ab univerſis Epiſcopis dictum eſt, Satis placet; hoc fiat, & ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

CONCILIUM AFRICANUM.

* Forte *correctione.*

Matth. 5.

Pſal. 119.

Hæc Synodus adversùs Donatiſtas Legationem ad Principes dirigit.

Glorioſiſſimo Imperatore Honorio Auguſto VI Conſſ. XVI Kal. Julias, Carthagine, in Baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Theaſius, & Evodius contra Donatiſtas, in quo Concilio inſertum eſt communitorium, quod ita ſe continet.

Quale communitorium acceperunt Legati contra Donatiſtas.

CAP LX. Communitorium (a) fratribus, Theaſio & Evodio, Legatis ex Carthaginenſi Concilio ad glorioſiſſimos religioſiſſimoſque Principes miſſis, cum Domini auxilio piiſſimos Imperatores adierunt, ut eis inſinuent.

Quemadmodum plena fiducia

Hoc factum fuiſſe patet ex Aug. Epiſt. 152. ex Concilio Zertenſi.

(a) *Communitorium*] *Commonitorium.*

ſecundùm

ſecundùm ſuperioris anni Concilium Donatiſtarum Præpoſiti actis municipalibus ſunt conventi, ut ſi conſiderent de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacificè confetrent, & manſuetudine Chriſtianâ, ſi quid veritatis tenetent, non ambigerent demonſttare, quò ita ſincetitas Catholica, quæ jam ptidem ſupetioribus temporibus claruit, nunc quoque pet impetitiam, vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret: ſed quia diſſidentia premebantur, nihil penè auſi ſunt reſpondere. Unde quia impletum eſt erga eos Epiſcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati reſpondere nequiverunt, ad immanes violentias ſunt converſi: ita, ut multos Epiſcopos multoſque Clericos (ut de Laicis taceamus) inſidiis oppreſſetint, Eccleſias etiam aliquas invaſerint, aliquas invadere pettentaverint, ipſorum jam clementiæ eſt conſulete, ut Eccleſia Catholica, quæ eos religioſo utero genuit, & fidei firmitate nuttivit, eorum etiam proſpectione muniatut, ne temerarii homines religioſis temporibus infirmos populos tertendo prævaleant: quoniam ſeducendo depravare non poſſunt. Nota eſt enim, & ſæpe legibus conclamata circuncellionum, qua futunt, deteſtabilis manus. Quæ etiam ipſotum religioſiſſimorum ſuprà Principum frequentibus ſanctionibus condemnata eſt, adversùs quorum furorem poſſemus non inſolita, nec à Scriptutis ſanctis aliena impetrare * ſubſidia, quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus, fidelibus notum eſt, factioſorum conſpitationem militari etiam ſubmovit auxilio. Sed nos illud poſcimus, ut Catholicis Eccleſiis otdinum pet civitates ſingulas, & vicinorum quorumque poſſeſſorum per divetſa loca ſine ulla diſſimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, ut illam legem, quæ à religioſæ memoriæ eorum patre Theodoſio de auri libris decem in ordinatores, vel otdinatos Hæreticos, ſeu etiam in poſſeſſores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata eſt, ita deinceps confirmari præcipiant; ut in eos valeat, contra quos propter eorum inſidias Catholici provocati conteſtationem depoſuerunt, ut hoc ſaltem tetrote à Schiſmatica, vel Hæretica pravitate deſiſtant, qui conſideratione æterni ſupplicii emendari corrigique diſſimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ Hæreticis vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi, vel ſumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatiſtarum ertote perſeverare voluerint. Cætetum illis, qui conſideratione unitatis & pacis ſe cortigere voluetint, abſque interdicto hujus legis capiendæ hæreditatis aditus pateat, ſi adhuc in errote hæretico conſtitutis aliquid ante donationis, vel hæreditatis obvenit, his ſanè exceptis, qui lite pulſati putaverint ad Catholicam tranſeun-

Violentiæ Donatiſtarum.

Lex Theodoſii ſenioris in hæreticos.

Lex alia.

Al. * *præſidia. Act. 23.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

dum, quia de talibus credibile eſt, non metu cœleſtis judicii potius, quàm terreni commodi aviditate unitatem Catholicam præoptaſſe. Ad hæc autem omnia præſidio opus eſt poteſtatum ſuarum quarumcunque Provinciarum ſanè pro utilitatibus Eccleſiæ, quicquid intellexerint prodeſſe, agendi & imperandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit, ut litteræ de cœtu noſtro ad glorioſiſſimos Imperatores, & eminentiſſimas poteſtates dirigantur: quibus inſtruantur noſtro omnium conſenſu ad beatiſſimum Comitatum Legatos à nobis eſſe directos. Sed quia iiſdem litteris ab omnibus ſubſcribi tardiſſimum eſt, * niſi ſingulorum ſubſcriptionibus eædem epiſtolæ onerentur, petimus, Frater Aureli, ut iiſdem tua charitas noſtro omnium nomine ſubſcribere dignetur. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. Litteræ etiam ad Judices mittendæ ſunt, ut donec Dominus Legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines civitatum, & poſſeſſores prædiorum Eccleſiæ Catholicæ impertiant. Adjungendum etiam de Equitio, ut improbitas ejus, qua ſibi jus * Sacerdotale improbiſſime * vendicat, ab Hipponenſi Diœceſi ſecundùm ſtatura Imperatorum repellatur. Litteræ etiam ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ commendatione Legatorum mittendæ ſunt, vel ad alios, ubi fuerit Imperator. Et ſubſcripſerunt. Item Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

* Forte *ſi*

Al. * *ſacerdotum.*

Al. * *vindicat.*

In hac Synodo quæ ſtatuta ſunt, brevis declarat adnexus.

Stilicone iterum, & (a) Arthemio VV. CC. Conſſ. x Kal. Septembris, Carthagine, in Baſilica regionis ſecundæ. Hujus Concilii geſta ideo non ex integro deſcripſi, quoniam magis ea, quæ in tempore neceſſaria fuerunt, quàm aliqua generalia, conſtituta ſunt, ſed ad inſtructionem ſtudioſorum ejuſdem Concilii brevem digeſſi.

Brevis cauſarum.

CAP. LXI. Ut libera legatio ab omnibus Provinciis ad Concilium dirigatur, ad Mizonium Legati, & litteræ, propter liberam dirigendam legationem deſtinare præcepta ſunt, ut quia apud Carthaginem tantùm unitas facta eſt, dentur etiam litteræ ad Judices, ut & aliis Provinciis, & civitatibus operam impendi jubeant unitati, ut gratiarum actiones de Carthaginenſi Eccleſia pro univerſa Africa de excluſione Donatiſtarum cum Epiſcoporum litteris ad Comitatum mittantur. Recitatæ ſunt litteræ Papæ Innocentii, ut Epiſcopi ad tranſmarina pergere facilè non debeant, quòd hoc ipſum Epiſco-

(a) *Arthemio*] V. C. *Anthemio.*

porum ſententiis confirmatur, ut propter gratiarum actionem, & excluſionem Donatiſtarum duo Clerici Eccleſiæ Carthaginenſis ad comitatum mittantur.

In hoc Concilio quædam de conſtitutis ſuperioribus corriguntur, ut Concilium univerſale non niſi neceſſitate, faciendum.

CAP. LXII. Glorioſiſſimis Imperatoribus Honorio VII & Theodoſio II, iterum Auguſtis. Conſſ. Idus Junii, Carthagine, in Baſilica regionis ſecundæ, cum Aurelius Epiſcopus unà cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus Diaconis, ait : Quoniam conſtitutum fuerat in Concilio Hipponenſi, ut ſingulis annis contraheretur Concilium Africæ plenarium, non tantùm hîc apud Carthaginem, verùm etiam per diverſas Provincias ſuo ordine, & hoc reſervatum eſt, ut indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzantio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus viſum eſt : placuit, ut non ſit ultra fatigandis Fratribus anniverſaria neceſſitas, ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt, totius Africæ, undecunque ad hanc Sedem de hac re datæ litteræ fuerint, congregandam eſſe Synodum, in ea Provincia, ubi opportunitas perſuaſerit ; cauſæ autem quæ communes non ſunt, in ſuis Provinciis judicentur.

Ut ab electis Judicibus provocare non liceat.

2. q. 6. c. Si autem provocatum.

CAP. LXIII Si autem fuerit provocatum, eligat, qui provocaverit, Judices, & cum eo & ille, contra quem provocaverit : ut ab ipſis deinceps nulli liceat provocare.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

De Legationibus diverſarum Provinciarum.

Cum univerſæ legationes diverſarum Provinciarum adlegarentur, gratiſſimè acceptæ ſunt, id eſt * Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum Sitifenſium, itemque Cæſarienſium, ſed & Tripolitanorum.

* Lego *Numidarum.*

Ut ab Imperatoribus poſtuletur Advocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ.

CAP. LXIV. Placuit etiam, ut petant ex nomine Provinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius, & * Fortunianus à glorioſiſſimis Imperatoribus, ut dent facultatem (a) defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarum, ut more Sacerdotum Provinciæ iidem ipſi quidem defenſionem Eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis Eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitaverit, vel ad obſiſtendum * obrepetentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi * judicium ſecretaria.

Al. * *Fortunacienus.*

* Forte *obrepentibus.*

* Forte *judicum.*

Ut ſit Legatio libera.

Placuit ut legationem liberam habeant ad comitatum miſſi delecti Legati.

Proteſtatio Maurorum Pontificum de Primoſo.

Proteſtatos eſſe præterea Mauros Cæſarienſes conſtat, Primoſum

(a) *Defenſores*] Edituos

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

per principales civitatis Thiganenſis conventum litteris eorum fuiſſe, ut ſecundùm principalia ſcita, plenario Concilio ſui præſentiam faceret, & ut oportuit, requiſitus Primoſus repertus non eſt, ſicuti Diaconi renunciaverunt: ſed quia popoſcerunt iidem Mauri, de plenario Concilio oportere litteras deſtinari ad venerabilem Fratrem ſenem Innocentium, has placuit mitti, ut agnoſcat requiſitum Primoſum in Concilio, & minimè fuiſſe repertum.

De plebibus quæ nunquam Epiſcopos habuerunt.

CAP. LXV. Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario uniuſcujuſque Provinciæ, & Primatis atque conſenſu ejus, ad cujus Diœceſim eadem Eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.

De plebibus vel Diœceſibus ex Donatiſtis converſis.

CAP. LXVI. Sanè ut illæ plebes, quæ converſæ ſunt à Donatiſtis, & habuerunt Epiſcopos ſine dubio, inconſulto Concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt Epiſcopum, & eo defuncto voluerunt non Epiſcopum proprium habere, ſed ad alicujus Epiſcopi Diœceſim pertinere, non eis eſſe denegandum. Nec non & illud ſuggeſtum eſt, quod plebes ante legem Imperatorum de unitate * datam quicunque converterentur Epiſcopi ad Catholicam, ipſi eas obtinere debeant, verùm à lege unitatis, & deinceps oporteat univerſas Eccleſias vendicare ſibi Epiſcopos Catholicos eorum locorum, ad quæ loca ſub Hæreticis pertinebant vel converſorum ad Catholicam, vel non converſorum Hæreticorum, & Diœceſes, & ſi qua fortè ſunt inſtrumenta Eccleſiæ, vel ad ejus jus pertinentia. Qui verò aliqua uſurpaverunt, poſt legem uſurpata conventi reſtituant.

Al. * *Latam.*

De ſuggeſtione Maurentii Epiſcopi.

CAP. LXVII. Ad ſuggeſtionem vel poſtulationem Epiſcopi Maurentii, cum lecta fuiſſet ſcheda, quam obtulit Epiſcopus * Placentius, qui perſonam Legati Numidarum geſtabat, ſententia ejuſdem Placentii recitata eſt in conſpectu Epiſcoporum, & cùm quærerentur hi, quos adeſſe voluit à Diaconis pro foribus, id eſt, ſeniores à nova Germania, ac minimè invenirentur, ſecundò vel tertiò requiſiti: propterea cenſuit ſanctum Concilium, ut litteræ ad eundem ſenem Xantippum prærogentur, quò noverit voluntati plebis memoratæ nullo modo injuriam Epiſcopi ſuccumbendum. Maurentius Epiſcopus dixit: Quoniam requiſiti ſunt ſeniores à nova Germania ſecundò, ac tertiò, & non ſunt inventi, quibus præceptum erat à Primate, ut occurrerent ad venerabile Concilium, quod nunc agitur Idibus Juniis, ſuam abſentiam procurârunt: idcirco decernat ex hac re aliquid Sanctitas veſtra, nè ſub moleſtia calumniæ ipſorum

Al. * *Placentinus.*

Digitized by Google

innocens videar laborare: Concilium ſanctum ſtatuit, debuiſſe quidem ſecundùm cenſuram Sacerdotalem ex hoc Concilio adversùs contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo Eccleſiaſtica ſervanda eſt in omnibus cauſis, * promiſſæ ſunt litteræ ad ſenem Xantippum, ut noverint judices de Concilio electos ſine dilatione conſiderare debere in civitate Thuburſicenſi, ut negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius Epiſcopus dixit: Judices peto ſanctum ſenem Xantippum, ſanctum Auguſtinum, Florentium, Theaſium, Sanſucium, Secundum, & Poſidium, hos decerni mihi jubeatis: ſanctum Concilium conceſſit judices poſtulatos, reliquos autem judices ad complendum numerum neceſſarios, eligentibus ipſis ſenioribus à nova Germania ſenex Xantippus curavit decernere.

Al. * *Promiſerunt.*

De pacificandis Eccleſiis, Romana & Alexandrina.

CAP. LXVIII. Placuit etiam, ut de diſſenſione Romanæ, atque Alexandrinæ Eccleſiæ, ad ſanctum Papam * Innocentium ſcribatur, quo utraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.

Job. 14.

De his quæ uxores, aut quæ viros dimittunt, ut ſic maneant.

CAP. LXIX. Placuit, ut ſecundùm Evangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa à marito alteri conjungatur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur: quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur, in qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari.

Matth. 5. 1. Cor. 7.

De precibus ad altare dicendis.

CAP. LXX. Placuit etiam hoc, ut preces, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſive præfationes, ſive commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem præferantur, ſed quæcunque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

De his qui publicorum Judicum cognitionem ab Imperatore poposcerint.

CAP. LXXI. Placuit, ut quicunque ab Imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: ſi autem Epiſcopale judicium ab Imperatore poſtulârit, nihil ei obſit.

11. 9. 2. *Placuit, ut quicumque.*

De his qui, cum in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubrepere.

CAP. LXXII. Quicunque autem non communicant in Africa, ſi in tranſmarinis ad communicandum obrepſerint, jacturam Clericatûs excipiant.

Ut pergentes ad Comitatum cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent.

CAP. LXXIII. Placuit, ut quicunque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad urbis Romæ Eccleſiam mittitur,

CODEX CANONUM. *CONCILIUM AFRICANUM.*

intimetur: ut inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quòd si accipiens ad Romanam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, quæ ad comitatum pergere, * à communione removeatur. Quòd si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Episcopum urbis Romæ ipsam necessitatem, & de hoc scripta ejusdem Romani Episcopi perferat. Formatæ autem, quæ à Primatibus, vel à quibuscunque Episcopis Clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ: quòd si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet post Consulatum in publicis gestis adscribi. Placuit & illud: ut adversus Donatistas, & Paganos, vel eorum superstitiones legati missi de hoc glorioso Concilio quicquid utile perviderint, de gloriosissimis Principibus impetrent. Placuit etiam, petitu omnium Episcoporum, ut Epistolis omnibus de Concilio dandis Sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserunt. Aurelius Episcopus Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & cæteri Episcopi subscripserunt.

* *Deesse videtur verbum, compellit, aut simile.*

Concilium contra Paganos, & Hæreticos.

Basso, & Philippo VV. CC. Consl. XVI Kal. Julias, Carthagine, in Secretario Basilicæ Restitutæ. In hoc Concilio Legationem iterum suscepit Fortunatianus Episcopus contra Paganos, & Hæreticos.

Item Concilium contra Paganos, & Hæreticos.

Basso, & Philippo VV. CC. Consl. Tertio Idus Octobris, Carthagine: In hoc Concilio legationem Restitutus, & Florentius Episcopi, contra Paganos & Hæreticos eo tempore, quo Severus, & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Evodius, & Theasius & Victor Episcopi cæsi sunt.

Concilium de cognitione Episcopi.

CAP. LXXIV. Gloriosissimis Imperatoribus Honorio VIII & Theodosio III. Aug. Consl. XVIII Kal. Julias, Carthagine, in Basilica secunda. In hoc Concilio placuit, ut non sibi unus Episcopus * vendicet cognitionem. Gesta hujus Concilii ideo non descripsi, quoniam Provinciale, non universale celebratum est.

Al. * *vindicet.*

Concilium contra Donatistas.

CAP. LXXV. Post Consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorii VIII & Theodosii III Augg. XVIII Kal. Julias, Carthagine, in Basilica regionis secundæ. In hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Posidius, Præsidius & Benenatus Episcopi, eo tempore quo lex data est, ut liberâ voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

Concilium contra hæresim Pelagii, & Cœlestini. Quòd Adam non sit factus à Deo mortalis.

CAP. LXXVI. Gloriosissimis Imperatoribus Honorio XII & Theodosio VIII Augg. Consl. Kal. * Maias, Carthagine, in

Al. * *Maii.*

Secretario Baſilicæ Fauſti: cum Aurelius Epiſcopus in univerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus Diaconis, placuit omnibus Epiſcopis, quorum nomina, & ſubſcriptiones inditæ ſunt, in ſancta Synodo Carthaginenſis Eccleſiæ conſtitutis, ut quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut ſive peccaret ſive non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Quòd parvuli in peccatorum remiſſionem, baptizentur.

CAP. LXXVII. Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur, unde * ſit conſequens, ut in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt, niſi quemadmodum Eccleſia Catholica ubique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur: ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

M. * ſit.

Rom. 5.

Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adjutorium, nè peccetur.

CAP. LXXVIII. Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, quâ juſtificamur per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit.

Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiam tribuit, quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, ut quod ſcimus, implere valeamus.

CAP. LXXIX. Item quiſquis dixerit, eandem gratiam Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantùm nos adjuvare ad non peccandum; quia per ipſam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus quid appetere, quid vitare debemus, etiam facere diligamus, non autem per illam nobis præſtari, ut quod faciendum agnoverimus, agere valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus, Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium eſt, ut credamus ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti: ad eam, quæ ædificat, non habere, cum ſit utrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante charitate, ſcientia nos non poſſit inflare. Sicut autem de

1. Cor. 8.

Deo ſcriptum eſt, Qui docet hominem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt, Charitas ex Deo eſt.

CODEX CANONUM.

CONCILIUM AFRICANUM.

Quòd ſine Dei gratia nihil boni poſſimus implere.

Pſal. 93. 1. Joh. 4.

CAP. LXXX. Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam juſtificationis dari, ut quid facere libero jubemur arbitrio, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere divina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, Sine me difficiliùs poteſtis facere; ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.

Joh. 15.

Quòd non ſolùm humilis, ſed verax Sanctorum vox iſta eſt: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.

CAP. LXXXI. Item placuit, quod ait ſanctus Joannes Apoſtolus, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Quiſquis ſic accipiendum putaverit, ut dicat: propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia * verè ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus, & adjungit, Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt, & juſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Ubi ſatis apparet, hoc non tantùm humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nos ipſos extollimus; & humilitas in nobis non eſt: ſed cum ait, Nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, ſatis oſtendit, eum, qui dixerit ſe non habere peccatum, non verum loquutum, ſed falſum.

1. Joh. 1.

AL. *veritas eſt.*

Quòd in oratione Dominica ſancti pro ſe dicant: Dimitte nobis debita noſtra.

CAP. LXXXII. Item placuit, ut quicumque dixerit in oratione Dominica ideo dicere ſanctos dimitte nobis debita noſtra, ut non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis jam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemque ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, ut hoc pro aliis potiùs, quam pro ſe juſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim, & juſtus erat Apoſtolus Jacobus, cum dicebat: in multis enim offendimus omnes. Nam quare additum eſt, omnes, niſi ut iſta ſententia conveniret & Pſalmo, ubi legitur, Ne intres in judicio cum ſervo tuo, quoniam non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens, & in oratione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt homo, qui non peccavit, & in libro ſancti Job, in manu omnis hominis ſignat, ut ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Unde etiam Daniel ſanctus, & juſtus cùm in oratione pluraliter diceret, Peccavimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter confitetur: ne putaretur, quemadmodum

Matth. 6.

Jac. 3. Pſal. 42.

3. Reg. 8. Job. 37. Daniel. 9.

quemadmodum quidam ſentiunt, hoc non de ſuis, ſed de populi ſui potiùs dixiſſe peccatis, poſtea dixit, Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo, noluit dicere peccata noſtra, ſed peccata populi ſui dixit, & ſua: quoniam futuros iſtos, qui tam malè intelligerent, tanquam Propheta, prævidit.

Quòd veraciter à ſanctis dicatur: Dimitte nobis debita noſtra.

CAP. LXXXIII. Item placuit, ut quicumque ipſa verba Dominicæ orationis, ubi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ita volunt à ſanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ſerat orantem, & non hominibus, ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, debita non habere?

De plebibus converſis à Donatiſtis.

CAP. LXXXIV. Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in Eccleſia plenario Concilio conſtitutum eſt, ut quæcumque Eccleſiæ in Diœceſi conſtitutæ ante leges de Donatiſtis latas, Catholicæ factæ ſunt, ad eas Cathedras pertineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, ut Catholicæ unitati communicarent, poſt leges autem, quæcumque communicaverint, illuc pertineant, quo pertinebant, cùm eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controverſiæ poſtea inter Epiſcopos de Diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minùs videtur eſſe proſpectum, nunc iſto Concilio ſancto placuit: ut ubicumque Catholica fuit, & pars Donati, & ad diverſas Cathedras pertinebant, quocumque tempore illic unitas facta eſt, vel facta fuerit, ſive ante leges, ſive poſt leges, ad eam Cathedram pertineant, ad quam Catholica, quæ jam ibi fuerat, pertinebat.

De Diœceſibus, qualiter eas dividant inter ſe Epiſcopi, tam Catholici, quàm qui ex Donati parte converſi ſunt.

CAP. LXXXV. Ita ſanè, ut ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam unitatem converſus eſt, æqualiter inter ſe dividant eas, quæ ſic fuerint inventæ, ubi ambæ partes fuerunt, id eſt, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita ut ille dividat, qui ampliùs temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quòd ſi fortè unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quòd ſi ambabus Cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quòd ſi fortè antiqui Catholici ſuum Epiſcopum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte converſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, majoris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non poſſint æqualiter dividi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanſerit, hoc in eo ſervetur, quod ſuperiùs dictum eſt, cùm de uno tractaretur loco.

Ut ſi quam Diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans triennio poſſederit, nullus eam repetat.

CAP. LXXXVI. Item placuit, ut etiam ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad Catholicam unitatem converterit: ſi eum per triennium, nemine repetente retinuit, ulteriùs ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur: ſi autem non fuit, non præjudicetur matrici, ſed licear, cùm locus acceperit Epiſcopum, quem non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere. Itemque ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam ex Donati parte converſus, non ei præjudicet præfinitum tempus, ſed, ex quo die converſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant Cathedram.

De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconventis his à quibus tenentur, irruerint.

CAP. LXXXVII. Item placuit, ut quicumque Epiſcopi plebes, quas ad ſuam Cathedram æſtimant pertinere, non ita repetunt, ut cauſas ſuas Epiſcopis judicantibus agant, ſed alio retinente irruerint, ſivè volentibus, ſivè nolentibus plebibus cauſæ ſuæ detrimemtum patiantur. Et quicunque jam hoc fecerunt, ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt: ille inde diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis judiciis Eccleſiaſticis irruiſſe, hoc ſibi quiſque blandiatur, ſi à Primate, ut retineat, litteras impetrârit: ſed ſivè habeat litteras, ſivè non habeat, conveniat eum, qui tenet, & ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacificè tenuiſſe Eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos judices cauſa finiatur, ſivè quos eis Primates dederint, ſivè quos ipſi vicinos ex conſenſu * elegerint. Al.* *Delegerint.*

De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.

CAP. LXXXVIII. Item placuit, ut quicumque regligunt loca ad ſuam Cathedram pertinentia, in Catholicam unitatem lucrari, conveniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, ut id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant. Ita ſanè, ut ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab Hæreticis, ut impunè ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præventam: ut eo modo ejus cura ſollicitior * vetaretur: cùm hoc judices Epiſcopi cognoverint, ſuæ Cathedræ loca reſtituant. Sanè ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diverſarum Provinciarum, ille * Primas det judices, in cujus Provincia eſt locus, de quo *16. q. 3. Placuit ut quicumque.* Al.* *vitaretur.* Al.* *primatus.*

contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, omnium ſententiam ſequantur, aut duorum.

Quòd electorum judicum ſententia ſperni non debeat.

CAP. LXXXIX. A judicibus autem, quos communis conſenſus
Al.* *elegerit* intellexerit, non liceat provocare. Et quiſquis provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtempetare judicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Epiſcopo, donec obtemperet.

Ut ſi Epiſcopus negligat ſuam Dixceſim, communione privetur.

CAP. XC. Si in matricibus Cathedris Epiſcopus negligens fuerit advetsùs Hæreticos, conveniatut à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur: ut ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die, quo convenitur, intra ſex menſes, ſi in ejus provincia
* Al.* *excuſatio*, ſed malè. * executio fuerit, & non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit: non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo.

De Epiſcopis qui Donatiſtas communicâſſe mentiti fuerint.

CAP. XCI. Si autem probatum fuerit, eum de comnunione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicâſſe, quos eo ſciente non communicâſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat.

De Preſbyteris, & Clericis, ut non appellent, niſi ad Africana Concilia.

CAP. XCII. Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, velut cæteri inferiores Clerici, in cauſis, quas habuerint, ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint: vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quicquid eſt finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates Provinciarum ſuarum; ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

De Virginibus, etiam minoribus, velandis.

CAP. XCIII. Item placuit, ut quicunque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, nè non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet, velaverit vitginem, ſeu velavit intra viginti & quinque annos ætatis: non ei obſit Concilium, quòd de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

Ne diutius Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum Provinciarum Judices eligant.

CAP. XCIV. Item placuit, nè diutius univerſi Epiſcopi, qui ad Concilium congregati ſunt, tenerentur, ab univerſo Concilio judices ternos de ſingulis Provinciis eligi, & electi ſunt de Provincia Carthaginenſi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de Provincia Numidia Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus: de Provincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano Primate Creſconius, Jocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitiſenſi Severianus, Aſiaticus, & Donatus: de Provincia Tripolitana Plautius, qui ex more Legatus unus eſt miſſus, qui omnes cum ſancto ſene Aurelio univerſa cognoſcant, à quo petiit univerſum Concilium, ut cunctis ſivè geſtis, quæ confecta jam ſunt, ſeu Epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri ſubſcripſerunt.

Item huic Concilio interfuit Eccleſiæ Romanæ Legatio.

Hoc Concilium ſupra ſpecialiter præmiſſum eſt, & Carthaginenſe appellatur, habens Canones 33.

Poſt Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii XII & Theodoſii VIII, Augg. III kal. Junias, Carthagine, in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ, cum Aurelius Epiſcopus unà cum Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ, Provinciæ Italiæ Piceni, Legato Romanæ Eccleſiæ, Vincentio Caluſitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Uzipparenſi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpetano, Rufiniano Muzucenſi, Prætextato Sicilienſi. Quodvultdeo Verenſi, Candido Abbiritano, Galloniano * Utinenſi, Legatis Provinciæ Proc. Alypio Thag. Auguſtino Hipponenſium Reg. & Poſidio Calamenſi Legg. Provinciæ Numidiæ, Maximiano * Aquenſi, Jocundo Sufletulenſi, & Hilarino Horreocellorum, Legatis Provinciæ Byzacenæ, Novato Sitiſenſi, & Leone Moctenſi, Legatis Provinciæ Mauritaniæ Sitiſenſis, Nicello Ruſurrenſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano Ruſgunienſi, Legatis Provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, ab univerſali Concilio judicibus delectis, adſtantibus Diaconis, conſediſſet, & quibuſdam peractis, multi Epiſcopi cæterorum peragendorum memorâſſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias Eccleſias feſtinarent, placuit univerſo Concilio, ut ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque Provinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, ut hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos affuiſſe teſtantur.

* lego *Uticenſi, Proc. id eſt, proconſularis.*

* Al. *Aquirenſi.*

Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.

CAP. XCV. Placuitque omnibus, quoniam ſuperioribus Conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem Clericorum jam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, non expreſſum eſt: idcirco definimus eum ritè ad accuſationem

non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſivè ſit Clericus, ſivè Laïcus, accuſare voluerit.

Quòd ſervi, & liberti, omneſque infames perſonæ non debeant accuſare.

4. q. 6. c. Omnibus. CAP. XCVI. Item placuit, ut omnes ſervi, vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes, etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, Hæretici etiam, ſivè Pagani, ſeu Judæi, ſed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

Ut qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.

3. q. 10. c. Placuit ut. CAP. XCVII. Item placuit, quotieſcunque Clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipſis, de quo priùs egerit, probare non voluerit: ad cætera jam non admittatur.

Qui ad teſtimonium admittendi ſunt.

4. q. 2. c. Teſtes autem. CAP. XCVIII. Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem intra annos XIV ætatis ſuæ non admittantur.

De Epiſcopo qui excommunicaverit eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.

6. q. 2. c. Placuit ut ſi quando. CAP. XCIX. Item placuit, ut ſi quando Epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad injuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, ſecretè tamen interdicat ei communionem, (a) donec obtemperet.

Ut non temerè quemquam communione privet Epiſcopus.

CAP. C. Quamdiu excommunicato non communicaverit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis: ut magis caveat Epiſcopus, nè dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non poteſt. Aurelius Epiſcopus dixit: Juxta ſtatuta totius Concilii congregati, & meæ mediocritatis ſententiam placet facere rerum omnium concluſionem univerſi tituli deſignati, & digeſti hujus diei tractatum Eccleſiæ geſta ſuſcipiant: quæ verò adhuc expreſſa non ſunt, die ſequenti per fratres noſtros Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum Preſbyteros venerabili fratri, & Coepiſcopo noſtro Boniſacio (b) reſcribemus.

(a) *Donec obtemperet quandiu excommunicato*] Extrema cap. 99 & initium cap. 100 conjunguntur in collectione Iſidori, & uno capite comprehenduntur rectiùs.

(b) *Reſcribemus*] In V. C. eſt canon de iis infantibus, quos non eſt certum fuiſſe baptiſatos, ut baptiſentur, qui eſt ſextus Concilii Carthaginenſis V, tom. I Concilii, page 520, edit. Binii.

CODEX CANONUM.

ET SUBSCRIPSERUNT.

CONCILIUM AFRICANUM.

AURELIUS *Epiſcopus* (a) *his geſtis ſtatutorum apud nos habitis, ſubſcripſi.*

Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ Provinciæ Piceni, Legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi.

Alypius Epiſcopus Tagaſtenſis, Legatus Provinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Auguſtinus Epiſcopus (b) *Hipponenſis, Legatus Provinciæ Numidiæ, his geſtis ſſs.*

Poſidius Epiſcopus Calamenſis, Legatus Provinciæ (c) *Numidiæ, his geſtis ſſs.*

Vincentius Caluſitanus his geſtis ſubſcripſi.

(d) *Fortunatianus Neapolitanus his geſtis ſubſcripſi.*

Pentadius (e) *Carpetanus his geſtis ſubſcripſi.*

Rufianus (f) *Maxenſis his geſtis ſubſcripſi.*

Prætextatus (g) *Sicilienſis his geſtis ſubſcripſi.*

Quodvultdeus (h) *Verenſis his geſtis ſubſcripſi.*

(i) *Candidus Germaniæ his geſtis ſubſcripſi.*

(k) *Callonius Uticenſis his geſtis ſubſcripſi.*

(l) *Maximianus Aquenſis his geſtis ſubſcripſi.*

(m) *Jocundus Suffenilenſis, Legatus Provinciæ* (n) *Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.*

Maximus, Legatus Provinciæ Byzancenæ, his geſtis ſubſcripſi.

Hilarius Horreocellenſis, Legatus Provinciæ Byzancenæ, his geſtis ſubſcripſi.

Novatus Sitifenſis, (o) *Legatus Provinciæ ejuſdem, his geſtis ſubſcripſi.*

(a) *His geſtis ſtatutorum apud nos habitis*] V. C. *Huic ſcedulæ relictæ nobis Valentinus Epiſcopus primæ ſedis Provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.*

(b) *Hipponenſis Legatus Provinciæ Numidiæ his geſtis*] V. C. *Hippone Regio Legatus Concilii Numidiæ hujus Chartulæ pro me & eodem Concilio ſubſcripſi.*

(c) *Numidiæ*] Add. V. C. *Inferioris.*

(d) *Fortunatianus Neapolitanus his geſtis*] V. C. *Fortunatus Epiſcopus Neapolitanæ Eccleſiæ, ſubſcripſi his.*

(e) *Carpetanus*] V. C. *Epiſcopus Caripidinæ Eccleſiæ.*

(f) *Maxenſis*] V. C. *Eccleſiæ Magenſis, vel Mugenſis.*

(g) *Sicilienſis*] V. C. *Epiſcopus Steillebenſis, vel Steilibenſis.*

(h) *Verenſis*] V. C. *Virenſis.*

(i) *Candidus Germaniæ*] V. C. *Candidus Epiſcopus Abitinenſis Germanicianorum.*

(k) *Callonius Uticenſis*] V. C. *Callonianus Epiſcopus Utinenſis Eccleſiæ.*

(l) *Maximianus Aquenſis*] V. C. *Maximianus Epiſcopus Aquenſis Regiorum Legatus Provinciæ Vizacenæ.*

(m) *Jocundus Suffelinenſis*] V. C. *Jocundus Epiſcopus Sufetulenſis.*

(n) *Byzacenæ*] V. C. *Bizacinæ.*

(o) *Legatus Provinciæ ejuſdem*] Abſunt hæc verba à V. C.

(p) *Ninellus Ruſurrianenſis, Legatus Provinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.* (q)

(r) *Numerianus Ruſgurienſis, Legatus Provinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.*

(ſ) *Leo Moëtenſis, Legatus Provinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.*

(t) *Alius Leo, Legatus Provinciæ Sitifenſis, his geſtis ſubſcripſi.*

Et cæteri Epiſcopi ducenti (u) *decem & ſeptem ſubſcripſerunt.*

Philippus Presbyter Eccleſiæ Romanæ, his geſtis à nobis recollectis ſſs.

Aſellus Presbyter, Legatus Eccleſiæ Romanæ, (x) *his geſtis ſubſcripſi, quæ * per nos directa ſunt.*

Al. * pro nobis.

INCIPIT Epiſtola (a) *ab omni Concilio Africano ad Bonifacium, urbis Romæ Epiſcopum, per Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum Presbyteros, Legatos Eccleſiæ Romanæ, directa.*

CAP. CI. Domino beatiſſimo, & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ ſedis Provinciæ Numidiæ, & cæteri, (b) qui præſentes adfuimus, (c) numero CCXVII ex omni Concilio Africæ. Quoniam Domino placuit, ut de his, quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri,

(p) *Ninellus Reſurrionenſis, Legatus Provinciæ Cæſarienſis*] V. C. *Ninellus Epiſcopus Surramenſis, Legatus Provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis.*

(q) Addit V. C. *Laurentius Epiſcopus Icoſitanus, Legatus Mauritaniæ Cæſarienſis ſubſcripſi.*

(r) *Numerianus Ruſgurienſis*] V. C. *Numerius Rangurienſis.*

(ſ) *Leo Moëtenſis*] V. C. *Leo Epiſcopus Mobtenſis.*

(t) *Alius Leo*] V. C. *Leo Epiſcopus Moptenſis Legatus ejuſdem Provinciæ.*

(u) *Decem & ſeptem*] V. C. *CCXIIII Provinciarum.*

(x) *His geſtis ſubſcripſi quæ per nos directa ſun.*] V. C. *Et geſta recollegimus per nos directa.*

(a) *Ab omni Concilio Africano, &c.*] V. C. *A ſupra ſcripto Concilio. Ad Bonifacium Romæ Epiſcopum ſcripta, & cum geſtis quæ ibidem apud Carthaginem confecta ſunt per Fauſtinum.*

(b) *Qui præſentes adfuimus ex omni concilio Africæ.*] V. C. *Qui adſumus Epiſcopi numero* CCXIIII. *Concilio univerſæ Africæ ſalutem.*

(c) *Numero CCXVII.*] Poſſidius Calamenſis Epiſcopus in vita Auguſtini: *Vix tres ſuperſtites ex innumerabilibus Eccleſiæ, hoc eſt Carthaginenſis, Yponenſis, Cirtenſis, quæ Dei beneficio excitæ non ſunt, & earum permanent civitates & divino & humano fultæ præſidio: licet poſt Auguſtini obitum urbs Yponenſis incolis deſtituta ob hoſtibus fuerit coneremata.* Leo PP. IX. in Ep. ad Petr. & Joann. Epiſc. Afric. *Decus Africanarum Eccleſiarum ita conculcatum a gentibus nimium dolemus, ut modo vix quinque, inveniantur Epiſcopi, ubi olim ducenti quinque ſolebane per Concilia plenaria computari.* Et in alia Epiſtola ad Thom. Carthaginenſ. Epiſcop. *Cum ex venerabilium Canonum auctoritate recolimus bis centum & quinque Epiſcopos Concilio interfuiſſe Carthaginenſi, & nunc à tua fraternitate audimus vix quinque Epiſcopos ſupereſſe in tota Africa, utique tertia parte hujus corruptibilis mundi compatimur tantæ veſtræ immutationi.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

Coëpiſcopus Fauſtinus, (a) & Compreſbyteri Philippus, & Aſellus, * (b) nunc beatæ memoriæ Epiſcopo Zoſimo, à quo ad nos mandata, & litteras attulerunt, (c) ſed tuæ veneration, qui in ejus locum es divinitus conſtitutus, humilitas noſtra (d) ſubſcriberet, ea breviter inſinuare debemus, quæ utrorumque concordiâ terminata ſunt, (e) nec ea, quæ prolixis geſtorum voluminibus continentur, in quibus, ſalvâ quidem charitate, non tamen ſine parvo altercationis labore demorati ſumus, (f) ea geſtis * deliberantes, quæ nunc ad cauſam pertinent. Quanquam & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratiùs, quòd videret pacatiùs terminatum, domine frater. Apiarius Presbyter, de cujus (g) & ordinatione, (h) & excommunicatione fuerat exortum non ſolùm (i) Siccenſi, verùm etiam totius Africanæ Eccleſiæ non leve ſcandalum, de omnibus erratis ſuis veniam petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem Coepiſcopus noſter Siccenſis Urbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſine ulla dubitatione correxit, quia verò paci, & quieti Eccleſiæ non tantùm ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit: quoniam talia multa præceſſerant, ut vel ſimilia, vel etiam graviora deinceps (k) præcaveri oporteret, (l) placuit nobis, ut de Siccenſi Eccleſia, retento ſcilicet honore gradûs ſui, Presbyter removeretur Apiarius, & accepto epiſtolio, ubicunque alibi vellet, & poſſet, Presbyterii munere fungeretur. Quod eidem ipſi per litteras proprias poſtulanti ſine difficultate conceſſimus. Sanè priuſquam hæc cauſa iſto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis diſceptationibus verſabamus, quia (m) rogatio ipſa poſcebat, ut apud acta Eccleſiaſtica, à fratribus noſtris (n) Fauſtino Coepiſcopo, & Philippo, atque Aſello (o) Compresbyteris quæreremus, ut (p) promerent quicquid eis nobiſcum agendum fuiſſet injunctum. Nonnulla quidem ſine ullo ſcripto proſecuti ſunt verbis, ſed (q) cùm id potiùs flagitaremus, quòd in litteris ferrent,

Narratio de legatis Rom. Pont.

commonitorium

Al. * *deliberantes.*

* Lego *non*

(a) *Et Compreſbyteri*] V. C. *Et fratres Preſbyteri.*

(b) *Nunc beatæ memoriæ Epiſcopo Zoſimo*] Vetus Codex Dionyſ. *Nec non B. M. Papæ Zoſimo.* Abeſt à Codice Græco illud *Epiſcopo.*

(c) *Sed tuæ veneration*] V. C. *Sed etiam tuæ veneration.*

(d) *Subſcriberet*] V. C. *Reſcribere, &c.*

(e) *Nec ea*] V. C. *Non ea.*

(f) *Ea geſtis deliberantes*] V. C. *Ea à geſtis deliberantes.*

(g) *Et ordinatione*] V. C. *Ex ordinatione.*

(h) *Et excommunicatione fuerat*] V. C. *Et excommunicatione & provocatione fuerat.*

(i) *Siccenſi*] V. C. *Siccenſis Siccenſiſſæ.*

(k) *Præcaveri*] V. C. *Præcavere.*

(l) *Placuit nobis*] *Nobis* abeſt à V. C.

(m) *Rogatio*] V. C. *Ratio.*

(n) *Fauſtino Coepiſcopo*] V. C. *Fauſtino Epiſcopo.*

(o) *Compreſbyteris*] V. C. *Preſbyteris.*

(p) *Promerent*] V. C. *Promoverent.*

(q) *Cum in potius*] V. C. *Cum hæc potius.*

communitorium protulerint. Quod recitatum nobis etiam geſtis, quæ ſecum ad vos deferunt, eſt allegatum. In quo eis quatuor quædam nobiſcum (a) agenda mandata ſunt, unum de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ Sacerdotem: alterum, nè ad Comitatum Epiſcopi importunè navigent: tertium, de tractandis Presbyterorum, & Diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis excommunicati perperam fuerint: quartum, de Urbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam evocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo, & tertio, id eſt, ut Romam liceat Epiſcopis provocare, & ut Clericorum cauſæ apud ſuarum Provinciarum Epiſcopos finiantur, jam priore anno etiam litteris noſtris ad eundem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis, (b) inſinuari curavimus, ut ea ſervare (c) ſine ulla ejus * pauliſper fineremus, uſque ad inquiſitionem ſtatutorum Concilii Nicæni. Et nunc de tua poſcimus Sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam à Patribus acta vel conſtituta ſunt, ſic ea (d) à nobis facias cuſtodiri, & ibi apud vos iſta quæ in (e) communitorio attulerunt, (f) faciant exerceri, id eſt, (g) Si Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellâſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit (h) audiri, & juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis (i) definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, (k) deprecatione ſuâ moverit Epiſcopum Romanum, (l) ut è latere ſuo Preſbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quod velit, & quod æſtimet. Et ſi decreverit, mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis judicent habentes authoritatem ejus, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit, ſufficere Epiſcopos,

Al. * *injuria.*

(a) *Agenda mandata*] V. C. *Gerenda mandata.*

(b) *Inſinuari*] V. C. *Inſinuare.*

(c) *Sine ulla ejus pauliſper*] V. C. *Sine ulla ejus injuria pauliſper.* Et ita habet editio Dionyſii Exigui.

(d) *A nobis facias*] V. C. *A nobis omnibus facias.*

(e) *Communitorio*] *Commonitorio.*

(f) *Faciant exerceri*] V. C. *Facias exerceri.*

(g) *Si Epiſcopus accuſatus fuerit*] V. C. *Ut Epiſcopus, ſi accuſatus fuerit.* Et hoc ex Sardicenſi. Cur non ex eo retulit Bonifacius, aut Epiſcopi Africæ ignorârunt, cum apud omnes Sardicenſi Concilio ſua auctoritas conſtaret. Nam & Canone VI iſtius Carthaginenſis VI, Sardicenſe Concilium nominatim citatur tom. 1. Concil. pag. 366. edit. Bin.

(h) *Audiri*] V. C. *Audire.*

(i) *Definiant*] V. C. *Finiant.*

(k) *Deprecatione ſua*] *Sua* abeſt à V. C.

(l) *Ut è latere*] V. C. *Ut à latere.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM. Cap. 7 ex Concilio Sardicenſi.

(a) ut negotio terminum imponant: faciet, quod (b) ſapientiſſimo ſuo Concilio judicaverit. Item de Presbyteris, & Diaconis. Si Epiſcopus quis iracundus (quod eſſe non debet) citò, aut aſperè commoveatur adversùs Presbyterum ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, nè innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat poteſtatem ejectus, ut finitimos interpellet, & cauſa ejus audiatur, & diligentiùs tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti; & ille Epiſcopus, quia aut juſtè, aut injuſtè eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur ejus, aut emendetur ſententia.

Diſceptatio de exemplaribus Niceni Concilii.

(c) Hæc utique uſque ad adventum veriſſimorum exemplarium Nicæni Concilii inſerta geſtis ſunt, (d) quæ * ſibi, quemadmodum ipſe: quod apud nos fratres, ex Apoſtolica ſede directi (e) communitorio allegaverunt, continentur. Eo * quòd ordine, vel apud vos in Italia cuſtodirentur, (f) nullo modo nos talia, qualia commemorare jam nolumus, vel tolerare cogeremur, ſed credimus, adjuvante miſericordiâ Domini Dei noſtri, quòd tuâ Sanctitate Romanæ Eccleſiæ præſidente (g) non ſumus jam iſtum typum paſſuri. (h) Et ſervabuntur erga nos, quæ nobis (i) etiam non differentibus, cuſtodiri debeant. Cùm, frater, charitate, quæ ſecundùm ſapientiam atque juſtitiam, quam tibi donavit Altiſſimus, etiam ipſe proſpicis eſſe ſervanda, (k) ſi ſortè aliter ſe (l) habent Canones Concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos Codices (m) legeremus, ſed nuſquam in Nicæno Concilio, in Latinis Codicibus legimus, quemadmodum in ſupradicto (n) communitorio, inde directa ſunt. (o) Tum quia hîc in nullo Codice Græco ea potuimus invenire ex Orientalibus Eccleſiis, ubi perhibentur eadem decreta poſſe etiam authentica reperiri, magis nobis (p) deſi-

* Lego *ibi*.

Al. * *que*.

(a) *Ut negotio terminum imponant* V. C. *Negotio ut terminum imponant.*

(b) *Sapientiſſimo ſuo Concilio*] *Suo* abeſt à V. C.

(c) *Hæc utique*] V.C. *Hæc itaque.*

(d) *Quæ ſibi quemadmodum ipſe quod apud nos*] V. C. *Quæ ſi ibi quemadmodum conſtituta, & quemadmodum ipſum quod ad nos.*

(e) *Communitorio allegaverunt continentur. Eo quod ordine vel apud vos*] V. C. *Allegaverunt & commonitorio continetur, & ordine vel apud vos.*

(f) *Nullo modo nos talia qualia commemorare jam nolumus vel tolerare cogeremur, ſed credimus*] V. C. *Nos nullomodo talia commemorare noluimus, vel tolerare cogemur, vel intolerabilia patiemur, nam credimus.*

(g) *Non ſumus*] V. C. *Non erimus.*

(h) *Et ſervabuntur*] V. C. *Sed ſervabuntur.*

(i) *Etiam non differentibus cuſtodiri debeant. Cum frater charitate quæ ſecundùm ſapientiam*] V. C. *Etiam differentibus cuſtodiri in omnibus debeant cum fraterna charitate ſecundùm ſapientiam.*

(k) *Si ſortè*] V. C. *Niſi ſortè.*

(l) *Habent*] V. C. *Habeant.*

(m) *Legeremus*] V. C. *Legerimus.*

(n) *Communitorio, inde*] V. C. *Commonitorio quæ inde à vobis.*

(o) *Tum*] V. C. *Tamen.*

(p) *Deſideremus*] V. C. *Deſideramus.*

deramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obſecramus, ut ſcribere etiam ipſe digneris ad illarum partium Sacerdotes, hoc eſt, Eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ. (a) Et ſi aliis etiam tuæ placuerit Sanctitati, ut inde ad nos iidem Canones apud Nicæam civitatem à Patribus conſtituti veniant, te potiſſimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus Eccleſiis in Domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria (b) eſſe veriſſima Concilii in Græcia Nicæni * Synodi congregati: quæ de tam diverſis locis, & (c) de nobilibus Græcis Eccleſiis adlata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in (d) communitorio ſupradicto nobis allegata ſunt, (e) de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ Sacerdotem, (f) & de Clericorum cauſis apud ſuarum Provinciarum Epiſcopos terminandis, nos uſque ad probationem ſervaturos eſſe profitemur, & Beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam, in Dei voluntate confidimus. Cætera verò, quæ in noſtra Synodo geſta, vel firmata ſunt, quoniam ſupradicti fratres noſtri, (g) Fauſtinus Coepiſcopus, Philippus, & Aſellus (h) Compresbyteri ſecum fuerunt, ſi dignatus fueris: tuæ nota facient Sanctitati. Et aliâ manu: Dominus noſter te nobis annis plurimis cuſtodiat, beatiſſime frater. (i) Subſcripſerunt quoque Alypius, Auguſtinus, Poſidius, Marinus, & cæteri Epiſcopi.

Fortè * *Synodo congregata.*

(a) *Et ſi aliis etiam tuæ placuerit ſanctitati*] V. C. *Et aliis etiam ſi tuæ placuerit ſanctitati.*

(b) *Eſſe veriſſima Concilii in Græcia Nicæni Synodi congregati.*] V. C. *Eſſe veriſſima in Græcia Nicænæ Synodi congregatæ.* Veteres Codices nihil mutant. Melius Græca editio.

(c) *De nobilibus*] *De* abeſt à V. C.

(d) *Communitorio*] *Commonitorio.*

(e) *De appellationibus Epiſcoporum*] *De appellatione Epiſcoporum.*

(f) *Et de Clericosum cauſis, &c.*] Canon Eccleſiaſticus eſt, ut ibi lites judicentur ubi exortæ fuerint. Cyprian. lib. 1. Epiſt. 3.

(g) *Fauſtinus Coëpiſcopus*] V. C. *Fauſtinus Epiſcopus.*

(h) *Compreſbyteri*] V. C. *Preſbyteri.*

(i) *Subſcripſerunt quoque Alypius*] *Quoque* abeſt à V. C.

In editione Dionyſii Exigui ſequitur Epiſtola Attici ad Bonifacium, ſic: *Incipit Epiſtola Attici Epiſcopi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad Bonifacium urbis Romæ Epiſcopum data cum exemplaribus Nicæni Concilii de Græco in Latinum tranſlatis à Beatiſſimis Cyrillo & Attico Epiſcopis Alexandrinæ & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, & directis per Innocentium Preſbyterum ſuum, & Aſellum Subdiaconum Eccleſiæ Karthaginenſis, ut ſuperiùs recitata eſt fides Nicæni Concilii cum titulis* XX. *Epiſtola verò ita continetur. Atticus Epiſcopus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſancto fratri Bonifacio urbis Romæ Epiſcopo ſalutem. Edidi Canones ſanctorum Patrum Olographa manu & ſubſcriptos à me. Amen.* Græca elementa, litterarum numeros exprimere, nullus, qui tenuiter vel ſermonis Græci notitiam habet, ignorat, & cætera quæ de formatis inter Canones leguntur, & apud Gratianum ipſum, &c. tum deinde ſequitur Epiſtola Aurelii Epiſcopi ad Sanctum Cæleſtinum Epiſcopum Urbis Romæ, de adventu Apiarii, quæ pagina 35 extat.

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

Incipiunt reſcripta ad Concilium Africanum Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, Authentica Concilii Nicæni tranſlata de Græco per Innocentium Presbyterum. Tranſmiſerunt etiam Epiſtolam cum eodem Concilio Nicæno per memoratum Presbyterum Innocentium, & Marcellum Subdiaconum Eccleſiæ Carthaginenſis, ſanctò Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Romanæ. * *Subd. VI. kal. Decembris ſunt directa.*

* *Lego* ſub die

CAP. CII. Dominis honorabilibus, ſanctis fratribus Coepiſcopis, Aurelio, Valentino, ſed & omni ſanctæ Congregationi in Carthaginenſi Synodo congregatæ, Cyrillus ſalutans in Deo charitatem veſtram. Scripta venerationis veſtræ multam habentia querimoniam in omni lætitia per filium veſtrum Innocentium Presbyterum ſuſcepi, quibus à nobis ſperatis, ut de ſcrinio noſtræ Eccleſiæ veriſſima exemplaria ex authentica Synodo apud Nicænam civitatem, Metropolim Bithyniæ, à ſanctis patribus conſtitutis, atque formata, ſub noſtræ fidei profeſſione veſtræ dilectioni porrigamus. Unde enim, honorabiles fratres, ſalute præeunte, neceſſe habui per harum latorem filium noſtrum Innocentium Presbyterum, fideliſſima exemplaria ex authentica Synodo, in Nicæna civitate Bithyniæ habita, veſtræ charitati dirigere. Quod & in Eccleſiaſtica hiſtoria requirentes, invenietis. De Paſcha verò, ut ſcripſiſtis, nunciamus vobis XVII kal. Maias, nos futurâ indictione celebrare. Et aliâ manu: Deus, & Dominus noſter ſanctam veſtram congregationem cuſtodiat, quod optamus, chariſſimi fratres.

Incipit Epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad eoſdem.

CAP. CIII. Dominis ſanctis, merito beatiſſimis fratribus, Coepiſcopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris chariſſimis in Synodo apud Carthaginem habita, conſtitutis, Atticus Epiſcopus. Per filium noſtrum Marcellum Subdiaconum veſtrum, ſcripta veſtræ dilectionis cum omni gratiarum actione ſuſcepi, Domino gratias agens, quòd merui tantorum fratrum benedictione perfrui. Domini, beatiſſimi fratres, ſcribitis ſanè, ut veriſſimos Canones apud Nicæam civitatem, Metropolim Bithyniæ, à Patribus conſtitutos fuiſſe ſub fidei adſtipulatione dirigam. Et quis eſt, qui communem fidem, vel ſtatuta à Patribus firmata ſuis fratribus deneget? Qua de re per eundem filium meum Marcellum, Subdiaconum veſtrum, nimiùm feſtinantem, ſicut ſtatuti ſunt in Nicæa civitate à Patribus, Canones in integro, ut juſſiſtis, direxi: petens ut pro me plurimùm veſtra ſancta congregatio orare jubeat. Et alia manu: Deus noſter Sanctitatem veſtram cuſtodiat, quod optamus, ſancti fratres.

*Incipiunt exemplaria Concilii Nicæni directa ſub die VI. kal. Decembris, poſt Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii * XII & Theodoſii IX, Augg. Bonifacio, urbis Romæ Epiſcopo.*

*Forte XIII.

CAP. CIV. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium, necnon & inviſibilium Creatorem. Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, cœleſtia & terrena. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus paſſus eſt. Et reſurrexit tertiâ die, aſcendit in Cœlum, venturus inde judicare vivos & mortuos, & in Spiritum Sanctum. Eos verò, qui dicunt, erat tempus quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia, vel eſſentia eſſe, aut muttabilem, aut convertibilem Filium Dei dicunt, anathematizat Catholica, & Apoſtolica Eccleſia. (a) Huic Symbolo fidei etiam exemplaria ſtatutorum ejuſdem Concilii Nicæni à memoratis Pontificibus annexa ſunt, ſicut ſuperiùs per omnia continentur. (b) Quæ nos hic iterum conſcribi neceſſarium non eſſe credimus.

(a) *Huic Symbolo, &c.*] Collectoris hæc ſunt.

(b) *Quæ nos hic iterum, &c.*] Abeſt à V. C.

Incipit Epiſtola Concilii Africani ad Papam Cæleſtinum, urbis Romæ Epiſcopum.

CAP. CV. Domino dilectiſſimo, & honorabili fratri Cæleſtino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Servus Dei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Januarius, Optatus, * Celiticius, Donatus, Theaſius, Vincentius, Fortunatianus, & cæteri, qui univerſali Africano Concilio (c) Carthaginis afſuimus: optaremus, ſi quemadmodum Sanctitas tua de adventu Apiarii lætatos vos fuiſſe, miſſis per Compresbyterum noſtrum Leonem litteris intimavit: ita nos quoque de ejus purgatione hæc ſcripta cum lætitia mitteremus. Eſſet profectò & noſtra, & veſtra modò alacritas certior, nec præpropera videretur, quæ adhuc de audiendo, quàm de audito præceſſerat. Adveniente ſanè ad nos ſancto fratre, & Coepiſcopo noſtro Fauſtino, Concilium congregavimus, & credidimus ideo cum illo miſſum: quoniam ſicut per ejus operam Presbyterio ante redditus fuerat, ita nunc poſſet de tantis criminibus à Tabracenis objectis eo laborante purgari. Cujus tanta, ac tam immania flagitia decurſum noſtri Concilii examen invenit, ut & memorati patrocinium potiùs, quàm judicium, ac defenſoris magis operam, quàm diſceptatoris juſtitiam ſuperarent. Nam primùm, quantùm * obti-

Al. * *Celtiejus.*

Al. * *Celticus*] V. C. *Cæleſticos.*

De Apiario Presbytero.

Al. * *obſtiterit.*

(c) *Carthaginis.*] V. C. *Carthagine adjuvamus ſalutem.*

CODEX CANONUM.

CONCILIUM AFRICANUM.

nuerit omni congregationi diverſas injurias ingerendo, quaſi Eccleſiæ Romanæ aſſerens privilegia, & volens eum à nobis in communione ſuſcipi : quem tua Sanctitas credens appellâſſe, quod probare non potuit, communioni reddiderat ; quod minimè tamen licuit, quod etiam geſtorum meliùs lectione cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato judicio, cùm diverſa eidem objecta afflictiſſimi quæreremus, vel moras Coepiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiverſationes ipſius Apiarii, quibus neſandas turpitudines occulere conabatur, Deus judex *Pſal. 7.* juſtus, fortis, & longanimis magno impendio reſecavit. Tetriore quippe, ac putidiore obſtinatione compreſsâ, (a) quâ tantùm lividum cœnum impudentiâ negationis volebat obruere, Deo noſtro ejus conſcientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde (b) tactam qua in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repentè in confeſſionem cunctorum objectorum flagitiorum doloſus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus ſe ipſe convicit, atque ipſam quoque noſtram ſpem, quâ eum & credebamus, & optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari, convertit in gemitus, (c) niſi quoniam iſtam noſtram mœſtitiam uno tantùm ſolatio mitigavit, quòd & nos labore diuturnioris quæſtionis abſolvit, & ſuis vulneribus qualemcunque medelam, (d) & ſi invitâ, ac ſuæ conſcientiæ reluctante confeſſione providit, Domine frater. * Præſatio itaque * devitato ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis (e) excommunicatis in communionem ultra velitis excipere, quâ hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè advertet Venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus Clericis, vel Laïcis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari : nè in ſua Provincia communione ſuſpenſi à tua Sanctitate præproperè, (f) vel indebitè videantur communioni reſtitui. Presbyterorum quoque & ſequentium Clericorum improba refugia, ſicut te dignum eſt, repellat Sanctitas tua, (g) quia & nullâ Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & Decreta Nicæna, ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis aper-

Al. *tantam* Fortè *tam immania.*

* Lego *præfato.*

Al. * *devite* Lego *debitæ*

(a) *Quâ tantùm lividum*] V. C. *Quantùm libidinum.*

(b) *Tactam qua*] V. C. *Tanquam.*

(c) *Niſi quoniam iſtam*] V. C. *Et niſi cum ipſa.* Al. *Niſi quomodo.*

(d) *Et ſi invitâ, ac ſuæ conſcientiæ reluctante confeſſione providit.*] V. C. *Et licèt invitus ſuæ conſcientiæ reluctante confeſſione prodidit.*

(e) *Excommunicatis*] *Excommunicatos.*

(f) *Vel indebitè*] Deſunt in edit. Dionyſ. Exig.

(g) *Quia & nulla*] *Quia & in nulla.*

tiſſimè commiſerunt. Pudentiſſimè enim juſtiſſimèque viderunr, quæcunque negocia, in ſuis locis, ubi (a) orta ſunt, finienda. Nec unicuique * (b) providentiæ gratiam Sancti. Spiritûs defuturam, qua æquitas (c) à Chriſti Sacerdotibus, & prudenter videatur, & conſtantiſſimè tenearur: maximè, quia unicuique (d) conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ Provinciæ, vel etiam univerſale provocare. Niſi ſortè quiſquam eſt, qui credat, unicuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregaris in Concilium Sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipſum tranſmarinum judicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ, vel proprer ſexûs, vel propter ſenectutis infirmitatem, vel multis (e) aliis impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui, tanquam à tuæ Sanctitatis larere mittantur, (f) nullâ invenimus Patrum Synodo conſtitutum. Quia illud, quod pridem per eundem Coepiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquam ex parte Nicæni Concilii exinde tranſmiſiſtis, in Conciliis verioribus, (g) quæ accipiunrur, Nicæni, à ſancto (h) Cyrillo Coepiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à (i) venerabili Attico (k) Conſtantinopolitano Antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium Presbyterum, & Marcellum (l) Subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunr, venerabilis memoriæ Boniſacio Epiſcopo prædeceſſori veſtro, à nobis tranſmiſſa ſunr, in quibus rale aliquid non potuimus reperire. Execurores etiam Clericos veſtros quibuſque (m) potentibus nolite mittere, nolite concedere, nè * fumoſum * typum ſeculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitaris, & humiliratis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere: nam de fratre noſtro Fauſtino amoto jam pro ſuis neſandis nequitiis de Chriſti Eccleſia: dolendo Appiano: ſecuri ſumus, quòd eum probitare,

Fortè * *Provinciæ.*

* Fortè *Typhum.*

(a) *Orta ſunt,*] *Orta fuerint.*

(b) *Providentiæ*] *Provinciæ.*

(c) *A Chriſti*] *A Chriſtianis.*

(d) *Conceſſum eſt ſi*] V. C. *Conſenſum eſt ut ſi.*

(e) *Aliis impedimentis*] V. C. Addit *incurrentibus.*

(f) *Nulla invenimus*] V. C. *In nulla invenimus.*

(g) *Quæ accipiuntur, Nicæni,*] V. C. *Qui dicitur & accipitur Nicænum.*

(h) *Cyrillo Coëpiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ.*] V. C. *Cyrillo Alexandrinæ Antiſtite Eccleſiæ.*

(i) *Venerabili Attico*] V. C. *Venerabili conſacerdote noſtro Attico.*

(k) *Conſtantinopolitano Antiſtite*] Abeſt à V. C.

(l) *Subdiaconum,*] V. C. Addit *noſtrum.*

(m) *Potentibus*] V. C. *Petentibus.*

CODEX CANONUM. CONCILIUM AFRICANUM.

ac moderatione tuæ Sanctitatis, salvâ fraternâ charitate, ulteriùs in Africa minimè patiatur. Et aliâ manu: (a) Dominus noster Sanctitatem (b) vestram ævo longiore orantem pro nobis custodiat, Domine frater.

(a) *Dominus*] V. C. *Deus*. Et melius. (b) *Vestram*] V. C. *Tuam*.

(c) *Explicit Africanum Concilium.*

(c) *Explicit Africanum Concilium*] V. C. *Explicit Carthaginense, seu Africanum Concilium*. Sequitur in Græco exemplari . . . . . CP. *sub Nectario Fl. Arcadio A. IIII & Honorio II Coss. III Kal. Octob.* fol. 85. 6. tum deinde CP. in Trullo, Nicæni II.

(a) ANTIQUA ROMANORUM PONTIFICUM DECRETA,

IN CODICE ANTIQUO CANONUM CONTENTA.**

CODEX CANONUM.

NICOLAUS Papa, Archiepiſcopis & Epiſcopis per Galliam conſtitutis. Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuſcula tractatorum, approbantur vel reprobantur: ita, ut quod verè Sedes Apoſtolica probavit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur, quando potius ea, quæ ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro variis, & multifariis Eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus diverſo tempore ſcripſit: omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsus in quibuſlibet neceſſitatibus, vel opportunitatibus, diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra, reverenter aſſumi? Quanquam quidam veſtrûm ſcripſerunt, haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto Canonum Codicis corpore eſſe deſcripta, & ideo inter Canones non aſſumenda, cum tamen & ipſi, ubi ſuæ intentioni hæc ſuffragari conſpiciunt, in omnibus illis indifferenter utantur.

DECRETA SYRICII.

Diſt. 19. c. Si Romanorum.

(a) *Antiqua Romanorum, &c.*] Deeſt in noſtris exemplaribus, & ad hanc collectionem proprie non pertinet.

** Il faut voir, ſous l'Article 41 des Libertés, la Préface de Denis-le-Petit au Prêtre Julien ſur la Collection de ces anciens Décrets des Papes.

EPISTOLA S. AMBROSII AD SYRICIUM PAPAM.

CODEX CANONUM. DECRETA SYRICII.

DOMINO dilectissimo fratri Syricio Papæ, Ambrosius Episcopus, Bassianus Episcopus, & cæteri. Recognovimus litteris Sanctitatis tuæ boni Pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi januam serves, & piâ sollicitudine Christi ovile custodias dignus, quem oves Dominî audiant, & sequantur. Et ideo quia nostri oviculas Christi, lupos facilè deprehendes & occurres, quasi providus pastor, nè isti morsibus perfidiæ suæ, feralique ululatu Dominicum ovile dispergant. Laudamus hoc, Domine frater, nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu, nec miramur, si luporum rabie grex Domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem servare, promiscuè omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationum inducere. Sed quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria? Neque verò nos negamus sanctificatum à Christo esse conjugium, divinâ voce dicente, Erunt ambo in carne una, & in uno spiritu; sed prius est, quòd nati sumus, quàm quòd effecti, multòque præstantius divini operis mysterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Jure laudatur bona uxor, sed meliùs pia virgo præfertur, dicente Apostolo, Qui jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, meliùs facit: hæc enim cogitat, quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa conjugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum; illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, per quod est inventa posteritas successionis humanæ, sed meliùs virginitas, per quam regni cælestis hæreditas acquisita, & cælestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit. Denique speciale donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque ipse repræsentavit, quod elegit in matre. Et infra. Quid autem etiam viduitatis attexamus præconia, cùm in Evangelio, post virginis celeberrimum partum, Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua annorum LXXXIV *quæ non discedebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens die, ac nocte, & merito habilis viduitas. Denique si Adam sic exegisset jejunium, non fuisset nudus effectus. Ninivem amor jejunii liberavit, & ipse Dominus ait, non ejicietur, nisi per orationem, & jejunium. Sed quid plura apud magistrum, atque doctorem, cùm jam dignum præmium retulerunt illi perfidiæ suæ? Et infra. Ita Jovinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Januarium, & Ingeniosum, quos Sanctitas tua damnavit, sciat apud nos quoque secundùm judicium tuum esse damnatos. Incolumem te, & florentissimum Deus noster teneat omnipotens, domine dilectissime frater.*

Ambr. in Ep. l. 10. ep. 81.

Providus Pastor Syricius.

Errores Jovinîani.

Virginitas præferenda conjugio.

Gen. 1.

1. Cor. 7.

Viduitas.

Jejunium.

Damnatio hæreticorum.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Syricii, numero XV. CODEX CANONUM.

1 DE Arianis non rebaptizandis. DECRETA SYRICII.
2 Ut præter Paſcha & Pentecoſten baptiſma non celebretur.
3 De Apoſtatis.
4 Quòd non liceat alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.
5 De his qui pœnitentiam minimè ſervaverunt.
6 De Monachis, & Virginibus propoſitum non ſervantibus.
7 De Clericis inconrinentibus.
8 Quales debeant ad Clericarûs officium pervenire.
9 De Clericorum converſatione.
10 De grandævis.
11 Quòd Clericus, qui ſecundam uxorem duxerit, deponatur.
12 Quæ fœminæ cum Clericis habitare debeant.
13 De Monachorum promorione.
14 Quòd pœnitens non * fit Clericus. Al. **fat.*
15 Ut ſi per ignorantiam vel pœnitens, vel bigamus, aut viduæ marirus Clerici facti fuerint, non promoveantur.

INCIPIT EPISTOLA DECRETALIS PAPÆ SYRICII.

Syricius Himerio Epiſcopo Tarraconenſi Salutem.

DIRECTA ad deceſſorem noſtrum ſanctæ recordationis Damaſum fraternitatis tuæ relario me jam in ſede ipſius conſtitutum, quia ſic Dominus ordinavit, invenit: quam cùm in convenru fratrum ſollicitiùs legeremus, tanta invenimus, quæ repræhenſione, & correctione ſint digna: quanta optamus * laudando cognoſcere. Et quia neceſſe nos erat in ejus labores, curaſque ſuccedere, cui per Dei grariam ſucceſſimus in honore: facto ut oportebat, primitus meæ provectionis judicio, ad ſingula, prout Dominus adſpirare dignatus eſt, conſulrationi tuæ reſponſum competens non * negamus. Quia pro officii noſtri conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas: quibus major cunctæ Chriſtianæ religionis zelus incumbit, portamus onera omnium, qui gravantur. Quin imò hæc portat in nobis bearus Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit, & tuetur hæredes. * Lego *laudanda.* Al. * *negavimus.* *Officium Rom. Pont.*

CODEX CANONUM. DECRETA SYRICII.

De Arianis non rebaptizandis.

CAP. I. Primâ itaque paginæ tuæ fronte ſignaſti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris eoſdem denuo baptizare velle, quod non licet, cùm * hæc fieri & Apoſtolus vetet, & Canones contra dicant, & poſt caſſatum Ariminenſe Concilium miſſa ad Provincias, à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis, aliiſque Hæreticis, ſicut eſt in Synodo conſtitutum, per invocationem ſolam ſeptiformis Spiritûs Epiſcopalis manûs impoſitione, Catholicorum conventui ſociamus, quod etiam totus oriens, occidenſque cuſtodit, à quo tramite vos quoque poſthac minimè convenit deviare: ſi non vultis à noſtro collegio Synodali ſententia ſeparari.

Al * *hoc Epheſ. 4. Decreta Liberi Papæ.*

In Concil. Nic. cap. 8.

Ut præter Paſcha, & Pentecoſten baptiſmus non celebretur.

CAP. II. Sequitur de diverſis baptizandorum temporibus, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis, & emendanda confuſio: quæ à noſtris conſacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione authoritatis alicujus, ſed ſolâ temeritate præſumitur, ut paſſim, ac liberè natalitiis Chriſti, ſeu apparitionis, necnon & Apoſtolorum, ſeu Martyrum feſtivitatibus innumeræ (ut aſſeris) plebes baptiſmi myſterium conſequantur, cùm hoc ſibi privilegium & apud nos, & apud omnes Eccleſias Dominicum ſpecialiter cum Pentecoſte ſua Paſcha defendat, quibus ſolis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptiſmatis tradi convenit ſacramenta. His dumtaxat electis, qui ante quadraginta, vel eo amplius, dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati, quatenus Apoſtolica illa impleatur præceptio, ut expurgato fermento veteri, nova incipiat eſſe conſperſio. Sicut ergo Paſchalem reverentiam in nullo dicimus eſſe minuendam, ita infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacri undâ baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri: nè ad noſtrarum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus ſontè ſalutari, exiens unuſquiſque de ſæculo & regnum perdat, & vitam. Quicunque etiam diſcrimen naufragii, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cujuſlibet corporalis ægritudinis deſperationem inciderint, & ſibi unico credulitatis auxilio popoſcerint, ſubveniri: eodem, quo poſcunt, momento temporis expeditè regenerationis præmia conſequantur. Hactenus erratum in hac parte ſufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant Sacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ Petræ, ſuper quàm Chriſtus univerſalem conſtruxit Eccleſiam, ſoliditate divelli.

De conſecr. Diſt. 4. c. Non ratione.

App. 2. Epiphania.

Expiatio baptizandorum per dies XL.

II. Corinth. 5.

Baptiſmus in neceſſitate.

Math. 10.

De Apoſtatis.

Si Apoſtata reſipiſcat. CAP. III. Adjectum eſt etiam, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam (quod dici neſas eſt) tranſeuntes, & Idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione prophanatos, quos à Chriſti corpore, & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, jubemus abſcindi. Et ſi reſipiſcentes fortè aliquando fuerint ad lamenta converſi, his, quamdiu vivunt, agenda pœnitentia eſt, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda, quia docente Domino, Nolumus mortem peccatoris, ſed tantùm ut convertatur, & vivat. *Ezech. 18.*

Quod non liceat alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.

27. q. 2. De conjugali. CAP. IV. De conjugalium autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonium poſſit accipere? hoc nè fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ullâ tranſgreſſione violetur.

De his qui pœnitentiam minimè ſervaverunt.

33. q. 2 c. De his verò. II. Pet. 2. CAP. V. De his verò non incongruè dilectio tua Apoſtolicam Sedem credidit conſulendam: qui actâ pœnitentiâ, tanquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivêre concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum: ut ſolâ intra Eccleſiam fidelibus oratione jungantur, ſacræ myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint: à Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur, ut hac ſaltem deſtructione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe cenſemus.

De Monachis, & Virginibus propoſitum non ſervantibus.

CAP. VI. Præterea Monachorum quoſdam, atque Monacharum, abjecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciviam, ut priùs clanculò, velut Monaſteriorum * prætextu, illicitâ, ac ſacrilegâ ſe contagione miſcuerint, poſtea verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procreârint: quod & publicæ leges, & Eccleſiaſtica jura condemnant. Has igitur impudicas, deteſtabileſque perſonas à Monaſteriorum cœtu, Eccleſiarumque conventibus eli- *27. q. 1. Can. 27. §. 2.*

* Lego *pretextu.*

minandas esse mandamus. Quatenus retrusæ in suis ergastulis tantum sacinus continuâ lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

CODEX CANONUM. DECRETA SYRICII.

De Clericis incontinentibus.

CAP. VII. Veniamus nunc ad sacratissimos ordines Clericorum, quos in venerandæ religionis injuriam ita per vestras Provincias calcatos, atque confusos charitate tuâ insinuante reperimus: ut Hieremiæ nobis voce dicendum sit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die, ac nocte? Si ergo beatus Propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lachrymas posse sufficere, quanto nos possimus dolore percelli, cùm eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus præcipuè secundùm beatum Paulum instantia quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum indesinenter incumbit? Quis enim infirmatur, & non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror: Plurimos enim Sacerdotes Christi, atque Levitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de *conjugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse: & crimen suum hac præscriptione defendere, quâ in veteri testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa: Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum: si æstimat, quia in lege Moysi passim sacris ordinibus à * Domino nostro laxata sunt fræna luxuriæ: cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, prænonet dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus anno vicis suæ in templo habitare jussi sunt Sacerdotes? hac videlicet ratione, nè vel cum uxoribus possint * carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. Quibus expleto deservitionis suæ tempore, uxorius usus solus successionis causâ fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti, unde & Dominus Jesus cùm nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem venerit implere, non solvere. Et ideo Ecclesiam, cujus sponsus est speciosus forma, castitatis voluit splendore radiare: ut in die judicii, cùm rursus advenerit, sine macula, & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum omnes Sacerdotes, atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut à die ordinationis nostræ, sobrietati, ac pudicitiæ & corda nostra mancipemus, & corpora: dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. Qui autem in carne sunt, dicente electionis*

Hier. 9.

II. Cor. 11.

Dist. 82. c. Plurimos.

Al.* *Conjugiis.*

Al.* *Deo*

Levit. 20. Luc. 1.

* Lego *carnale.*

Num. 18.

Matth. 9.

Ephes. 5.

Rom. 5.

vaſe, Deo placere non poſſunt: vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus *I. Corinth. 6.* Dei habitat in vobis, & ubi poterit *Sap. 1.* niſi in corporibus, ſicut legimus, ſanctis Dei Spiritus habitare? & *Diſt. 82. c. Quia aliquanti.* quia aliquanti, de quibus loquimur (ut tua Sanctitas retulit) ignoratione lapſos eſſe ſe deflent: his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, ut ſine ullo honoris augmento in hoc, Al.* *dejecti* quo * detecti ſunt, quamdiu vixerint, officio perſeverent, ſi tamen poſt hæc continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti privilegii excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum: noverint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indignè uſi ſunt, Apoſtolicæ Sedis authoritate dejectos, nec unquam poſſe veneranda attrectari myſteria, à quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant privaverunt. Et quia exempla præſentia cavere nos præmonent in futurum, quilibet Epiſcopus, Preſbyter, atque Diaconus (quod non optamus) ſi deinceps fuerit talis inventus, jam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum, quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quæ ſomentorum non ſenſerint medicinam.

De Clericis, quales debeant promoveri.

CAP. VIII. Didicimus etiam licenter, ac liberè inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numeroſa conjugia, ad præſatas dignitates prout cuicunque libuerit, aſpirare, quod non tantùm illis, qui ad hæc immoderatâ ambitione perveniunt, quantùm Metropolitanis ſpecialiter Pontificibus imputamus: qui dum inhibitis auſibus non obſiſtunt, Dei noſtri, quantùm in ſe eſt, præcepta contemnunt. Et ut taceamus, quod altius ſuſpicamur, ubi illud eſt, quod Deus noſter datâ per Moyſen lege conſtituit, dicens, Sacerdotes mei ſemel nubant; & alio loco, Sacerdotes uxorem virginem accipiant, non viduam, non repudiatam, non meretricem. Quod ſecutus Apoſtolus ex perſecutore prædicator, Unius uxoris virum tam Sacerdotem, quàm Diaconum fieri debere mandavit. Quæ omnia * à veſtrarum regionum deſpiciuntur Epiſcopis: quaſi in contrarium magis fuerint conſtituta. Et quia non eſt nobis de hujuſmodi uſurpationibus negligendum, nè nos indignantis Domini vox juſta corripiat, quæ dicit: Videbas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem: quid ab univerſis poſt hæc Eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum, generali pronunciatione decernimus.

Levit. 21. Ezech. 44. *II. Timoth. 3.* Al.* *ita* *Pſalm. 49.*

De Clericorum converſatione.

CAP. IX. Quicunque itaque ſe Eccleſiæ vovit obſequiis, à ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari, qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad* triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter

Diſt. 77. Quicumque. * Lego *viceſimum* *Vide Zoſimum c. 31.*

vixerit, unâ tantùm, & eâ, quam virginem communi per Sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus Acolythus, & Subdiaconus esse debebit, post quæ ad Diaconi gradum, si se ipse primitus continentiâ præeunte dignum probârit, accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministraverit, congruè Presbyterium consequetur, & exinde post decennium Episcopalem Cathedram poterit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei ejus fuerit approbata.

CODEX CANONUM. DECRETA SYRICII.

De grandævis.

CAP. X. Qui verò jam ætate grandævus melioris propositi * conversione provocatus ex Laico ad sacram militiam pervenire festinat: desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur: si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse, constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud Acolythus, & Subdiaconus fiat, & sic ad Diaconium, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, provehatur. Exinde jam accessu temporum Presbyterium, vel Episcopatum, si eum Cleri, ac plebis evocârit electio, non immeritò sortietur.

Al.* *conversatione*

Quòd Clericus, qui secundam uxorem duxerit, deponatur.

CAP. XI. Quisquis sanè Clericus aut viduam, aut certè secundam conjugem duxerit, omni Ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laicâ tantùm sibi communione concessâ, quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, * propter quod hanc perdat, admittat.

Dist. 84. c. Quisquis.

Al.* *quod post hanc.*

Quæ fœminæ cum Clericis habitent.

CAP. XII. Fœminas verò non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi eas tantùm, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum eisdem Synodus Nicæna permisit.

Dist. 81. c. Fœminas. Nicæn. c. 3.

De Monachorum promotione.

CAP. XIII. Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, & vitæ, ac fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus: ita ut qui intra XXX ætatis annum sunt, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoveantur ordinibus, & sic ad Diaconatûs, vel Presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant, nec * statim saltu ad Episcopatûs culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superiùs præfiximus, tempora fuerint custodita.

16. q. 1. c. Monachos quoque.

Al.* *nec per saltus.*

Quòd pœnitens non fiat Clericus.

CAP. XIV. Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum: ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem Clericatûs adipisci, * quamvis sint omnium peccatorum contagione

Dist. 50. c. Illud quoque.

Al. * *quia.*

gione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerint vaſa vitiorum.

Ut ſi per ignorantiam vel pœnitens, vel bigamus, aut viduæ maritus, Clerici facti fuerint, non promoveantur.

Diſt. 50. Quicumque pœnitens.

CAP. XV. Et quia his omnibus, quæ in reprehenſionem veniunt, ſola excuſatio ignorationis obtenditur, cui nos interim ſolius pietatis intuitu neceſſe eſt clementer ignoſcere: quicunque pœnitens, quicunque bigamus, quicunque viduæ maritus ad ſacram militiam indebitè, & incompetenter irrepſit, hâc ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam: ut in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe * promotionis, in hoc, quo invenietur ordine, perpetuâ ſtabilitate permaneat, ſcituri poſt hæc Provinciarum omnium ſummi Antiſtites, quòd ſi ultra ad ſacros ordines quenquam de talibus crediderint adſumendum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra Canones, & interdicta noſtra provexerint, congruam ab Apoſtolica Sede promendam eſſe ſententiam. Explicuimus, ut arbitror, frater chariſſime, univerſa quæ digeſta ſunt in querelam, & ad ſingulas cauſas, de quibus per filium noſtrum Baſſianum Preſbyterum ad Romanam Eccleſiam, utpote ad caput tui corporis, retuliſti, ſufficientia, quantum opinor, reſponſa reddidimus: nunc fraternitatis tuæ animum ad ſervandos Canones, & tenenda Decretalia conſtituta, magis ac magis incitamus. Et hæc ad tua conſulta reſcripſimus, ut in omnium Coepiſcoporum noſtrorum perferri faciat notionem, & non ſolum eorum, qui in tua ſunt Diœceſi conſtituti, ſed etiam ad univerſos Carthaginenſes, ut Beticos, Luſitanos, atque Callaicos, vel eos, qui vicinis tibi * conlimitant hinc inde Provinciis, hæc, quæ à nobis ſunt ſalubri ordinatione diſpoſita, ſub litterarum tuarum proſecutione mittantur. Et quanquam ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita nulli Sacerdotum Domini ignorare ſit liberum, ut illius tamen & pro antiquitate Sacerdotii tui dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum: ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per unanimitatis tuæ ſollicitudinem in univerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ à nobis non inconſultè, ſed providè ſub nimia cautela, & deliberatione ſunt & ſalubriter conſtituta, intemerata permaneant; & omnibus in poſterum excuſationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obſtruatur. Datum III Idus Februarii, Arcadio & Baunto, vv. cc. Conſſ. **

De Carthagine nova quæ in Hiſpania eſt, loquitur.

Al. * *promiſſionis.*

Al. * *conliminent.*

** *Ann. Chriſti 385.*

Explicit Epiſtola Decretalis Papæ Syricii.

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I.

PLATINA DE INNOCENTIO I.

INNOCENTIUS, natione Albanus, Patre Innocentio, particeps Theodoſii temporum fuit, qui Imperii tranquillitate, & benignitate Principis uſus, multa ad religionem Chriſtianam pertinentia meditatus eſt. Conſtituit enim ut Sabbato jejunium celebraretur, & quòd tali die Chriſtus in ſepulchro jacuiſſet, & quòd ejus diſcipuli jejunaſſent. De Judæis quoque, & Paganis, deque Monachis regulas quaſdam tulit. Cataphrygas autem Hæreticos ab urbe expulit. Theodoſio annuente, vel in Monaſteria, ut alii volunt, relegavit. Præterea verò Pelagium Monachum, & Cæleſtinum Hæreſeos damnavit, & quòd liberum arbitrium divinæ gratiæ anteferrent, & quòd dicerent, ad implenda divina juſſa voluntatem per ſe ſufficientem eſſe: Baſilicam Gervaſii & Protaſii dedicavit, Veſtinæ mulieris impenſâ ſtructam & ornatam, divenditis ejus bonis ex teſtamento relictis juſto pretio. Templi dona hæc fuere: Patenæ argenteæ duæ XXXX librarum, Coronæ XII, Ceroſtrata argentea IIII. Ad ornatum baptiſterii Cereum obtulit quinque & XX librarum, fundentem aquam, vas Chriſmatis ex argento librarum V, ſcyphos duos argenteos anaglyphos XX librarum. Dos autem templi erat, domus ad Baſilicam blinam, balneum ad templum Mamuri, domus item in clivo ſalutis balneatæ, fundus in agro cluſino, alter fundus in agro fundano. His addita domus in clivo Mamertino, domus altera in vico longo, balneum quoque in eodem vico. Curam verò & adminiſtrationem hujus Baſilicæ & ſanctæ Agnetis Leopardo ac Paulino Presbyteris commiſit. Ubi verò per ſacros ordines quator in urbe habitos, Presbyteros XXX, Diaconos XII, Epiſcopos IIII & L creaſſet, moritur, ac ſepelitur in cæmiterio ad urſum pileatum, V Kal. Auguſti. Sedit annis XV, menſibus II, diebus quinque & XX.

Geſta & conſtituta Innocentii. Innoc. c. 4.

Pulchra antiquitas.

Dos Baſilicæ.

Tituli Decretorum Papæ Innocentii, numero LVII.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

1 DE pacis oſculo dando poſt confecta myſteria.
2 De nominibus ante precem Sacerdotis non recitandis.
3 Quòd non debeant baptizari, niſi ab Epiſcopo conſignati.
4 Quòd rite omni Sabbato jejunetur.
5 De fermento, quòd civitatis tantùm Preſbyteris dirigatur.
6 De Energumenis baptizatis.
7 De Pœnitentibus.
8 De Epiſtola ſancti Jacobi Apoſtoli, in qua pro infirmis orare præcipitur.
9 Quòd extra conſcientiam Metropolitani non ordinetur Epiſcopus.
10 Qui ad Clerum ſuſcipi non poſſint, & ut Clericorum cauſæ à propriis terminentur Epiſcopis.
11 Ut viduam Clericus non ducat uxorem.
12 Ut ſi Laïcus viduam duxerit, Clericus non fiat.
13 Ut qui ſecundam uxorem habuerit, Clericus non ſit.
14 Ut alterius Clericum nullus uſurpet Epiſcopus ordinare.
15 Ut non * baptizentur qui ad Eccleſiam à Novatianis, vel Montenſibus veniunt. Al.* *rebaptizentur.*
16 Quòd Sacerdotes & Lævitæ cum mulieribus coire non debeant.
17 Quòd Monachus, ſi Clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſervare debeat.
18 Ut ex curialibus Clericus non fiat, propter voluptates, quas à diabolo inventas exhibere cogniſcitur.
19 De Virginibus velatis, ſi deviaverint.
20 De Virginibus non velatis, ſi deviaverint.
21 De incontinentia Sacerdotum ac Levitarum.
22 De ultima pœnitentia.
23 De adminiſtratoribus.
24 Quòd viri cum * uxoribus adulteris non conveniant. Al.* *mulieribus.*
25 Quòd qui preces, vel criminales dictant, habeantur immunes,
26 Quòd hi, qui intercedente repudio divortium pertulerint, ſi ſe nuptiis aliis * junxerunt, adulteri eſſe monſtrentur. Al.* *Junxerint.*
27 Qui libri in Canone recipiantur.
28 Si quis volens, partem ſibi corporis amputârit, Clericus eſſe non poteſt: nolens autem poteſt.
29 Quòd bigami ad Clerum admitti non poſſint.
30 Qui de Laïcis ad Clerum admitti non debeant.
31 Qui de Laïcis poſſint Clerici fieri, hîc apertè concubina prohibetur.
32 De temporibus in Cleri ordinibus immorandis.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

33 Quòd hi, qui in Preſbyterio filios genuerint, removeri ab officio debeant.

34 Quòd poſt pœnitentiam nullus ad Clerum poſſit admitti.

35 De Bubalio, & Tauriano damnatis à Provincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curavit.

36 De terminis minimè transferendis.

37 Si cujus uxor in captivitatem fuerit abducta, & alteram maritus acceperit, revertente primâ, ſecunda mulier debet excludi.

38 Ad Aurelium Carthaginenſem, & Auguſtinum Hipponenſem, Epiſcopos ſcripta.

39 Scripta ad Julianùm nobilem exhortatoria.

40 Item ad Aurelium Epiſcopum de Paſcha. In qua re fallitur..

41 De Antiochena Eccleſia.

42 Ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum de pace.

43 De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo.

44 Item ad Alexandrum Epiſcopum de pace.

45 Item Alexandro Epiſcopo, quòd prima Sedes beati Petri, apud Antiochiam eſſe memoretur.

46 Quòd non oporteat, ſecundùm conſtituta Imperatorum, duos eſſe Metropolitanos.

47 Quòd Arianorum Clerici non ſint ſuſcipiendi in ſuis officiis, quamvis baptiſma, quòd per eos datur, confirmet Eccleſia.

48 Acatio Beroeæ Epiſcopo, de ſancto Joanne Conſtantinopolitano Pontifice.

49 De Bonoſiacis, quòd Judæis ſint comparandi.

50 De ſuſcipiendis Clericis, quos Bonoſus, antequam damnaretur, ordinaſſe cognoſcitur.

51 Ut ſi Sacerdos, vel quilibet ex Clero viduam uxorem duxerit, vel abjectam, ſuum perdat officium.

52 Ut ſi quis Catechumenus habuerit uxorem, & defunctâ eâ, poſt baptiſmum ſortitus fuerit alteram, Clericus eſſe non poſſit.

53 Quòd non ſuſcipiantur in Clero ab hæreticis ordinati.

54 Quòd in ordinationibus crimina non bene credantur auferri.

55 Quòd hi qui ordinati ſunt à Bonoſo Hæretico, propterea ſint recepti, nè ſcandalum remaneret Eccleſiæ.

56 Quòd in Eccleſia peccatum populi inultum ſoleat præteriri.

57 Quòd ſubreptum fuerit Apoſtolicæ Sedi, & ſuam in meliùs ſententiam commutaverit.

Incipit Epiſtola Regularis Papæ Innocentii.

CODEX CANONUM. *DECRETA INNOCENTII I.*

INNOCENTIUS Decentio Epiſcopo Eugubino ſalutem. Si inſtituta Eccleſiaſtica, ut ſunt à beatis Apoſtolis tradita, integra vellent ſervare Domini Sacerdotes: nulla diverſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus, ac conſecrationibus haberetur. Sed dum unuſquiſque, non quòd traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc exiſtimat eſſe tenendum, inde diverſa in diverſis locis, vel Eccleſiis aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis, qui dum neſciunt traditiones antiquas humanâ præſumptione corruptas, putant ſibi, aut Eccleſiis non convenire, aut ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim neſciat, aut non advertat, id, quod à Principe Apoſtolorum Petro, Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſervari, nec ſuperduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes, aut legant, ſi in iis Provinciit alius Apoſtolorum invenitur, aut legitur docuiſſe. Qui, ſi non legunt, quia nuſquam inveniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe non dubium eſt, nè dum peregrinis aſſertionibus ſtudeant, caput inſtitutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem veniſſe, ac nobiſcum in Eccleſia conveniſſe non dubium eſt, & quem morem vel in conſecrandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognoviſſe, quod ſufficere arbitrarer ad informationem Eccleſiæ tuæ, vel reformationem, ſi prædeceſſores tui, quod minus aliquid, aut aliter tenuerunt, ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus iccirco reſpondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, ſed ut majori authoritate vel tuos inſtituas, vel ſi qui à Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errant, ut commoneas, aut indicare non differas, ut ſcire valeamus, qui ſunt, qui aut novitates inducunt, aut alterius Eccleſiæ, quam Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſervandam.

Lego Eugubino.

Diſt. 11. c. ſi. Quis neſcit.

Al. respondimus.

De pace poſt conſecta myſteria danda.

De conſecrat. Diſt. 2. Pacem igitur.

CAP. I. Pacem igitur aſſeris ante conſecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter Sacerdotes tradere, cum poſt omnia, quæ aperire non debeo, pax fit neceſſariò indicenda. Per quam conſtet populum ad omnia, quæ in myſteriis aguntur, atque in:

Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur.

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I.

De nominibus ante precem Sacerdotis non recitandis.

*De consecrat. Dist. 2. c. 5.

CAP. II. De nominibus verò recitandis, antequam precem Sacerdos fiat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quàm superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues: quamvis illi incognitum nihil sit. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt, edicenda: ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

Quòd non debeant baptizati nisi ab Episcopis consignari.

CAP. III. De consignandis verò infantibus manifestum est non ab alio, quàm ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes; Pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem Pontificibus solis deberi ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solùm consuetudo ecclesiastica demonstrat, verùm & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis tradant Spiritum sanctum. Nam Presbyteris, seu extra Episcopum, sive præsente Episcopo cùm baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. Verba verò dicere non possint, nè magis prodere videar, quàm ad consolationem respondere.

Act. 2.

De consecrat. Dist. 4. c. Presbyter.

Al. * *consultationem.*

Quòd rite omni Sabbaro jejunetur.

CAP. IV. Sabbatum verò jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solùm in Pascha celebramus, verùm etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, * ac sexta feria propter passionem Domini jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam, atque lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat Apostolos biduo isto in tristitia, & in mœrore fuisse, & propter metum Judæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est in tantum eos jejunasse biduo * memoratur, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo Sacramenta penitus non celebrari. Quæ forma utique per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quòd si putant semel, atque uno Sabbato jejunandum, ergo & Dominicum, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Dominici diei, ac

De consecrat. Dist. 3. Sabbato.

Al * *ac*

* Lego *memorato. Biduo non per circulum anni, sed in hebdomada sancta hoc intelligitur.*

ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparanda imago eſt, dementis eſt bidui agere conſuetudinem Sabbato prætermiſſo, cùm non diſparem habeat cauſam, à ſexta videlicet feria, in qua Dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, ut tertiâ die reſurgens redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria jejunandum, ſed dicimus & Sabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his, qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt, qui die Dominico hilarati non ſolùm ipſum feſtiviſſimum eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.

De fermento civitatis Presbyteris dirigendo.

Per titulos, per Eccleſias Preſbyterorum Cardinalium.

CAP. V. De fermento verò, quod die Dominica per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ, intra civitatem ſint conſtitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipſâ propter plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt, iccirco fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut ſe à noſtra communione maximè illâ die non judicent ſeparatos, quod per Parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda ſunt Sacramenta, nec nos per cœmiteria diverſa conſtitutis Presbyteris deſtinamus, & Preſbyteri eorum conficiendorum jus habent, atque licentiam.

De Energumenis baptizatis.

CAP. VI. De his verò baptizatis, qui poſtea dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interveniente, arripiuntur, quæſivit dilectio tua, ſi à Presbytero, vel Diacono poſſint, aut debeant conſignari: quod hoc, niſi Epiſcopus præceperit, non licet: nam ei manus imponenda omnino non eſt, niſi Epiſcopus authoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, Epiſcopi eſt imperare, ut manus ei vel à Presbytero, vel cæteris Clericis imponatur. Nam quo modo id fieri ſine magno labore poterit, ut longè conſtitutus Energumenus ad Epiſcopum deducatur? cùm ſi talis caſus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Epiſcopum, nec referri ad ſua facilè poſſit.

De Pœnitentibus.

De conſecrat. Diſt. 3. c. De Pœnitentibus.

CAP. VII. De Pœnitentibus autem, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus pœnitentiam geruſit, ſi nulla intervenit ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum, Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus, atque lachrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, nè de ſæculo abſque communione diſcedat.

Confeſſio & ſatisfactio continua.

CODEX CANONUM.

De Epiſtola ſancti Jacobi Apoſtoli, in qua pro infirmis orare præcipitur.

DECRETA INNOCENTII I.

CAP. VIII. Sanè quoniam de hoc, ſicuti de cæteris conſulere voluit dilectio tua, adjecit * etiam filius meus Cæleſtinus Diaconus in Epiſtola ſua eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Jacobi Epiſtola conſcriptum eſt, Si * infirmus aliquis in vobis eſt, inducat Preſbyteros, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum non ſolùm Sacerdotibus, ſed omnibus uti Chriſtianis licet, in ſua, aut in ſuorum neceſſitate ungendum. Cæterum illud ſuperfluum videmus adjectum: ut de Epiſcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium eſt. Nam iccirco Preſbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt: cujus eſt ipſum chriſma conficere. Nam Pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo unum genus putatur poſſe concedi? His igitur, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curavimus: ut Eccleſia tua Romanam conſuetudinem, à qua originem ducit, ſervare valeat, atque cuſtodire: reliqua verò, quæ ſcribi non erat neceſſarium, cùm adſueris, interrogati poterimus dicere. Erit autem potentiæ Domini etiam id procurare, ut & tuam Eccleſiam, & Clericos noſtros, qui ſub tuo Pontificio divinis famulantur officiis, bene inſtituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Datum XIV Kal. April. Theodoſio Aug. VII, & Palladio v. c. Conſulibus. **

Al.* *etiam ſic*

Al.* *infirmatur quis. Act. 5.*

Diſt. 95. c. Illud ſuperfluum. Extrema unctio ſacramentum.

** *ann. Chriſti 416.*

Explicit Decretalis Epiſtola Papæ Innocentii.

Incipit ejuſdem alia.

INnocentius Victricio Epiſcopo Rhotomagenſi ſalutem. Etſi tibi, frater chariſſime, pro merito, & honore Sacerdotii, quo plurimùm polles, vivendi, & docendi ſecundùm Eccleſiaſticas regulas nota ſunt omnia, neque eſt aliquid, quod de ſacris lectionibus tibi minùs collectum eſſe videatur: tamen quia Romanæ Eccleſiæ normam, atque authoritatem magnopere poſtulaſti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digeſtas vitæ & morum probabilium diſciplinas adnexas litteris meis miſi, per quas advertant Eccleſiarum regionis veſtræ populi, quibus rebus, & regulis Chriſtianorum vita in ſua cujuſcumque

cunque professione debeat contineri, qualisque servetur in urbis Romæ Ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ per plebes finitimas, & consacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis Ecclesiis præsident, regularum hunc librum, quasi didascalicum, atque monitorem sedulò insinuare, ut & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formari. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facilè poterunt ex bona imitatione supplere. Incipiamus igitur, adjuvante sancto Apostolo Petro, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium: ut quoniam plures sæpe emerserunt causæ, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, ut de cætero sollicitudo sit unicuique Sacerdoti in sua Ecclesia curam hujusmodi habere, sicut Apostolus prædicat Paulus, talem Ecclesiam Deo exhibendam non habentem maculam, aut rugam, nè alicujus morbidæ ovis adflatu conscientia nostra contaminata violetur. Propter eos igitur, qui vel ignorantiâ vel desidiâ non tenent Ecclesiasticam disciplinam, & multa non præsumenda præsumunt, rectè postulasti, ut in illis partibus istiusmodi, quam tenet Ecclesia Romana, forma servetur; non quo nova præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupiamus: quæ tamen Apostolicâ, & Patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses * Paulo monente. State, & tenete traditiones nostras, sive per verbum, sive per Epistolam. Illud certè tuam debet mentem vehementiùs excitare, ut ab omni labe sæculi istius immunis ante Dei conspectum, & securus inveniaris; cui multùm enim creditur, plus ab eo exigitur usura pœnarum. Ergo quoniam non pro nobis tantùm, sed pro populo Christi cogimur præstare rationem, disciplinâ deificâ populum erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ suâ præsumptione * violârunt, populi favorem sequentes, & Dei judicium non timentes. Ergo nè silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino, Videbas furem, & currebas cum eo, hæc sunt quæ deinceps intuitu divini judicii omnem Catholicum Episcopum expedit custodire.

Liber regularum Innocentii.

Ephes. 5.

Al. * *qua*

2. *Thessal. 2. Additur in duobus exemplaribus.*

* 2. *ad Timotheum, sed superflue.*

Luc. 12.

Al. * *violant.*

Psal. 49.

Quòd extra conscientiam Metropolitani non ordinetur Episcopus.

CAP. IX. Primùm, ut extra conscientiam Metropolitani Episcopi nullus audeat ordinare: integrum enim judicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur; nec unus Episcopus ordinare præsumat, nè furtivum beneficium præstitum videatur; hoc enim à Synodo Nicæna constitutum est, atque definitum.

Dist. 64. c. Extra conscientiam. Conc. Nic. c. 4.

Qui ad Clerum ſuſcipi non poſſint, & ut Clericorum cauſæ à propriis terminentur Epiſcopis.

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I. *Diſt. 50. c. Si quis poſt 11. q. 1. c. Si quæ cauſæ. Conc. Nic. c. 5. 3. q. 6. c. Non liceat.*

CAP. X. Item ſi quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad Clericatum admitti omnino non debeat. Si quæ autem cauſæ, vel contentiones inter Clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris, ſuerint exortæ, ut ſecundùm Synodum Nicænam, congregatis ejuſdem Provinciæ Epiſcopis, jurgium terminetur, nec alicui liceat, ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, relictis his Sacerdotibus qui in eadem Provincia Dei Eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias. Quòd ſi quis ſortè præſumpſerit, & ab officio Cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem Apoſtolicam, ſicut Synodus ſtatuit, poſt judicium Epiſcopale referantur.

In 7. c. mult. Nic. Conc. hoc habetur. Et in Sardic. Conc. c. 7. & 17.

Ut viduam Clericus non ducat uxorem.

CAP. XI. Ut viduam Clericus non ducat uxorem: quia ſcriptum eſt: Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam. Utique qui ad Sacerdotium labore ſuo, & vitæ probitate contendit, cavere debet nè hoc præjudicio impeditus pervenire non poſſit.

Levit. 21. Ezech. 44.

Ut ſi laïcus viduam duxerit, Clericus non ſiat.

Diſt. 34. Si quis viduam.

CAP. XII. Ut is, qui viduam, licèt laïcus, duxit uxorem, ſive ante baptiſmum, ſive poſt baptiſmum, non admittatur ad Clerum, quia videtur excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris conſortium relaxatur.

Ut qui ſecundam uxorem habuerit, Clericus non ſit.

CAP. XIII. Nè is, qui ſecundam duxit, Clericus ſiat, quia ſcriptum eſt, Unius uxoris virum. Et iterum: Sacerdotes mei ſemel nubant. Et alibi: Sacerdotes mei non nubant ampliùs. Et ſi de aliquibus æſtimatur, ante baptiſmum ſi fortè quis accepit uxorem, & eâ de ſæculo recedente, alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errat à regula, quia in baptiſmo peccata remittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur, cùm utique uxor ex legis præcepto ducatur, in tantùm, ut & in paradiſo, cùm parentes humani generis conjungerentur, & ab ipſo ſint Domino benedicti, & Salomon dicat, A Deo præparabitur viro uxor, quam formam etiam Sacerdotes omnes ſervare, uſus ipſe demonſtrat Eccleſiæ. Satis enim abſurdum eſt aliquem credere uxorem ante baptiſmum acceptam, poſt baptiſmum non computari, cùm benedictio quæ per Sacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtitutæ doceatur. Quòd ſi non putatur uxor eſſe computanda, quæ antè baptiſmum ducta eſt, ergo nec filii, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habentur.

II. Timoth. 3. Levit. 21. Ezech. 44.

Geneſ. 2. Proverb. 19.

Ut alterius Clericum nullus uſurpet Epiſcopus ordinare.

Diſt. 71. c. De aliena. Nic. Conc. c. 5. CAP. XIV. Ut de aliena Eccleſia Cleticum ordinare nullus uſurpet, niſi ejus Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam Synodus ſtatuit Nicæna, ut abjectum ab altero Clericum altera Eccleſia non recipiat.

Ut non baptizentur, qui ad Eccleſiam à Novatianis, vel Montenſibus veniunt.

Nic. Conc. c. 5. CAP. XV. Ut venientes à Novatianis, vel Montenſibus per manûs tantum impoſitionem ſuſcipiantur, quia quamvis ab Hæreticis, tamen in Chriſti nomine baptizati ſunt: præter eos, qui ſi fortè à nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt, hi ſi teſipiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes, tedire maluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.

Quòd Sacerdotes & Levitæ cum mulieribus coire non debeant.

Diſt. 32. c. In Levit. 20. Luc. 2. CAP. XVI. Præterea, quod dignum, & pudicum, & honeſtum eſt, tenere Eccleſia omni modo debet, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus ſuis non coeant, quia miniſterii quotidiani neceſſitatibus occupantur: ſcriptum eſt enim, Sancti eſtote, *Levit. 21. Num. 18.* quoniam & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Nam ſi priſcis temporibus de templo Dei Sacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant, quibus utique propter ſobolis ſucceſſionem uxorius uſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex ſemine Aaron ad Sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quantò magis hi Sacerdotes vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debeant, quibus vel Sacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, quâ vel à ſacrificiis divinis, vel à baptiſmatis officio vacent. Nam ſi Paulus ad *1. Cor. 7.* Corinthios ſcribit dicens, Abſtinere vos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique laïcis præcepit, multò magis Sacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi juge officium eſt, ſemper debebunt ab hujuſmodi conſortio abſtinere; qui ſi contaminati fuerint carnali concupiſcentiâ, quo pudore vel ſacrificare uſurpabunt? aut quâ conſcientiâ, quove merito exauditi ſe credunt? cùm dictum ſit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum. * Sed fortaſſe licere hoc credit, quia ſcriptum eſt: Unius uxoris virum, non permanentem in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter conſcientiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait, *1. Cor. 7.* Vellem autem omnes ſic eſſe, *Rom. 8.* ſicut & ego. Et apertiùs declarat dicens, Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.

Al.* *Forſitan uſurpavit. Ad Titum. 1.* Al.* *Si 1. Timoth. 3.*

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

Quòd Monachus, ſi Clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſervare debeat.

16. q. 1. c. *De Monachis.* CAP. XVII. De Monachis, qui diu morantes in Monaſteriis poſtea ad Clericatûs ordinem pervenerint, non debere eos à priore propoſito deviare. Aut enim ſicut in Monaſterio fuit, & quod diu ſervavit, in meliori gradu poſitus amittere non debet. Aut ſi corruptus, poſtea baptizatus in Monaſterio ſedens, & ad Clericatûs ordinem accedere voluerit, uxorem omnino * habere non poterit, quia nec benedici cum ſponſa poteſt, jam ante corruptus; quæ forma ſervatur in Clericis maximè, cùm vetus regula hoc habeat, ut quiſque corruptus baptizatus Clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe uxorem omnino non ducere.

Al.* *Non habuit, habere non potuit.*

Ut ex Curialibus Clericus non fiat propter voluptates, quas à diabolo inventas exhibere compellitur.

Diſt. 51. c. Præterea. CAP. XVIII. Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris Curiales, vel quoſlibet publicis functionibus occupatos, Clericos facere contendunt, quibus poſtea major triſtitia, cùm de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcitur de * accitis. Conſtat enim eos in ipſis muniis voluptates etiam exhibere, quas à diabolo inventas eſſe non dubium eſt, & ludorum aut munerum apparatibus aut præeſſe aut intereſſe. Et certè in exemplum ſollicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente: cùm pro his ſæpius rogaremus, quàm ipſe nobiſcum poſitus cognoviſti, quibus non ſolùm inferiores Clerici ex Curialibus, verùm etiam jam in Sacerdotio conſtituti, ingens moleſtia, ut redderetur, imminebat.

Al.* *accitis.*

De Virginibus velatis, ſi deviaverint.

27. q. 1. c. *Quæ Chriſto.* CAP. XIX. Item quæ Chriſto ſpiritaliter * nupſerunt, & à Sacerdote velantur, ſi poſtea vel publicè nupſerint, vel ſe clanculò corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe junxerant, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcumque, vivente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi unus ex his fuerit defunctus, quantò magis de illa tenenda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſimigravit?

Al.* *nubunt*

De Virginibus non velatis, ſi deviaverint.

27. q. 1. *Hæ verò.* CAP. XX. Hæ verò, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licèt velatæ non fuerint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt: quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nullâ ratione diſſolvi, quantò magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepige-

runt, ſolvi ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, * dixerit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quantò potiùs virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ?

Al.* *dixit* 1. *Tim.* 5.

Hæc itaque regula, frater chariſſime, ſi plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei Sacerdotibus obſervata, ceſſabit ambitio, diſceſſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet diabolus ſæviendi, manebit unanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animæ concordabit, implebitur dictum Apoſtoli, ut unanimes unum ſentientes permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, ſed Deo noſtro Salvatori placentes: cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Philip. 2.

Explicit Epiſtola ſecunda Innocentii Papæ.

Incipit ejuſdem tertia.

Innocentius Exuperio Epiſcopo Tholoſano ſalutem. Conſulenti tibi, frater chariſſime, quid de propoſita ſpecie unaquaque ſentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendum, vel docilis ratio perſuaderet, vel authoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret. Equidem dilectio tua inſtitutum ſecuta prudentium ad Sedem Apoſtolicam referre maluit, quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potiùs, quàm uſurpatione præſumptâ quæ ſibi viderentur, de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus diſcere aliquid, quàm omnino neſcire? mihi quoque ipſi de collatione docibilitas accedit, * dum perſcrutatis rationibus ad propoſita reſpondere compellar: eoque fit, ut aliquid ſemper addiſcat, qui poſtulatur * docere. Proponam igitur ſingula, ſubjiciamque reſponſum.

In dubiis conſulenda Sedes Apoſt.

CODEX CANONUM. *DECRETA INNOCENTII I.*

Al.* *ut*

Al. *ut doceat.*

De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.

CAP. XXI. Propoſuiſti quid de his obſervari debeat quos in Diaconii miniſterio, aut in officio Presbyterii poſitos incontinentes eſſe, aut fuiſſe generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Syricii Epiſcopi monita evidentia commeârunt, ut incontinentes in officiis talibus poſiti omni honore Eccleſiaſtico priventur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis authoritas, jam inde ab initio cuſtodita, quòd in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt Sacerdotes, ut ſervientes ſacris obſecrationibus puros, & ab omni labe purgatos ſibi vendicent divina myſteria: neque eos ad ſacrificia ſas ſit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale

Diſt. 82. c. Propoſuiſti.

Syricius c. 7.

1. *Paral.* 23. *Luc.* 1.

Diſt. 32. c. Eos ad ſacrificia. Levit. 19, 20 & 22.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

consortium, quia scriptum est, Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester. Quibus utique propter sobolis successionem propterea uxoriùs usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter quam ex semine Aaron ad Sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quantò magis hi Sacerdotes, vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel Sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, quâ vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis officio vacent. Nam si Paulus ad Corinthios scribit, dicens, Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique Laïcis præcepit, multò magis Sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi juge officium est, semper debent ab hujusmodi consortio abstinere; qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentiâ, quo pudore, vel sacrificare * usurpabit? aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit; cùm dictum sit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum? Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est, Unius uxoris virum, non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait, Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego, & apertiùs declarat, dicens, Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt; vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu. Et habentem filios, non generantem, dixit:

Ezech. 44. Sup. c. 16.

II. Corinth. 7.

Al. * *usurpavit.*

Ad Tit. 1.

II. Timoth. 3.

II. Cor. 7.

Rom. 8.

Sed ea planè dispar, & divisa sententia est; nam si ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter, & disciplinæ, quæ ab Episcopo Syricio ad Provincias commeavit, non probabitur perveniisse, his ignorationis venia remittetur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere, & ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut eis non liceat ad potiora * ascendere: quibus in beneficio esse debet, quòd hunc ipsum locum, quem retinent, non amittant. Si qui autem scisse formam vivendi missam à Syricio detegunter, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, * qui post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

II. Timoth. 3.

Al. * *conscendere.*

Al. * *quia*

De ultima Pœnitentia.

CAP. XXII. Et hoc quæsitum est, quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior, posterior interveniente misericordiâ inclinatior est: nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ persecutiones essent, nè communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret à lapsu, meritò negata communio est, concessa pœnitentia: nè totum penitus negaretur, & duriorem remissionem fecit

temporis ratio. Sed posteaquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam terrore depulso communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & nè Novatiani Hæretici negantis veniam, asperitatem, & duritiam subsequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.

De administrationibus.

23. q. 4. c. *Quæsitum est etiam.* CAP. XXIII. Quæsitum etiam est super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam, de his nihil legimus à majoribus *Rom. 13.* definitum. Meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium suisse permissum, & Dei ministrum esse datum in hujusmodi * vindictam. * Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod authore Domino viderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est, sic habemus, nè aut disciplinam evertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda, gesta sua omnia servabuntur.

Al.* *vindicem.* Al.* *Quomodo.*

Quòd viri cum adulteris uxoribus non conveniant.

32. q. 5. c. *fi.* CAP. XXIV. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cùm contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam; viri autem liberiùs uxores adulteras apud Sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur; virorum autem latente commisso non facilè quisquam ex suspicionibus abstinetur, qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante vindictæ ratio conquiescit.

Quòd qui preces, vel criminales dictant, habeantur immunes.

23. q. 4. c. *Illud etiam.* CAP. XXV. Illud etiam scisciari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur utique post baptismi regenerationem à Principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu? quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa, vel crimina semper emittunt, ut causâ cognitâ vindicentur; quæ cùm Quæsitori fuerint delegata, aut absolutio aut damnatio pro negotii qualitate profertur; & dum legum in improbos exercetur authoritas, erit dictator immunis.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

*Quod hi, qui intercedente repudio divortium pertulerunt, * ſi ſe nuptiis aliis junxerunt, adulteri eſſe monſtrentur.*

Al. * aliiſque ſe vinxerunt nuptiis.

CAP. XXVI. De his etiam requiſivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii ſe matrimonio copulârunt: quos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò vel uxore vivente, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, ad aliam copulam feſtinârunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hæ perſonæ, quibus tales conjuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud quod legimus in Evangelio, Qui dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur, ſimiliter & qui dimiſſam duxerit, mœchatur; & ideo omnes à communione fidelium abſtinendos. De parentibus, aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi ſi incentores illiciti conſortii fuiſſe detegantur.

Matth. 19.

Al.* Canones. *Qui libri in * Canone recipiantur.*

CAP. XXVII. Qui verò libri recipiantur (a) in Canone, brevis adnexus oſtendet. Hæc ſunt ergo, quæ deſiderata moneri voce voluiſti: Moſis libri quinque, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Jeſu Nave, & Judicum, & Regnorum libri IV, ſimul & Ruth. Prophetarum libri XVI, Salomonis libri V, Pſalterium. Item hiſtoriarum Job liber unus, Tobiæ unus, Eſther unus, Judith unus, (b) Machabæorum duo, Eſdræ duo, Paralipomenon duo. Item novi teſtamenti Evangeliorum libri IV, Apoſtoli Pauli Epiſtolæ XIV, Epiſtolæ Joannis III, Epiſtolæ Petri II, Epiſtolæ Judæ, Epiſtola Jacobi, Actus Apoſtolorum, Apocalypſis Joannis. Cætera autem, quæ vel ſub nomine Matthiæ, ſive Jacobi minoris, vel ſub nomine Petri, & Joannis, quæ (c) à quodam Leucio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ à * Xenocharide, & Leonide Philoſophis, vel ſub nomine Thomæ ſcripta ſunt, & * ſi qua ſunt alia, non ſolùm repudianda, verùm etiam noveris eſſe damnanda. Datum x Kal. Martiarum. Stilicone II, & Anthemio Conſſ.

Al.* *Nexocharide.* Al.* *ſi quanta.*

Explicit Epiſtola tertia Innocentii Papæ.

Incipit ejuſdem quarta.

Innocentius Felici Epiſcopo Nuceriano ſalutem. Mirari non poſſumus dilectionem tuam ſequi inſtituta majorum omnia, * quæque poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quaſi ad caput, atque ad apicem Epiſcopatus referre: ut conſulta videlicet Sedes Apoſtolica ex ipſis rebus dubiis certum aliquid, faciendumque pronunciet: quòd nos &

Al.* *quæcunque.*

(a) *In Canone,*] Ireneus, lib. 15. in Canonem Scripturam.
(b) *Machabæorum duo, Eſdræ duo,*] Gregor. lib. 19. in Job. cap 13.
(c) *A quodam Leucio*] V. C. *Leutio aut Leuccio.* Auguſtin. lib. de fide contr. Manich. cap. 36.

libentet

libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem Canonum comprobamus. Scripsisti igitur, quòd
Al.* *ex.* fervore fidei, quo polles, * & amore sanctæ plebis vel reparaveris Ecclesias Dei, vel novas quasque construxeris: sed in his Clericos, quos constituas, non habere, aliquos verò * murcos, aliquos digamos esse, ad quod stupuimus prudentem virum de his voluisse consulere, quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed in aliis forsitan occupatos istud oblitos esse vos dicimus.

* Lego *murilos.*

Si quis volens, partem sibi corporis amputârit, Clericus esse non potest: nolens autem potest.

Dist. 55. c. Qui partem. Nic. Conc. c. 1. Cap. XXVIII. Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad Clerum Canones non admittunt: cui verò casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit: hos Canones præcipiunt & Clericos fieri, & si in Clero fuerint reperti, non abjici. In illis enim voluntas est judicata, quæ sibi ausa fuit ferrum injicere, quòd scilicet & alii id facere dubitare non possit: in istis verò casus veniam meruit.

Quod digami ad Clerum admitti non possint.

Cap. XXIX. De digamis autem nec consuli debuit: cum ma-
1. Timoth. 3. nifesta sit lectio Apostoli, unius uxoris virum ad Sacerdotium, sive ad Clericatum admitti debere. Et

hanc ipsam tamen si virginem accepit, nam ea, quæ habuerit ante virum, licèt defunctus sit, tamen si Clerico postea fuerit copulata, Clericus, qui eam acceperit, esse non poterit, quia in lege scriptum est, Non viduam, non abjectam habere posse conjugem Sacerdotem.

Levit. 21.

*Qui de Laicis ad Clerum * admitti non debeant.*

*Al.** promoveri.

Cap. XXX. De Laicis verò religio tua consuluit, quos Canones ordinare prohibeant. Certum est quidem hoc regulas Ecclesiasticas continere: sed non ita definitum est, ut de omnibus sit Laicis constitutum. Neque enim *Dist. 51. c. Designata.* Clerici nasci, & non fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad Clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam, etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant Clerici fieri, tamen sæpius ad curiam reperuntur; cavendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpe de his Ecclesiæ provenit.

*Qui de Laicis possint Clerici fieri, hic apertè * concuba prohibetur.*

* Lego concubina.

Cap. XXXI. Laici verò, qui *Dist. 33. c. Laici.* habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut Clericis junèti sint aut Monasteriis, ex quo baptizati sunt, hæserint, si non * concubinam, non Al.* *concubam.*

pellicem noverint, ſi in omnibus bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujuſmodi ad Clericatûs ſortem adſumi.

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I.

*De temporibus * immorandis in Clero.*

Al.* morandis.

CAP. XXXII. Ita ſanè, ut in eis tempora à majoribus conſtituta ſerventur: * nè citò quilibet lector, citò Acolythus, citò Diaconus, citò Sacerdos fiat. Quia in minoribus officiis ſi diu perdurent, & vita eorum pariter, & obſequia comprobantur: ut ad Sacerdotium poſtea, emerſis ſtipendiorum meritis, veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certâ definitione monſtratum eſt, qui debeant admitti, qui verò reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non poſſe reprobari, eligere debebis, quos Clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præſtare velimus, tales invenire poſſumus: de quorum adſumptione nec incurrere, nec erubeſcere valeamus.

Al.* *nec*.

Explicit Epiſtola Papæ Innocentii quarta.

Incipit ejuſdem quinta.

Innocentius Maximo, & Severo Epiſcopis per * Britios. Eccleſiaſticorum Canonum norma nulli eſſe debet incognita Sacerdoti, quia neſciri hæc à Pontifice ſatis eſt indecorum: maximè cum à Laicis religioſis viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur. Nuper Maximilianus filius noſter agens in rebus cujuſmodi querelam detulerit, libelli ejus ſeries adnexa declarat.

*Lego Britios.

Dif. 82. c. Maximianus.

Quod hi, qui in Presbyterio filios genuerint, removeri ab officio debeant.

CAP. XXXIII. Qui zelo fidei, ac diſciplinæ ductus non patitur Eccleſiam pollui ab indignis Presbyteris quos in Presbyterio filios aſſerit procreaſſe, quod non licere exponerem, niſi noſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres chariſſimi, libelli, qui ſubjectus eſt, tenore perſpecto eos, qui talia perpetraſſe dicuntur, jubebitis in medio collocari, diſcuſſiſque objectionibus, quæ ipſis Presbyteris impinguntur, ſi * convinci potuerint, à Sacerdotali removeantur officio. Quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt, atque alieni efficiantur à miniſterio, quod vivendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare Epiſcopos, ut aut * conhibere, aut neſcire eſſe illicita judicentur.

Qui ſilicet Maximianus.

Al.* *convicti fuerint.*

* Lego *connivere.*

Explicit Epiſtola quinta.

Incipit ejuſdem Papæ Innocentii ſexta.

Quòd poſt pœnitentiam nullus poſſit ad Clerum admitti.

CAP. XXXIV. Innocentius Agapeto, Macedonio, & Mariano Epiſcopis * Appulis. Multa in Provincia veſtra contra Cano-

*Lego *Apulis, aut Apulia.*

nes Eccleſiaſticos decretaque majorum uſurpari à plurimis & relationes diverſorum, & ſuggeſtiones fidiſſimæ retulerunt, quæ quidem poſſent facilè reſecari, ſi Epiſcopi in his non invenirentur authores. Qui, dum aut amicis, aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordineſque corrumpunt, ac ſic evenit, ut indigni quique honores ſuſcipiant Eccleſiaſticos, & admittantur ad Clerum, qui nec inter Laïcos quidem dignum locum habere * mererentur, ſicuti nunc dato nobis libello monſtratum eſt, Modeſtum quemdam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolùm Clericum effectum, quod non licet, verùm etiam ad Epiſcopatus apicem tendere: cum Canones apud Nicæam conſtituti pœnitentes etiam ab infimis officiis Clericorum excludant. Et ideo, fratres chariſſimi, perſpecto tenore libelli cum jubebitis præſentari, ac ſi verè conſtiterit talem, qualem libellus adfirmat, non ſolùm ab ambitione Epiſcopatus, ſed etiam à Clericatus removeatur officio.

Al.* *merentur.*

Diſt. 50. c. Canones. Nic. Conc. c. 10.

Explicit ſexta.

Incipit ejuſdem Papæ ſeptima.

De Bubalio, & Tauriano damnatis à Provincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curavit.

CAP. XXXV. Innocentius Ruſo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Proſtocio, & Ariſteæ Epiſcopis per Macedoniam conſtitutis. Mora Coepiſcoporum noſtrorum Maximiani, & Eumeni, vel potiùs importunitas temporum fecit, ut vos iteraretis de Bubalio, & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditiſſimos inſurgeremus, ſed ut poſſum paucioribus verbis malorum tantorum imitabor compendium, & ſtrictim quæ in volumine litterarum veſtrarum conſpexerim retractabo. Grave non * potuit videri piiſſimis mentibus veſtris cujuſcumque retractari judicium: quia veritas exagitata ſæpius magis ſplendeſcit in luce, & pernicies revocata in judicium gravius & ſine pœnitentia condemnatur, nam fructus divinus eſt * juſtitia ſæpius recenſeri, fratres chariſſimi. Verùm illud video moviſſe animos veſtros, quòd in multis Bubalius ſæpe fallaciis deprehenſus objecerit exemplaria ſectarum, quaſi à nobis litterarum: cùm pro conſuetudine hominis nihil, quod proferret jam fide digniſſimum videretur. Sed ſileatur omne jam de tali negotio murmur, & convicti diaboli ipſi anhelitus comprimantur. Subjunximus autem his priores litteras, quas per memoratos Epiſcopos miſeram: quibus ita plenaria ſententia noſtrorum ſenſuum deſignata eſt, ut dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac cauſa de cætero repetatis. Hanc autem paginulam noſtram ſollicitiùs cre-

*Forté oportet.

35. q. 9. c. Grave non oportet.

Lego juſtitiam.

dentibus Episcopis relegendam mittite, ut sciant plenissimè, quid sit de Bubalio, & Tauriano, cæterisque Provinciarum, ut servent, qui digni admonitione sunt, cavere à talibus, nè talia sortiantur.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

Explicit septima.

Incipit ejusdem Papæ octava.

De terminis minimè transferendis.

CAP. XXXVI. Innocentius Florentino Episcopo Triburtinensi. Non semel, sed aliquoties clamat Scriptura divina transferri non oportere terminos à Patribus constitutos: quia nefas est si quod alter semper possederit, alter invadat, quod tuam bonitatem frater & Coepiscopus noster Ursus adserit perpetrasse. Nam Nomentanam sive * Felicensem Parochiam ad suam Diœcesim à majoribus pertinentem invasisse te, atque illic divina celebrasse mysteria inconsulto eodem, ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te incurrisse cognoscas, unde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam nostris litteris admonitum te convenit abstinere: certè si aliquid tibi credis justitiæ suffragari integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabilis Paschæ adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere, partibusque in medio collocatis, quid antiquitas, aut veritas habeat requiramus.

Deut. 19. & 27. Proverb. 22.

Al. * *Felicensem.*

Si cujus uxor fuerit abducta in captivitatem, & alteram maritus acceperit, revertente primâ, secunda mulier debet excludi.

CAP. XXXVII. Innocentius Probo. Conturbatio procellæ barbaricæ potestatis facultati legum intulit casum, nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Ursam, captivitatis incursus fecerat nævum: nisi sancta religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius memoratus iniisse cognoscitur. Sed favore Domini reversa Ursa nos adiit, & nullo diffitente uxorem se memorati esse perdocuit. Quare, domine fili, merito illustris, statuimus fide Catholicâ suffragante illud esse conjugium, quod erat primitùs gratiâ divinâ fundatum, conventumque secundæ mulieris, priore superstite, nec divortio * ejectæ nullo pacto posse esse legitimum.

34. q. 2. c. Cum in captivitate.

* Lego *ejectæ*.

Ad Aurelium Carthaginensem, & Augustinum Hipponensem Episcopos scripta salutatoria plena charitate.

CAP. XXXVIII. Innocentius Aurelio, & Augustino Episcopis. Acceptissimi mihi germani Conpresbyteri ille recursus vacuus officio nostro esse non debuit, per charos enim salutare charissimos naturale quodammodo nobis videtur, & consequens. Gaudere igitur in Domino vestram germanitatem amantissimi cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota

rependere precamur, quia, ut bene noſtis, communibus, & aſſeruis plus agimus orationibus, quàm ſingularibus, aut privatis.

Ad Julianam nobilem, ejuſdem Papæ ſcripta exhortatoria.

Laus Julianæ. CAP. XXXIX. Singulare membrum Eccleſiæ tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & à nobis reverentiſſimè coli ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo apice enim nobilitatis multo nobiliorem Eccleſiæ devotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione præceptis ejus obtemperas, & in fide potiùs exultas, quàm tanti generis flore jactaris. Summæ virtutis eſt viciſſe gloriam carnis, & magnæ eſt Chriſti gratiæ nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia merito illuſtris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima vitæ hujus quæcunque ſunt ſpatia æternis, diviniſque officiis illuſtrare contende: ut qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſæcula clariorem.

Ad Aurelium Epiſcopum Carthaginis, de Paſcha.

CAP. XL. Innocentius Aurelio. Al.* *multo.* Charitatis noſtræ officium * nullo intervallo dirimitur, etiamſi charta nullos apices ferat. Vivit enim ſpiritalis gratia aſſeruis in cordibus, & amorem noſtrum confovet Sacerdotalis ipſa ſocietas. *Computus Eccleſiaſticus ex curſu Lunæ.* Cum ergo indignum eſt unitatem Eccleſiæ non cuſtodire, idemque omnes pariter & ſentiamus, & pronunciemus, frater chariſſime, has ego litteras de ratione Paſchali alterius, dico futuri anni, perſcripſi. Nam cùm ante diem XI Kal. Aprilium penè Luna XVI colligatur: nam * quicquam minus eſt: itemque in ante diem IV Kal. earundem veniat XXIII exiſtimavi XI Kal. memoratarum die feſta Paſchalia celebranda: quoniam in XXIII Luna nullum Paſcha unquam ante hoc Paſcha factum eſſe cognoſcimus. Sententiæ meæ expoſui, atque edixi tenorem, jam prudentiæ erit tuæ, conſors mihi frater, cum unanimis, & Conſacerdotibus noſtris hanc ipſam rem in Synodo religioſiſſima retractare, ut ſi nihil diſpoſitioni noſtræ reſultat, nobis pleniſſimè, apertèque reſcribas: quo deliberatam Paſchalem diem jam litteris antè ut moris eſt, ſervandam ſuo tempore præſtibamus. Compresbyterum autem Archidamum, quamvis noverim quòd libentiſſimè, ac more ſuſcipias conſueto: tamen ex abundantibus poſtulo, ut eum inter * nos habete digneris. Al.* *quippiam.* Al.* *tuos.*

De Antiochena Eccleſia.

CAP XLI. Innocentius Bonifacio Presbytero. Eccleſia Antiochena, quam priuſquam ad urbem perveniret Romam beatus Apoſtolus Petrus, ſua præſentia illuſtravit: velut germana Eccleſiæ Romanæ, diu ſe ab eadem alienam eſſe non paſſa eſt: nam miſſis legatis ita pacem poſtulavit, & meruit, ut & Evagrianos ſuis ordinibus, ac locis intemeratâ ordinatione, quam acceperant, à memorato ſuſciperent, & *Pax inita inter Rom. & Antiocen.*

CODEX CANONUM. *DECRETA INNOCENTII I.*

Joannis sanctæ memoriæ vel Clericos, vel Laïcos in unum colligeret, atque congregaret. Promittens ipsius civitatis Episcopus, frater meus Alexander, etiam si quis fortè, vel à nobis, vel aliunde posterioris ordinationis ad eosdem advenerit, se sine controversia recepturum, at nomen Episcopi memorati inter quiescentes Episcopos recitaturum: cui rei nos noverit tradidisse manus, frater charissime, & eos in nostra viscera recepisse, nè diu membra, quæ requisiverant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia verò, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus Diaconus Paulus, harum scilicet portitor litterarum, tuæ dilectioni poterit enarrare: ut & gaudium communione nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus intervenire consueverunt.

Joannis Chrysostomi nomen recitandum inter quiescentes.

Ad Alexandrum Antiochenum Episcopum de pace.

CAP XLII. Innocentius Alexandro Episcopo. Quàm grata mihi, quàm pia, quàm necessaria legatio à tua sanctitate, frater charissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim Compresbyter noster Cassianus hanc amicitiarum nostrarum paginulam per Compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum Diaconum, & Petrum Subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ * conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, Ecclesiam, nosque (ut facitis) & alloquamini peto crebriùs litteris, & frequentiùs de vestra salute lætificetis. Dabit enim (ut confido) Dominus totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo litterarum colloquio repensare.

Al. * *conscripsi.*

De Attico Constantinopolitano Episcopo.

CAP. XLIII. Innocentius Maximiano Episcopo. Miramur prudentiam tuam scripta ad Atticum Episcopum Constantinopolitanæ urbis à nobis prosecutione propria, & dato libello, qui subter adnexus est, postulare: à quo nec missas ullas saltem Epistolas ad nos, vel ad vestram Synodum utique pertulisti, idque non petenti æstimes tribuendum: quod debeas deprecationibus discussa ratione concessum, * communionem suspensa restituitur demonstranti causas, quibus * id cederat jam esse detersas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos, ut prædixi, Atticus missis aliquibus suorum vel dicere voluit, vel demonstrare completum. Quemadmodum Antiochenæ Ecclesiæ frater, & Coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosequutus est, & probavit, quibus omnibus utique interesse dignatus cognovisti, quemadmodum singillatim omnia scriptorum nostrorum antè hac de causa beatissimi Joannis, quondam Coepiscopi nostri, discussesrim, utque illi in omnibus satis evidenter monstraverint universa,

*Fortè communionemque.

*Fortè accideratt.

Joannis qui dicitur Chrysostomus.

quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuiſſe completa. Quorum amplexati pacem utique fidem fecimus, & magnum tramitem omnibus eandem poſtulaturis oſtendimus : ſi modò, quæ diſcuſſa ſunt, atque completa, etiam ipſi ſe pro ſuo loco feciſſe, vel compleſſe aliquando monſtraverint, communionemque, ut iſti legatione ſolemniter deſtinata ſibi rogaverint redhiberi. Expectamus ergo & profeſſionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diverſis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, ut rectè & petenti, & probanti ſe eandem mereri reddamus, frater chariſſime : nam de omnibus pleniſſimas ad ſanctam fratrum noſtrorum Synodum dudum litteras percepiſti.

Item Alexandro Epiſcopo Antiocheno de pace.

CAP. XLIV. Apoſtolici favoris gratia magno pacis uſque ad nos decore reſplenduit, tantumque lucis gaudiorum, quæ inſulſit fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes majores nos debere fateamur, pluſque à Deo jocundati ſumus, quod diſcuſſis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate, ac patientiâ geſtum cognovimus, ut in omnibus Dominum laudaremus, ſucceſſumque ipſum ideo præſtitutum tuis laboribus videamus, quòd tota virtute pacis amator exiſtens eam requiſitam inveneris, & repertam ſumma charitate ſervaveris, cùm erga omnes, tum præcipuè circa illos, qui quondam * Paulini, atque Evagrii Epiſcoporum cenſiti fuerant nomine. Habeo ſummam votorum meorum, cùm antiqui nævi purgatio tuis temporibus, tuiſque meritis prærogatur. Quorum etiam illos ejuſdem nominis, qui in Italia merita Clericatus acceperant, cenſui bono quietis gratiam retinere ſuſceptam. Et quia noſter Compreſbyter Caſſianus gratum dixit tuæ fore dignationi, ſi meo conſilio in civitate veſtra Clericatus ordinem ducere cenſerentur ſtatui propter benevolentiam tuam, promiſſaque memorati, ut inter cæteros Sacerdotos, miniſtroſque qui in civitate ſunt, adnumerentur, frater chariſſime. Libenter præterea de Epiſcopis Elpidio, atque Pappo cognovi, quòd ſine quæſtione ſuas Eccleſias recuperaverint, & multum in geſtis, ut ſubjecta teſtantur, ſollicitus inquiſivi, utrum omnibus eſſet conditionibus ſatisfactum in cauſa beati, & verè Deo digni Sacerdotis Joannis. Et cùm per ſingula adſertio Legatorum ex voto completa eſſe fateretur, gratias agens Domino communionem Eccleſiæ veſtræ ita recepi, ut * primæ ſeram Apoſtolicæ Sedis condiſcipulos primos dediſſe cæteris viam pacis : in qua firmatos vos, noſque Domini Chriſti ita benignitas amplexabitur, atque communio, ut nullo de cætero titillamento, vel levi cujuſquam contentionis pudore pulſetur. Scripta autem Acatii Epiſcopi, quoniam cum veſtris ſunt porrecta, ſuſcepimus : nè per

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I.

Al. * *Pauli.*

Caſſianus Preſbyter.

Fidelissimus Joannis Chryſ. defenſor Innocentius.

* Forte *primæ me.*

Papa communionem dat & aufert.

CODEX CANONUM. *DECRETA INNOCENTII I.*

veſtram injuriam ille, qui olim à nobis ſuſpenſus fuerat, repudiaretur, & tamen ſatis abunde in actis ſtatuimus, ſicuti dignanter relegere procurabis, quid in ejus perſona debeat cuſtodiri, ut ſi per omnia veſtris conſiliis, actibuſque tam ſanctis ſe rogaverit eſſe communem, præſtetur ſine favore veſtro, noſtroque judicio communionis, ac litterarum à nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt XX Epiſcopi Italiæ.

Idem Papa eidem Alexandro Epiſcopo.

Quòd prima Sedes beati Petri apud Antiochiam eſſe memoretur.

CAP. XLV. Et onus, & honor nobis à tua fraternitate impoſitus neceſſarii tractus cauſas induxit: Al. * *quod* * quo litteris, vel (a) communitorio veſtro, ut dat ſancti Spiritus gratia, reſpondere poſſimus. Revolventes itaque authoritatem *Nic Conc. c. 6. Privilegium Antioc. Ecc.* Nicænæ Synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat Sacerdotum, quæ cenſuit de Antiochena Eccleſia cunctis fidelibus, ne dixerim Sacerdotibus eſſe neceſſarium cuſtodire, qua ſuper Diœceſim ſuam prædictam Eccleſiam non ſuper aliquam Provinciam recog- *Act. 11.* noſcimus conſtitutum. Unde advertimus non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quàm quòd prima primi Apoſtoli Sedes eſſe monſtretur, ubi & nomen accepit religio chriſtiana, & quæ conventum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ Sedi non cederet, niſi quòd illa *Suſceptum. Intellige primum Apoſtolum Petrum.* in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe, conſummatumque gaudet. Itaque arbitramur, frater chariſſime, ut ſicut (b) Metropolitanus authoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu, conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos (c) procreari, in quibus hunc modum rectè ſervabis, ut longè poſitos litteris datis ordinari (d) cenſeas ab his, qui nunc eos (e) ſuo tantùm ordinant arbitratu. Vicinos autem, ſi æſtimas ad manus impoſitionem tuæ gratiæ ſtatuas pervenire: quorum enim te maxima expectat cura, præcipuè tuum debent mereri judicium. *Gal. 2.*

Quòd non oporteat, ſecundùm conſtituta Imperatorum, duos eſſe Metropolitanos Epiſcopos.

CAP. XLVI. Nam quod ſciſcitaris, utrum diviſis imperiali judicio Provinciis, ut duæ Metropoles fiant: ſic duo Metropolitani Epiſcopi debeant nominari. Non ergo viſum eſt ad (f) nobi-

(a) *Communitorio*] *Commonitorio.*
(b) *Metropolitanus*] V. C. *Metropolitanos.*
(c) *Procreari*] V. C. *Creari.*
(d) *Cenſeas ab his*] Ut delegatus à te vices Romani Pontificis obeunte, non à Sede tua Patriarchali. Quam cautionem etiam obſervari Leo voluit infer. c. 32 & 36.
(e) *Suo arbitratu*] V. C. 8. Synod Epheſin.
(f) *Nobilitatem.*] V. C. *Mobilitatem.*

litatem

litatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoreſque aut diviſiones perpeti : quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator : ergo ſecundùm priſtinum Provinciarum morem Metropolitanos Epiſcopos convenit numerari. Cyprios ſanè adſeris olim Arianæ impietatis potentia fatigatos non tenuiſſe Nicænos Canones in ordinandis ſibi Epiſcopis : & uſque adhuc habere præſumptum, ut ſuo * arbitrio ordinent, nemînem conſulentes : quocirca perſuademus eis, ut curent juxta Canonum fidem Catholicam ſapere, atque unum cum cæteris ſentire Provinciis, ut appareat Spiritus ſancti gratiâ ipſos quoque, ut omnes Eccleſias gubernari.

Nic. Conc. c. 4 & 5.

Al.* *arbitratu.*

Quòd Arianorum Clerici non ſint ſuſcipiendi in ſuis officiis : quamvis eorum baptiſma, quòd Catholicum conſtat, confirmet Eccleſia.

2. q. 1. c. *Arianos.* CAP. XLVII. Arianos præterea, cæteraſque ejuſdem modi peſtes, quia eorum Laïcos convertſos ad Dominum ſub imagine pœnitentiæ, ac Sancti Spiritus ſanctificatione per manûs impoſitionem ſuſcipimus, non videtur Clericos eorum, cum Sacerdotii, aut miniſterii cujuſpiam ſuſcipere dignitate : quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti perficitur, nec Sanctum Spiritum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque miniſteriis arbitramur, quoniam cùm à Catholica fide eorum authores deſciſcerint, perfectionem Spiritûs quam acceperant, amiſerunt, nec dare ejus plenitudinem poſſunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potiùs quàm fidem dixerim, perdiderunt. Quomodo enim fieri poteſt, ut eorum prophanos Sacerdotes dignos Chriſti honoribus arbitremur : quorum Laïcos imperfectos, ut dixi, ad Sancti Spiritus percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Gravitas itaque tua hæc ad notitiam Coepiſcoporum vel per Synodum, ſi poteſt, vel per harum recitationem faciat pervenire, ut quæ ipſe tam neceſſariò percunctatus es, & nos elimatè reſpondimus, communi omnium conſenſu, ſtudioque ſerventur.

Idem c. Qui perfectionem.

Idem Papa Acacio vero Epiſcopo.

De Sancto Joanne Conſtantinopolitano Epiſcopo.

CAP. XLVIII. Adgaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paulini vel Evagrii Epiſcoporum Clericis, populiſque, & de reſtitutis Elpidio, atque Pappo Coepiſcopis percenſuimus, & vel ſerò receptæ pacis gratiam te fovere poſtpoſitâ omni contentione pervidimus. Unde has ad præſtantiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Alexandrum reddendas tuæ tranſmiſimus unanimitati, videlicet, ut ſi omnes inimicitiæ, omnis æmulatio tam de nomine Sancti Joannis mirandi Epiſcopi, quàm de omnibus ejuſ-

Acatius nunc reſtitutus, poſtea iterum à Felice excommunicatus eſt.

dem communionis participibus à tua animoſitate diſceſſit : has noſtræ ſocietatis recipias litteras, frater chariſſime, modò, ut omnia, quæ hîc actis firmata ſunt, apud mediatorem noſtrum amabilem Alexandrum ore proprio, ut communicantem cõvenit, fatearis. Ut enim hæc nobis unanimitatis, charitatiſque cauſa venerabilis eſt, ſic inhæret ſollicita, nè quid obliquum, aut ſubſicivum in quoquam reſidere noſcatur.

CODEX CANONUM. DECRETA INNOCENTII I.

Idem Papa de Bonoſiacis, quòd Judæis ſint comparandi.

CAP. XLIX. Innocentius Laurentio Epiſcopo * Senienſi. Diu * mirati ſumus dilectionis tuæ litteris lectis hæreticos Photini venena ſectantes in territorio dilectionis tuæ non ſolùm eſſe, ſed & publicè ſibi conventicula in aliquorum poſſeſſionibus præparare : cùm de toto penè orbe nuſquam tam multi, quàm ad vos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ author Marcus dudum de urbe pulſus temeritatis tantæ eſt ductus audacia, ut primum ſibi inter eos vendicet locum; ſed nè ulteriùs debacchandi habeant facultatem, & animas ſimplicium, ac ruſticanorum ſecum in gehennam, cui deſtinati ſunt, trahant : actum eſt adversùs eos à defenſoribus Eccleſiæ noſtræ, quòd eos poſſint expellere, ut qui Chriſtum Deum ex Patris ſubſtantia, ante ſæcula negant genitum, hi cum Judæis, qui cùm ejus deitatem negaverunt, & nunc uſque negant, participium habeant damnationis. Tuum eſt, frater chariſſime, quæ præcepta ſunt non ſegniùs agere, nè plebem tibi creditam diſſimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

Hodie * *Senenſi dicimus.* Al.* *irati.*

Conventicula Hæreticorum prohibenda.

Idem Papa de ſuſcipiendis Clericis, quos Bonoſus, antequam damnaretur, ordinaſſe cognoſcitur.

CAP. L. Innocentius Martiano Epiſcopo Narſitano.* Superiori tempore, ſi tamen rectè * recordor me minimè, tam ad dilectionem tuam, quàm ad fratres & Coepiſcopos noſtros, Ruſum, Euſebium, & cæteros, hujuſmodi litteras de Clericis Naiſſenſibus tranſmiſiſſe. His videlicet, qui ſe ante damnationem Bonoſi adſererent ab eodem tam Presbyteros, quàm Diaconos ordinatos : ut ſi relicto, atque damnato ejus errore vellent Eccleſiæ copulari, libenter reciperentur; nè fortè, qui eſſent digni recuperandæ ſalutis, in eodem deperirent. Verùm nunc in Ravennati urbe mihi conſtituto propter Romani populi neceſſitates creberrimas Germanus, qui ſe aſſerit eſſe Presbyterum atque Lubentius, qui ſe Diaconum dicit multorum talium, quaſi Legatione ſuſceptâ prece fuſâ dolores proprios exprimere geſtiverunt, adſerentes ſe quidem Eccleſias in dilectionis tuæ conſtitutas Parochiis retinere, ſed tuam communionem non potuiſſe mereri : eâ videlicet ratione, quâ Ruſtitius quidam nomine iteratâ

Al.* *reor.*

Ravennæ enim erat Comitatus Principis Honorii.

ordinatione Presbyterium ſuſcepiſſet. Et non levi impedimento ſit, dum aut illi dolent hujuſmodi hominem in Eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alios arbitretur, qui in ſe agnoſcit eſſe peccatum. Et quamvis de eadem re pleniùs litteræ meæ contineant, quas ſuperiùs memoravi, tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, ut ſi verè conſtat aliquos ante damnationem Bonoſi ab eodem ordinatos poſtea voluiſſe, vel nunc velle reverti, eos recipiendos eſſe cenſemus: maximè cùm memorati adſerant eſſe in tantum anteriori tempore ordinatos, ut ſanctæ recordationis virum Cornelium Epiſcopum * Syrinenſis urbis, necnon & fratrem noſtrum Nicetam, alioſque nonnullos fuiſſe præſentes, cùm honoribus, quos ſe habere memorant augerentur. Unde, frater chariſſime, ſi eorum aſſertio fidem recipit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes, quos tam diu Eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere.

Al. *Syrrienſis.*

Idem Papa.

Innocentius Ruſo, & Euſebio, & cæteris Epiſcopis Macedonibus, & Diaconis in Domino Salutem. Magna me gratulatio habuit, cùm poſt tot diſcrimina totius (ut ita dixerim) mundi Vitalis Archidiaconus veſtrarum portitor litterarum ex illis partibus ad nos uſque directus advenit, quem cum vidiſſemus illico, ut oportebat, percunctati de veſtro ſtatu ſumus. Verùm ubi reperimus vos ex ſententia degere, Deo noſtro uberes gratias retulimus, quòd vos famulos ſuos, ſuiſque altaribus ſervientes, & in adverſis tuetur, & in proſperis gubernare dignatur. Qui cùm tradidiſſet epiſtolas eas, præcepi illico recenſeri, in quibus multa poſita eſſe pervidi, quæ ſtuporem mentibus noſtris injicerent, facerentque nos non modicum dubitare, utrum aliter putaremus, an ita illa eſſent poſita, quemadmodum perſonabant. Quæ cùm ſæpius repeti feciſſem, adverti Sedi Apoſtolicæ, ad quam relatio, quaſi ad caput Eccleſiarum miſſa currebat, aliquam fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum ſententia duceretur. Unde de quibus jam dudum ſcripſiſſe memini, nunc iterare formam argumentis evidentioribus relationis geminata percunctatio veſtra compellit.

Injurioſum eſt de ſententia Papæ ambigere.

Ut ſi Sacerdos, vel quilibet ex Clero viduam uxorem duxerit, vel abjectam, ſuum perdat officium.

Cap. LI. Eos, qui viduas acceperiſſe ſuggeruntur uxores, non ſolùm Clericos effectos agnovi, verùm etiam ad inſulas ſummi Sacerdotii perveniſſe, quod contra legis eſſe præcepta nullus ignorat. Nam cùm Moyſes Legiſlator clamitet, Sacerdos uxorem virginem accipiat, ac nè in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum addidit, non viduam, neque ejectam. Contra quod præceptum divinâ authoritate ſubnixum nulla defenſio mandati alterius opponitur: niſi

Levit. 21.

CODEX CANONUM. *DECRETA INNOCENTII I.*

consuetudo vestra, quæ (ut ipsi fatemini) ex ignorantia, & ut verecundius dicam, non ex Apostolica traditione, & ratione integra constituta est. Nos autem, omnesque per Orientales, Occidentalesque Ecclesias, noverit vestra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad ultimum Ecclesiastici ordinis locum tales adsumere: & si reperti fuerint, submovere.

Ut si quis Catechumenus habuerit uxorem, & defuncta eâ jam post baptismum acceperit alteram, Clericus esse non possit.

Dist. 26. c. Deinde. CAP. LII. Deinde ponitur. Non dici oportere digamum eum, qui Catechumenus habuerit, atque amiserit uxorem: si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit, quia illud conjugium per baptismi Sacramentum cum cæteris criminibus sit * ablutum; quod cùm de una utique dicitur, certè si tres habuerit in veteri positus homine uxores: erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima, virginis æquè nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis oro istud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait, Unius uxoris virum oportere fieri Sacerdotem. Sed objicitur, quòd in baptismo totum, quicquid in veteri homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantùm dimittuntur in baptismo, an & illa, quæ secundùm Domini præcepta, ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere crimen est, aut non est crimen: si crimen est, ergo, præfata venia dixerim, erit author in culpa: qui ut crimina committerentur in paradiso, cùm ipse eos jungeret, benedixit. Si verò non est crimen, quia quòd Deus junxit, nefas sit crimen appellari: & Salomon addidit, Etenim à Deo præparatur viro uxor: quomodo creditur inter crimina esse demissum, quod Deo authore legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, qui ex ea susceptì sunt, quæ ante baptismum fuit uxor, eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur) quod post baptismum adsumitur? Ipse Dominus, cùm interrogaretur à Judæis, Si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit, Quod ergo Deus junxit, homo non separet, ac nè de his copulis locutus esse credatur, quæ post baptisinum sortiuntur, meminerint hoc & à Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum. Quæro, & sollicitus quæro, si una, eademque sit uxor ejus, qui ante Catechumenus, postea sit fidelis, filiosque ex ea cùm esset Catechumenus susceperit, ac postea alios, cùm fidelis: utrum sint fratres appellandi an non? Habeant postea defuncto patre herciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritalis credi-

Gen. 2. *Matth. 19.* *Proverb. 19* *28. q. 2. Nunquid non erunt.* *Matth. 19.* *Her. antiquum Judicum vocabulum. 2. dividunda.*

Al.* *ablatum*

1. Tim. 3.

Non tollit conjugium baptismus.

tur abſtuliſſe? quod cùm ita ſentire, atque judicare abſurdum eſt: quæ (malum) rario eſt hoc defendi, & vacuâ magis opinione jactari, quàm aliqua authoritate roborari? cùm non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus jungit. Nunquid ſi quis Catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, parientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos quâlibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro ſi hæc, cùm factus fuerit fidelis, amittat: quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Al.* *Aſpiciar.* *Act. 10.* *Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemoſynis vacantem, per revelationem Angelum, Petrumque ipſum, vidiſſe, nunquid per * Al.* *baptiſmum.* baptiſma hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmum videtur eſſe conceſſum? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quicquid bene geſtum Al.* *regalia* fuerit, & ſecundùm præcepta * legis cuſtoditum non poteſt agenti deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandata perficit, non poteſt dici peccatum, & quod peccatum non eſt, ſolvi inter peccata credi omnino non debet, eritque integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen uxoris, cùm non dimiſſum ſit pro peccato, quod ex Dei ſit voluntate completum.

Quòd non admittantur Clerici ab Hæreticis ordinati.

2. q. 2. c. *Ventum eſt.* CAP. LIII. Ventum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem, cùm nos dicamus ab Hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput. Ubi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, ut poſſit recipere ſanitatem: quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe non poterit, atque ubi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe. Nam ſicut legitur, Quòd tetigerit immundus, immundum erit: quomodo id ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſuevit accipere. Sed contrà aſſeritur eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe: nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quòd ille poſſet accipere? Adquieſcimus, & verum eſt certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem urique, quam habuit per pravam manûs inpoſitionem dedit, & qui particeps factus eſt damnationis, quomodo debeat honorem accipere, invenire non poſſumus. Sed dicitur vera, ac juſta legitimi Sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat injectum. *Levit. 22. Num. 19.* *Objectio.*

Quòd in ordinationibus crimina, vel vitia non bene credantur auferri.

CAP. LIV. Ergo, ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt *Soluitur.*

prestare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. * Nostro ævo lex est Ecclesiæ, venientibus ab Hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt per manûs impositionem, laïcam rantùm tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatus honorem vel exiguum subrogare.

CODEX CANONUM.

DECRETA INNOCENTII I.

Al.* *sed nostra lex.*

2. q. 4. c. Hominis, §. fi.

Quòd hi qui à Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, nè scandalum remaneret Ecclesiæ.

CAP. LV. At verò, qui à Catholica ad Hæresim transierunt, quos non aliter oportet, nisi per pœnitentiam suscipi, apud vos non solùm pœnitentiam non agunt, verùm etiam honore cumulantur. Sed Anysii fratris quondam nostri, aliorumque Consacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat, nè cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, si ordinati reciperentur. Vicimus, ut opinor, ambigua. Jam ergo quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres, quas ab Apostolis, aut Apostolicis Viris traditas Ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his, qui eam audire consueverunt, sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet utique cessare pariter. Quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed Canones apud Nicæam constituti de Novatianis fieri permiserunt, priùs ille Canon à patribus institutus ponendus est, ut possimus advertere vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit, vel præceptum. De his, inquit, qui nominant seipsos cathatos, id est, mundos, & aliquando veniunt ad Catholicam Ecclesiam, placuit sanctæ, & magnæ Synodo, ut acceptâ manûs impositione sic maneant in Clero.

Nic. Conc. c. 8.

Verba Canonis Nicæni.

2. q. 7. c. *Quod pro remedio.*

2. q. 1. c. *Quod pro necessitate.*

Possumus verò dicere de solis hoc Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum Hæresum Clericos pertinere: nam si utique de omnibus ita definirent, addidissent à Novatianis, aliisque Hæreticis revertentes debere in suum ordinem recipi, quod si ita esset etiam illud maximè, quod de Paulianistis dictum est, porerit confirmare: à quibus venientes etiam baptizari præcipiunt. Nunquidnam cùm de Paulianistis jubent, omnes, qui ab Hæreticis revertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? quod cùm nullus audeat facere, de ipsis tantùm esse præceptum ratio ipsa demonstrat. Denique baptizatos rite ab Evangelista Philippo Petrus & Joannes solâ manûs impositione consummant: illos verò, quos Apostolus Paulus Joannis baptismate baptizatos reperit, interrogavitque an Spiritum Sanctum suscepissent, fatentibusque se illud nè quidem nomen audisse, jussit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos illo dono iterati non posse: & aliter solâ aquâ lotos baptizari in nomine

Nic. Conc. c. 19.

Act. 2.

Act. 19.

Patris, & Filii, & Spiritus Sancti neceſſarium pervideri. Ita & de Novatianis tantùm juſſum eſſe lucida manifeſtatione legitur, quod idcirco diſtinctum eſſe ipſis duabus hæreſibus ratio manifeſta declarat, quia Pauliani ſtæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti minimè * baptizabant. Et Novatiani iiſdem nominibus tremendis, venerandiſque baptizant, nec apud iſtos de unitate poteſtatis divinæ, hoc eſt, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quæſtio aliquando commota eſt, & ideo de omnibus ſegregatis hæc ſola electa eſt, cui iſtud crederent concedendum, quia nihil in Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ſacramento peccarent. Si quis verò de Catholica ad Hæreſim tranſiens, aut Fidelis ad Apoſtaſiam revertens reſipiſcens redire voluerit, nunquid eâdem ratione poterit ad Clerum permitti? Quorum commiſſum non niſi longa pœnitentia poterit aboleri, nec poſt pœnitentiam Clericum fieri ipſi Canones ſua authoritate permittunt. Unde conſtat, qui de Catholica ad Bonoſum tranſierunt damnatum, atque ſe paſſi ſunt, vel cupierunt ab eodem ordinari, non oportuiſſe ordinationis Eccleſiaſticæ ſuſcipere dignitatem, qui commune omnium Eccleſiarum judicium deſerentes ſuam peculiariter in Bonoſo vanitatem ſequendam eſſe duxerunt. Sed multos conſtat vim paſſos, atque invitos attractos, repugnanteſque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quiſquis hoc credit, ſi non poſt ordinationem Bonoſi interfuit, cùm conficeret ſacramenta, ſi communioni ejus participatus non eſt, ſi ſtatim * deſcendentibus de ejus peſſimo conciliabulo ad Eccleſiam rediit, & iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis. Cæterum alii, qui vel poſt annum, aut menſem ad Eccleſiam redierunt * intelligitur eos, qui in Catholica noverunt ſe propter vitia ſua non poſſe ſuſcipere ordinationem, idcirco ad illum perrexiſſe, qui paſſim, & ſine ulla diſcuſſione ordinationes illicitas faciebat. Credentes ſe poſſe per iſtam inſtitutionem locum in Eccleſia Catholica reperire, de quo antea deſperaverant. Nunc illud, quod ſupereſt interrogo, qui poſt menſem, aut ampliùs rediit, cùm ſe Preſbyterum à Bonoſo conſideret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi non populis diſtribuit, ſi non miſſas ſecundùm conſuetudinem complevit: quid de his cenſeatis quæſo promatis apertiùs? Ad ſummam certè, * ut nihil à Bonoſo acceperunt, rei ſunt uſurpatæ dignitatis: qui conficiendorum ſacramentorum ſibi vendicaverunt * aut non vendicaverunt authoritatem, atque id ſe putaverunt eſſe, quod his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

Baptiſmus Novatianorum.

2. q. 2. Pauliani ſtæ.

Al. * *baptizant.*

Syricius c. 3.

Nic. Conc. c. 20.

Ordinati à Bonoſo hæretico.

2. q. 2. c. Conſtat.

Al. * *intelligimus.*

Al. * *Qui.*

* *aut non vend. ſuperfluum videtur.*

Quòd in Eccleſia peccatum populi inultum ſoleat præteriri.

CAP. LVI. Pervideat ergo dilectio veſtra hactenus talia tranſiſſe, & advertite, quod, ut dicitis, neceſſitas imperavit in pace jam Eccleſias conſtitutas

* Forte *deſcendens aut diſcedens.*

non poſſe præſumere : ſed, ut ſæpe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſolere tranſire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio; de reliquo maximâ ſollicitudine præcavendum.

Codex Canonum. *Decreta Innocentii I.* 2. q. 7. c. *Quoties.*

Quòd ſubreptum fuerit Apoſtolicæ Sedi, & ſuam in meliùs ſententiam commutârit, quando damnationem Photini reſcindit.

CAP. LVII. Veniam nunc ad maximum quaſi quoddam thema Photinum, & quod mihi anxium eſt, ac difficillimum, majorum meorum revolvam ſententias. Fuerat de illo quoquo pacto, ut etiam ipſi commeminiſtis, aliquid utique gravius conſtitutum: verùm quia id per rumorem falſum, ut adſeritis, ſubreptum huic Sedi, & elicitum per inſidias demonſtratis, quia res ad ſalutem rediit, & vel veniam nos hanc in tantum vobis adnitentibus poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus vobis tam bonis, tam charis non dare conſenſum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres chariſſimi, ſententiâ, ac poſtulatione, Epiſcopum Photinum habetote licitum ita conſtituere, ut deprecamini, & noſtram in meliùs converſam ſententiam labore, vel teſtimonio veſtro compotes voti ſuſcipite. Æquè Euſtaſium à me ſæpiſſime comprobatum nolite expectare, ut Diaconii gratia expolietur: ſollicitos enim vos pro ſalute libenter audio, contra caput etiam ſi faciendum ſit, non libenter admitto, cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios Apoſtolica eſt declarata benignitas, ut in uno ſpiritu ductam, ac reductam ſententiam boni ſemper indifferenter ſequantur. Nam fateor hæc me primùm res bene habet erga Euſtaſium Diaconum, quòd nec contra fidem unquam quicquam loquutus ſit, nec loquentem admiſerit, nec ad mortem crimen aliquod commiſiſſe, vel jactari unquam, vel fictum de eo recognoverim. Et qui in his ſalvus eſt, ſi quo pacto converſationes amabiles non habet, habendus eſt, ut minùs pro tempore dilectus, non ut inimicus æſtimatus, Diabolo in perpetuum mancipandus. Cognoſco illum inter illas ſimultates, ac turbines contra multorum ſtudia, non dico qualia, diverſa ſenſiſſe, & cùm hinc res, calamitateſque ipſæ emendatæ ſint, adhuc Dizoniani, & Cyriaci Subdiaconorum non potuiſſe apud vos commendationem reviviſcere. Compeſcite quæſo ab illo, prædictiſque, quorumcunque videtis animos, ac non juſtas æmulationes, ut ipſe apud nos integer ad vos cum ſuis repatatus mereatur pacem, non fictam pervidens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac ſingillatim occurrat charitas & vinculis, quæ nullis modis à Chriſto ſolvuntur, vobiſcum pariter in perpetuum connexa, lætetur in Domino.

Expliciunt Decreta Innocentii Papæ.

PLATINA

35. q. 9. *Veniam.*

Al.* *& vel non habetur.*

Al.* *arbitratione.*

Photinus iſte non eſt ille hæreſiarcha, qui longè antèa damnatus fuit, ſed alius quidam.

Al.* *eſt.*

2. *Corinth.* 2.

Al.* *jactatum.*

Al. *apud.*

PLATINA DE ZOSIMO PAPA.

CODEX CANONUM. DECRETA ZOSIMI.

ZOSIMUS, *natione Græcus. Patre Habraamo, mortuo Theodoſio, Arcadii & Honorii temporibus fuit. Ingreſſus tum Italiam Rhadagaſus Gothorum Rex immaniſſimus, ferro ac flammâ omnia vaſtabat: verùm Romani comparato exercitu barbarum in Feſulani montibus opprimunt duce Stilicone. Huic verò ſucceſſit Alaricus, quem Stilico regni cupidus, cum ſuperare poſſet, & ſovit, & juvit. Verùm poſtremo cum Alaricus in Galliam proficiſcens, concedente eo loci ſedes ad incolendum Honorio, apud Pollentiam conſediſſet, Saulum, genre & religione Hebræum, à Stilicone cum militibus immiſſum, quo fœdus turbaretur, hoſtem ſenſit. Facilè enim fuit barbaros nil tale ſuſpicantes, & diem Paſchæ obſervantes, incautos perturbare. Verùm ſequenti die, ſumptis armis, & Saulum cum exercitu ad internitionem cædunt, & omiſſâ Galliâ, in Stiliconem & Romanos movent, quibus ſuperatis, urbem Romam poſt longam & gravem obſidionem capiunt, Anno ejuſdem conditæ milleſimo ac centeſimo ac ſexageſimo-quarto; Salutis verò Chriſtianæ anno* CCCC & XII. *Hâc tamen moderatione Alaricus uſus eſt & clementiâ, ut ſuis mandaverit, à cæde & ſanguine, quoad fieri poterat, abſtineri, utque confugientibus ad Baſilicas Petri & Pauli parceretur. Rex verò tertiâ die ab urbe diſcedens, minùs calamitatis quàm putaretur perpeſſa (parum enim incendii ſenſerat) in Lucanos & Brutios, proficiſcitur, ubi apud Conſentiam vi captam, & direptam moritur. Cui ſtatim omnium Gothorum conſenſu Ataulphus ob affinitatem & genus ſuccedit. Zoſimus autem in tanta rerum perturbatione rem divinam nunquam omiſit. Conſtituit enim ut Diaconi, dum celebraretur, levas tectas haberent linoſtimis. Conceſſit item, ut in Parochiis cerei ſancto Sabbato benedici poſſent; bibere autem in publico Clericis vetuit, in cellis fidelium id fieri poſſe non negavit. Vetuit etiam, nè ſervi in Clerum reciperentur. Creatis autem in urbe Roma Presbyteris* X, *Diaconis* III, *Epiſcopis* VIII, *moritur, ac ſepelitur viâ Tiburtinâ, apud corpus beati Laurentii martyris,* VII *Kal. Januarii. Sedit annum unum, Mens.* III, *Dies* XII.

Rhadagaſus Rex Gothorum.

Alaricus Rex.

Roma ab Alarico capta.

Geſta & conſtituta Zoſimi.

CODEX CANONUM.

Tituli Decretorum Papæ Zoſimi, numero IV.

DECRETA ZOSIMI.

1 QUOD Monachi, vel Laici, niſi per gradus Eccleſiaſticos non debeant ad ſummum Sacerdotium pervenire.
2 Quòd ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubjacebit.
3 Quæ in ſingulis Cleri gradibus tempora ſint præfixa.
4 Ad Preſbyteros Ravennatium.

* *Incipit Epiſtola Decretalis Papæ Zoſimi.*

Al. * Incipiunt conſtituta Zoſimi Papæ.

Quòd Monachi, vel Laici, niſi per gradus Eccleſiaſticos, non debeant ad ſummum Sacerdotium pervenire.

CAP. I. Zoſimus Epiſcopus urbis Romæ Heſychio Epiſcopo Salonitano. Exegit dilectio tua præceptum Apoſtolicæ Sedis, in quo Patrum decreta conſentiunt, & ſignificas nonnullos ex Monachorum cœtu, quorum ſolitudo quavis frequentia major eſt, ſed & Laicos ad Sacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter, & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper à nobis interdictum conſtat, litteris, ad Gallias, Hiſpaniaſque tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio: quamvis nec Africa ſuper hac ammonitione noſtra habeatur aliena, nè quis penitus contra Patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione divinis ſtipendiis erudirus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ Sacerdotium adſpirare præſumeret, & non ſolùm in eo ambitio inefficax haberetur, verumetiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum. Unde miramur ad dilectionem tuam ſtatuta Apoſtolicæ Sedis non fuiſſe perlata. Laudamus igitur propoſitum conſtantiæ ruæ, frater chariſſime, nec aliud de Pontificii cenſura veteris authoritatis genus expectandum fuit, quàm ut talibus ambitionibus pro præceptis Patrum in procinctu fidei conſtitutus occurreres. Igitur ſi quid authoritari tuæ, quod nos non opinamur, æſtimas deſuiſſe, ſupplemus. Vos obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ, & arrogantiæ venienri. Tecum ſaciunt præcepta Patrum, tecum Apoſtolicæ Sedis aurhoritas. Si enim officia ſæcularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, remporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus explorandum, ſtatim dux eſſe deſideret; cùm tiro antè non fuerit, & priùs velit dicere, quàm diſcere? Adſueſcat in Domini

Dist. 36. Qui Eccleſiaſticis. Et repetitur dist. 55.

Cœleſtis militia in dominicis caſtris Eccleſiæ.

caſtris, in Lectorum primitus gradu divini rudimenta ſervitii, nec illi vile ſit, Exorciſtam, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri, nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis majorum ordinatione temporibus. Jam verò ad Presbyterii faſtigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia antè acta teſtentur. Jure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit, facit hoc nimia reſniſſio Conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, ubi ſolitudo eſt, talium reperitur: dum Parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe judicii, rarum eſt enim omne, quod magnum eſt.

Quòd ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubjacebit.

Cap. II. Proinde nos, nè quid meritis dilectionis tuæ derogemus, ad te potiſſimum ſcripta direximus, quæ in omnium fratrum, & Coëpiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam, non tantùm eorum, qui in ea provincia ſunt, ſed etiam qui vicinis dilectionis tuæ Provinciis adjunguntur. Sciet, quiſquis hoc, poſtpoſitâ Patrum & Apoſtolicæ Sedis authoritate, neglexerit, à nobis diſtrictiùs vindicandum, ut loci ſui minimè dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impunè poſſe tentari: contumeliæ enim ſtudio ſit, quicquid interdictum toties uſurpatur.

Deponendi ſunt qui dicto l'apæ non audiunt.

CODEX CANONUM. DECRETA ZOSIMI.

Quæ in ſingulis Cleri gradibus tempora ſint præfixa.

Cap. III. Hæc autem ſingulis gradibus obſervanda ſunt tempora: ſi ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter Lectores uſque ad viceſimum ætatis annum, continuatâ obſervatione perduret. Si major jam, & grandævus acceſſerit, ita tamen, ut poſt baptiſmum ſtatim ſe divinæ militiæ deſideret mancipari, ſive inter Lectores, ſive inter Exorciſtas quinquennio teneatur. Exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis, & ſic ad benedictionem Diaconatus, ſi meretur, accedat, in quo ordine quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterii Sacerdotium poterit promereri. De quo loco ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, ſummum Pontificatum ſperare debebit. Hâc tamen lege ſervatâ, ut neque digamus, neque pœnitens ad hos gradus poſſit admitti. Sanè, ut etiam defenſores Eccleſiæ, qui ex Laicis fiunt, ſupradictâ obſervatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine Clericatus. Datum IX Kal. Mar. DD. NN. Honorio XII, & Theodoſio VIII, Augg. Conſſ.

Diſt. 77. c. In ſingulis.

DD. NN. Dominis noſtris.

* *Ad Presbyteros Ravennatium.*

CODEX CANONUM. DECRETA ZOSIMI.

CAP. IV. Zosimi commonitorium Presbyteris & Diaconis, qui Ravennæ sunt. Ex relatione fratris nostri Archidami Presbyteri qualiter susceptí sitis, vel quid egeritis, agnovimus : vel qualiter illi susceptí sunt, qui contra Canones adversùm nos ad Comitatum, nescio quâ audentes temeritate, ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc misimus, olim scripta feceramus; eorum, quas injuriosè miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est, in nostra Ecclesia Romana, cum nostris Compresbyteris commorari : has ad vos illis tradendas litteras destinavimus, in quibus decreto nostro * sanximus, memoratos perturbatores omnium ab Apostolicæ nostræ Sedis communione alienos fuisse, atque nostrâ subscriptione prolatam sententiam suscepisse. Illos etiam, qui effrenato hujus facto, consilioque assensum commodare voluerunt, vestræ charitatis est æstimare qualiter habeantur. Quibus hoc objicere vos debetis, quòd juxta Canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter Presbyteros non decebat, rebelles existere tentaverunt. Vos tamen monemus, in speculis esse debere : nè qua eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos scit sancta & Apostolica Ecclesia. De his verò, qui eorum se societati junxerunt, quid de his agere debeamus, cùm reversi fueritis, consilio meliori tractabimus. Et alia manu: Datum v Non. Octob. Honorio XII, & Theodosio VIII, Augg. Coss. ** ** *Ann. Christi 418.*

Al. * Incipit Epist. *Zosimi Episcopi ad presbyteros Ravennæ directa.*

Sardic. Conc. c. 8, 9, 10, 11.

Excommunicandi perturbatores pacis.

Al. * *sanximus.*

Explicium Decreta Zosimi Papæ.

CODEX CANONUM. DECRETA BONIFACII I.

PRÆFATIO BEATI AUGUSTINI AD BONIFACIUM PAPAM,

Cui nuncupavit quatuor libros in duas Epiſtolas Pelagianorum.

Colloquium Alypii cum Comitacio.

NOVERAM te quidem famâ celeberrimâ prædicante, & frequentiſſimis, atque veraciſſimis nuntiis quantâ eſſes Dei gratiâ plenus acceperam, Beatiſſime atque Venerande Papa Boniface: ſed poſteaquam te etiam præſentiâ corporali frater meus vidit Alypius, acceptuſque à te benigniſſimè, ac ſinceriſſimè mutua miſcuit dictante dilectione colloquia, tecumque convivens, & parvo licèt tempore, magno tamen tibi junctus affectu, ſe ſimul & me reſudit animo tuo, teque mihi reportavit in ſuo, tantò major in me tuæ ſanctitatis eſt facta notitia, quantò certior amicitia. Neque enim dedignaris, qui non alta ſapis, quamvis Altius preſidet Papa. *altius præſideas, eſſe amicus humilium, & amorem rependere impenſum. Unde acceptâ per eum fratrem, per quem te familiariùs didici, majore fiduciâ, auſus ſum aliquid ad tuam beatitudinem ſcribere de his rebus, quæ hoc tempore Epiſcopalem curam (ſi qua in nobis eſt) ad vigilantiam pro grege dominico ſtimulo recentiore ſollicitant. Novi* Pelagiani. *quippe Hæretici, inimici gratiæ Dei, quæ datur puſillis, & magnis per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, & ſi jam cavendi evidentiùs apertiore improbatione monſtrantur, non tamen quieſcunt, ſcriptis ſuis minùs cautorum, vel minùs eruditorum corda tentare, quibus utique eſſet reſpondendum, nè ſe, vel ſuos in illo nefando errore firmarent, etiam ſi non metueremus, nè quemquam Catholicorum veriſimili ſermone deciperent. Cùm verò non deſinant fremere ad dominici gregis caulas,* Reſpondendum hæreticis. *atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oves aditus undecumque rimari communiſque ſit omnibus nobis, qui fungimur Epiſcopatûs officio (quamvis ipſe in ea præemineas celſiore faſtigio) ſpecula paſtoralis, facio quod poſſum pro mei particula muneris, quantum mihi Dominus, adjuvantibus orationibus tuis, donare dignatur, ut peſtilentibus & inſidiantibus eorum ſcriptis medentia, & munientia ſcripta prætendam, quibus rabies, qua fuerint, aut etiam ipſa ſanetur, aut à lædendis aliis repellatur. Ago autem gratias ſinceriſſimæ in nos* Nomen Aug. hæreticis odioſum. *benevolentiæ tuæ, quòd eas me latere noluiſti litteras inimicorum gratiæ Dei, in quibus reperiſti nomen meum calumniosè, atque evidenter expreſſum. Sed ſpero de Domino Deo noſtro, quòd non ſine mercede, quæ in cœlis eſt, illi me lacerant dente maledico, quibus me pro parvulis, nè fallaci laudatori Pelagio perditi relinquantur, ſed veraci Salvatori Chriſto liberandi offerantur, appono.*

CODEX CANONUM.

Tituli Decretorum Papæ Bonifacii I, numero IV.

DECRETA BONIFACII I.

1 SUPPLICATIO ejuſdem Papæ, ut conſtituatur à Principe, quatenus in urbe Roma per ambitum, nunquam Pontifex ordinetur.

2 Reſcriptum Honorii Auguſti, quo ſtatuit, ut ſi duo Romæ Epiſcopi fuerint ordinati, ambo de civitate pellantur.

3 Epiſtola ejuſdem Papæ de Maximo Epiſcopo, diverſis criminibus accuſato.

4 Ut in unaquaque Provincia nemo, contempto Metropolitano Epiſcopus ordinetur.

Supplicatio Papæ Bonifacii, ut conſtituatur à Principe, quatenus in urbe Roma numquam per ambitum ordinetur Antiſtes.

Diſt. 97. Eccleſiæ.

CAP. I. Bonifacius Epiſcopus, Honorio Auguſto. Eccleſiæ meæ, cui Deus noſter meum Sacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura conſtringit, nè cauſis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui à Sacerdotibus univerſis, & Clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Chriſtianiſſimi Principis deſim. Siquidem ſecus, quàm oportet, eveniat, non vos id facere, qui cuncta æquâ moderatione componitis: ſed nos per noſtram tacentes deſidiam videbimur, quod civitatis quietem, Eccleſiæ pacem pervertere valeat, admiſiſſe. Cùm enim humanis rebus divinæ cultor religionis, Domino favente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt divinis ſemper rebus animo promptiore faviſſe) firmo & ſtabili jure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem, & ſub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, * id eſt, delictis, & ſub veſtræ imperio clementiæ, minimè, quæ ſunt illicita, formidentur. Ipſa enim Eccleſia devotionem tuam, Chriſtianiſſime Imperator, meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu, quam Chriſtus Deus noſter, * veſtri fidus rector, & gubernator imperii uni deſponſatam ſibi, & intactam virginem ſervat: nec in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus inlidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ tumore turbari, gloriſiſſime & tranquilliſſime Imperator Auguſte: ipſa verò, quæ uni deſponſata, * veſtra tamen mater eſt, Eccleſia, hâc pietatem veſtram legatione, quam ſuis Sacerdotibus commiſit, appellat, præterita, præſentiaque reperit. Vobis (inquit) religioſè imperantibus modò tutus eſt populus, tam * fidus Deo, quàm tibi, qui es Princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperii, teſte,

* *Gratianus ſic habet. i. ut licita ſervetur, & ſub veſtræ imperio clementiæ minimè quæ ſunt licita formidentur.*

*Grat. * vera fidei rector & veſtri gub. Imp.*

*Grat. * noſtra*

*Grat. * fidelis*

apud quem, & de cujus Sede agitur, Sancto Petro ſollicitis pro religionis obſervantia vocibus clamat, cum ſollicitâ petitione miſcetur oratio: * nè hos in varias res ſemel evulſa diſtrahat à cultu ſolito, tentatore ſollicitante, diſcordia. Ageret pluribus, Princeps Chriſtianiſſime, niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſarum, & niſi in oppreſſionibus Idolorum, in Hæreticorum correctionibus, fide tuâ, divino cultu pariter cum imperio ſemper florente, viciſſet. Habet refugium pium tuæ manſuetudinis animum cum ſuæ religionis veneratione conjunctum. Cùm quicquid huic proficiat, vos agatis, conferatis fratribus, & Conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, à me, & ab omnibus, qui Eccleſiam * faciunt, iſta mundi legatio, quibus precamur, ſacræ cauſa religionis, proſequentibus, in urbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, quo poſtulatis adnuitis, in perpetuum ſtatui univerſalis Eccleſiæ conſulatis. Datum Kal. Julias.

Grat. ne humanas res. Laus Honorii à religione.*

Grat. faciant, legatis.*

Reſcriptum Honorii Auguſti, ad Bonifacium Papam Romanum: in quo ſtatuit, ut ſi denuò Romæ Epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo de civitate pellantur.

Ea diſt. c. Victor.

CAP. II. Victor Honorius, inclytus triumphator, ſemper Auguſtus, ſancto, ac venerabili Bonifacio, Papæ urbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo reverentibus venerabilibus viris gaudium noſtrum ſacrorum apicum * arteſtatione ſignamus, ac petimus, uti quotidianis orationibus Apoſtolatus tuus ſtudium, ac votum ſuum circa ſalutem, atque Imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de Eccleſiarum, aut populi perturbatione ſollicita eſt: quæ, ut nè aliquâ ratione poſſit evenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe proviſum. Denique beatitudine tuâ prædicante, id ad cunctorum Clericorum notitiam volumus pervenire, ut ſi quid fortè religioni tuæ (quod non optamus) humana fortè contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus Sacerdotem, ſed illum ſolum in Sede Apoſtolica permanſurum, quem ex numero Clericorum novâ ordinatione divinum judicium & univerſitatis conſenſus elegerit. Unde id obſervandum eſt, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur: cùm certum ſit, nulli partium ſua ſtudia profutura.

Sacr. api. id eſt, Imperialium litterarum.

Lex Honorii contra ſchiſma.

Diſt. 79. Si duo forte.

CODEX CANONUM.

DECRETA BONIFACII I.

Epiſtola Bonifacii Epiſcopi urbis Romæ ad Epiſcopos Galliæ, de Maximo Epiſcopo, diverſis criminibus accuſato.

CAP. III. Bonifacius Epiſcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Severo, Valerio, Juliano, Caſtorio, Leontio, Conſtantino, Joanni, Montano, Marino, Mauritio, & cæteris Epiſcopis per Gallias, & per ſeptem Provinciàs conſtitutis. Valentinæ nos Clerici civitatis adierunt proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, teſte totâ Provinciâ, aſſerunt commiſiſſe: delegatâ toties cognitione illum conſtituta ſemper ſubterfugiſſe judicia, nec conſiſum conſcientia feſtinâſſe, ut ſi eſſet innocens, examinatis omnibus purgaretur, quæ toties decreta, ex noſtrarum quoque chartarum inſtructione cognovimus. Qui è contrario probavit de ſe illa, quæ dicta ſunt, quia ad ea confutanda, cùm eſſent innumera, à deceſſoribus meis Provincialis eſt delegata cognitio. Conventus etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minimè voluiſſe, & nullus dubitat, quòd ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur, qui eſt innocens, quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, numquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſubterfugere judicium dilationibus putat. Veniet aliquando tamen ille, qui talis perhibetur, in medium, nec prodeſt illi toties latuiſſe, toties ſubterfugiſſe, quem ſui actus, & commiſſa quocunque fuerit, ea quæ objiciuntur illi, ſi vera ſunt, crimina perſequuntur. Debueram quidem jam nunc dignam pro ejus accuſatis in noſtro judicio actibus, qui cognitionem, & decretum judicum ſæpe declinando credidit illudendum, ferre ſententiam, at nè aliquis * præco, quem ſorſitan judicaret, & ſibi, qui abſens eſt, licèt ſit quæſitus à nobis, reſervatum eſſe nihil diceret: maluimus, intercapedine temporis datâ, differri: cùm hoc etiam ejus accuſatores aſſererent. De cujus intentionibus, & moribus ſit ſecurum, Maximum tantò magis damnanda committere, quantò tardiùs ſe conſtituto judicio præſentaret. Quem Manichæorum involutum caligine arguunt, turpi ſecta olim, ita cum non poſſet abluere animum ſordidâ improbatione objectæ rei, geſta Synodalia proferentes, & commiſſis involutum undique flagitiis, nullum enim ſanitatis habuiſſe reſpectum, quem furore ſuo, & inſanâ temeritate ad ſæcularium quoque judicum tribunalia ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque perſona turpiſſimum eſt, objicerent. Perveniſſe eum ad homicidii damna aſſerunt geſtis prolatis in medium. Et hunc talem, poſt tanta, taliaque commiſſa Epiſcopatus adhuc ſibi nomen in ſuis laribulis vindicare, in propriæ civitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur, &

Cauſa Maximi ſæpe delegato.

Conſcius culpæ fugit judicium.

* Lego *præcocem.*

Crimina Maximi.

& ſanctum nomen vendicando ſibi velle polluere. Ideòque, fratres chariſſimi, quia audiendus hic præſentare ſe noluit, nè convictus forſitan ab accuſantibus ſe Clericis poſſet dignâ tandem, aliquando præſentatus, Epiſcopali judicio pronunciationis congruæ feriri ſententiâ. Quamquam illi, cùm hæc edocta fuerint, ſciamus hujus nominis eſſe jacturam, qui pudorem nunquam habuiſſe Sacerdotii perhibetur, & locum ſuum nè modico quidem tempore cuſtodiſſe: dilationem dedimus, & decrevimus veſtrum debere intra Provinciam eſſe judicium, & congregari Synodum antè diem calendarum Novembrium: ut ſi adeſſe voluerit, præſens, ſi confidit, ad objecta reſpondeat: ſi adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur: nam manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato judicio, purgandi ſe occaſione non utitur. Nihil enim intereſt, utrum in præſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, comprobentur, cùm ipsâ quoque confeſſione procuratâ toties conſtet abſentia. Nos autem per omnes Provincias litteras dirigemus, nè excuſationem ſibi ignorationis obtendat: ut ad Provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio. Quicquid autem veſtra charitas de hac cauſa duxerit decernendum, cùm ad nos relatum fuerit, noſtrâ, ut condecet, neceſſe eſt authoritate firmetur. Datum ſub die idus Junii, Monaxio V. C. Conſ.**

3. q. 9. c. *Decernimus.*

** *ann. Chriſti* 419.

Ut in unaquaque Provincia nemo, contempto Metropolitano, Epiſcopus ordinetur.

CODEX CANONUM. *DECRETA BONIFACII I.*

CAP. IV. Bonifacius Epiſcopus urbis Romæ Hilario Epiſcopo Narbonenſi. Difficilem quidem fidem querimoniis commodamus, quarum Sacerdotes Domini pulſat intentio: maximè, cùm eos loquuntur quippiam contra Patrum ſtatuta tentâſſe, ſed frequenter has aſſerit, ſicut nûnc, multitudo cauſantium. Ecce enim, ut charitas tua recognoſcit ex ſubditis, Lutubenſis Eccleſiæ Cleri ordo, vel plebis preces ſuas, vel lachrymas ad nos, quantùm datur intelligi, magno cum dolore miſerunt, dicentes, Coëpiſcopum noſtrum Patroclum ſuâ petitione ceſſante, in locum decedentis Epiſcopi, neſcio quem, in aliena Provincia, prætermiſſo Metropolitano, contra Patrum regulas ordinâſſe; quod nequaquam poſſumus ferre patienter, quia convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita Synodi conſtitutio Nicænæ quæ ita præcipit, ut eadem propriè verba ponamus, per unamquamque Provinciam jus Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas, quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum, Sancto Spiritu ſuggerente, ſibimet cenſuerunt. Unde, frater chariſſime, ſi ita res ſunt, ut Eccleſiam ſupradictam Provinciæ tuæ limen includat, noſtrâ authoritate communitus,

Factum Patrocli Epiſcopi.

Nic. Conc. c. 6.

CODEX CANONUM. DECRETA BONIFACII I.

quod quidem facere ſponte deberes, deſideriis ſupplicantium, & voluntate reſpecta ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitani jure munitus, & præceptionibus noſtris fretus accede intelligens arbitrio tuo, ſecundùm regulas Patrum, quæcunque facienda ſunt, à nobis eſſe conceſſa, ita ut peractis omnibus Apoſtolicæ Sedi, quicquid ſtatueris, te referente clareſcat, cui totius Provinciæ ordinationem liquet eſſe mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquid in illorum contumeliam partibus ſuis, quæ ſibi non videntur conceſſa, defendat. Ceſſet hujuſmodi preſſa noſtrâ authoritate præſumptio eorum, qui ultra licitum ſuæ limitem dignitatis extendunt. Quòd idcirco dicimus, ut advertat charitas tua adeò nos Canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra definiat: quatenus Metropolitani ſui unaquæque Provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Datum V Id. Febr. DD. NN. Honorio XIII, & Theodoſio X, Augg. Conſſ. * *

** Ann. Chriſt. 422.

Expliciunt Decreta Papæ Bonifacii.

PLATINA DE CÆLESTINO PAPA.

DECRETA CÆLESTINI.

CÆLESTINUS natione Campanus, Theodoſii junioris temporibus fuit. Is divino cultui intentus conſtituit, ut Pſalmi David antè ſacrificium antiphonatim ab omnibus canerentur. Refert Martinus Caſſianus Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam, *quod in principio ſacrificii dicitur, ejus inventum fuiſſe, Graduale quoque huic aſcribitur. Multa præterea conſtituit de omni Eccleſia, quæ tum in archivis legebantur. Dedicavit & Baſilicam Juliam, cui etiam hæc dona obtulit: Patenam argenteam librarum quinque & viginti; Scyphos duos argenteos* XX *lib. Aquamanulos argenteos* XX *lib. Candelabra argentea duo* LX *lib. Cantharos, Ceroſtrata ænea* IV & XX *magni ponderis. Præterea Germanum Autiſiodorenſem Epiſcopum in Britanniam mittit, qui deturbatis hæreticis, inſulares ad Catholicam fidem redigeret. Miſit & ad Scotos Chriſti fidem optantes, Palladium, quem ipſe Epiſcopum creaverat. Hujus certè, atque ſuorum opera, magna pars Occidentis ad veram Chriſti fidem converſa eſt. Ubi autem ex ſacris ordinibus ter in urbe, Menſe Decembri habitis, Presbyteros* XXXII, *Diaconos* XII, *Epiſcopos* XLII *creaſſet, moritur, ac ſepelitur in Cœmiterio Priſcillæ, viâ Salariâ,* VIII *Idus Aprilis. Conſederat annis* VIII, *Men.* X, *diebus* XXII.

Dona ejus ad Baſilicam.

Propagatio fidei Chriſti.

Tituli Decretorum Papæ Cæleſtini, numero XXII.

1 DE Proſpero, & Hilario, qui quoſdam Galliæ Preſbyteros accuſant Pelagii ſectatores.
2 De ſancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio.
3 Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum authoritates de gratia Dei.
4 Quòd Adam omnes homines læſerit, nec quemquam, niſi gratiâ Chriſti, poſſe ſalvari.
5 Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus, qui ſolus eſt bonus.
6 Quòd niſi gratiâ Dei continuâ juvemur, inſidias diaboli devitare non poſſumus.
7 Quòd per Chriſtum libero benè utamur arbitrio.
8 Quòd omnia ſanctorum merita dona ſint Dei.
9 Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo ſit.
10 Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adjuvet nè committantur, & præſtat, ut lex impleatur, non ſicut ait Pelagius facilè, quaſi ſine Dei gratia difficiliùs poſſit impleri.
11 Quòd Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratiam reſonent quâ genus reparatur humanum.
12 Quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis & exſufflationibus ſpiritûs ab eis expelluntur immundi.
13 Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſunt, nec penitùs aſſerendæ.
14 Quòd non debeant Sacerdotes aut Clerici amicti palliis & præcincti lumbis in Eccleſia miniſtrare.
15 Quòd nulli ſit ultima pœnitentia deneganda.
16 Quòd per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatus debeat officium perveniri.
17 Quòd unaquæque Provincia ſuo Metropolitano debeat eſſe contenta.
18 Quòd nolentibus nemo debeat Epiſcopus ordinari.
19 Quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum.
20 Quòd nulli Sacerdoti Canones liceat ignorare.
21 Quòd non oporteat, contemptis Clericis, de Laicis Epiſcopos ordinari.
22 Quòd docendus ſit populus, non ſequendus.

CODEX CANONUM. *Incipiunt Decreta Papæ Cæleſtini, numero XXII.*

DECRETA CÆLESTINI. *De Proſpero & Hilario, qui quoſdam Galliæ Preſbyteros accuſant Pelagii ſectatores.*

CAP. I. Dilectiſſimis fratribus, Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, * Philtatio, & cæteris Galliarum Epiſcopis, Cæleſtinus Epiſcopus. Apoſtolici verba præcepti ſunt apud Judæos, atque gentiles ſine offenſione nos eſſe debere. Hoc quiſquis Chriſtianus eſt, totâ animi virtute cuſtodit. Quod cùm ita ſit, non parum periculi illum manere poterit antè Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, iſta contriſtent, quæ authoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, Dominicus in Evangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe Salvator, quòd expediat ſcandalizanti unum de puſillis, in maris profunda demergi, & ideo quæ ſit ejus jam pœna quæramus cui tale ſupplicium legimus expedire. Filii noſtri præſentes Proſper & Hilarius, quorum circa Deum noſtrum ſollicitudo laudanda eſt, tantùm, neſcio quibus, Preſbyteris illic licere, qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia veritati, ſed veſtræ dilectioni juſtiùs imputamus, quando illi * ſuper vos habent copiam diſputandi. Legimus, ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt, non ſibi debere quenquam ad injuriam doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipſos à Deo noſtro poſitos novimus ad docendum, cùm ſit, dicente Apoſtolo, eis tertius locus intra Eccleſiam deputandus. Quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus hi loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non ſuerunt? Timeo nè connivere ſit hoc tacere: timeo nè magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujuſmodi, non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem, deſinat, ſi ita res ſinit, inceſſere novitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non moventur. Recurrerunt ad Apoſtolicam prædicti Sedem hanc ipſam nobis quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres chariſſimi, pro Catholicæ plebis pace tractatum, ſciant ſe (ſi tamen cenſentur Preſbyterii dignitate) vobis eſſe * ſubditos, ſciant, quòd ſibi omnes, qui malè docent, diſcere magis, ac magis competat, quàm

Al. * *Filtanio.*

2. *Pet.* 2.

Rom. 14.

1. *Cor.* 8.

Matth. 18.

Al. * *ſupra.*

Matth. 10.

1. *Cor.* 12.

Suſpecta Epiſcoporum taciturnitas.

Ne permittant Epiſcopi Preſbyteris indiſciplinatas quæſtiones in medium proponere.

Sanctum conſilium & mandatum contra novos hæreticos.

Al. * *ſubjectos.*

docere. Nam quid in Eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? niſi fortè illud obſiſtat, quod non authoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui è fratrum numero nuper de Laicorum conſortio, in collegium noſtrum fortaſſis admiſſi neſciant quid ſibi debeant vindicare. Super his multa jam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris Tuenti dedimus ſcripta reſponſum. Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus, ut vitentur hujuſmodi, qui laborant per terras aliud, quàm ille noſter juſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

(a) *De ſancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio.*

B. Aug. inter magiſtros optimos.

CAP. II. Auguſtinum ſanctæ recordationis virum pro vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec unquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Benè ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, utpote, qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori. Unde reſiſtatur talibus, quos malè creſcere videmus, neſas eſt, hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque convenit macerari, quamvis maneat hos beatitudo promiſſa, quicunque probantur perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolorum, univerſalis Eccleſia quâcumque novitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quòd ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio, de tali re in poſterum querela ceſſaverit. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres chariſſimi.

CODEX CANONUM. DECRETA CELESTINI.

Matth. 5.

Incipiunt præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum authoritates de gratia Dei.

Hæc 2. capitula ſequentia, non ſunt Cæleſtini Papæ, ſed ab alio interpoſita.

CAP. III. Quia nonnulli, qui Catholico nomine gloriantur, in damnatis Hæreticorum ſenſibus ſeu pravitate, ſive imperitiâ demorantes, piiſſimus diſputatoribus obviare præſumunt, & cùm Pelagium, atque Cæleſtinum anathematizare non dubitent, magiſtris tamen noſtris, tanquam neceſſa-

(a) *De Sancto Epiſcopo Auguſtino, &c.*] In Epiſtola, ſive libello Eccleſiæ Lugdunenſis de Prædiſtinatione ſcripta circa anum 845. *Beatiſſimus inquam Papa Cæleſtinus, cujus auctoritate & induſtriâ Neſtoriana hæreſis ſurgens cum ſuo auctore oppreſſa eſt, contra tanti Viri reprehenſores, de B. Auguſtino loquitur vel potius calumniatores ſicut in libris Canonum inter decreta Pontificum Romanorum continetur ſcripſit ad Epiſcopos Galliarum tanta illum reverentiâ & laude commendans, ut ejuſdem ſcripturæ iſte ſit titulus de Sancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio & . . . . . titulo ſubjungantur verba præfati Pontificis quæ ita habent: Auguſtinum, &c.*

rium modum exceſſerint, obloquuntur, eaque tuntummodo ſequi, & probare profitentur, quæ ſacratiſſima beati Apoſtoli Sedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium Præſulum ſuorum ſanxit, & docuit. Neceſſarium fuit diligenter inquirere quid rectores Romanæ Eccleſiæ de Hæreſi, quæ eorum temporibus exortâ fuerat, judicârint, & contra nocentiſſimos liberi arbitrii defenſores, quid de gratia Dei ſentiendum eſſe cenſuerint, ita ut etiam Africanorum Conciliorum quaſdam ſententias jungeremus, quas utique ſuas fecerunt Apoſtolici Antiſtites, cùm probarent. Ut ergo pleniùs, qui in aliquo dubitant, inſtruantur, conſtitutiones Sanctorum Patrum compendioſo manifeſtamus indiculo, quo ſi quis non nimiùm eſt contentioſus, agnoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum authoritatum brevitate pendere: nullamque ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum Catholicis credat, & dicat:

Codex Canonum.

Decreta Cælestini.

Defenſores qui extra gratiam Dei meritum arrogabant. Alioqui lib. arbitrium eſſe, non malè defenditur, quod piorum nemo unquam eſſe negavit, ut patet infrà, c. 22.

Quòd Adam omnes homines læſerit, nec quenquam niſi Chriſti gratiâ poſſe ſalvari.

Cap. IV. In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerantis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atque dicente in Epiſtola ad Carthaginenſe Concilium, Liberum enim arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis inconſultiùs uritur, bonis cadens in prævaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde ſurgere poſſet, invenit: ſuâque in æternum libertate deceptus hujus ruinæ latuiſſet oppreſſu, niſi eum poſt Chriſti pro ſua gratia relevâſſet adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium ſui baptiſmatis lavacro purgavit.

Verba Innocentii Papæ.

Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus, qui ſolus bonus eſt.

Cap. V. Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet, qui ſolus eſt bonus, quod in eiſdem ſcriptis ejuſdem Pontificis ſententia proteſtatur, dicens: Nunquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant deberi, quòd boni ſunt, nec illum conſiderant, cujus quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe adſequi poſſe confidunt. *Matth. 19.*

Quòd niſi gratiâ Dei continuò juvemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus.

Cap. VI. Neminem etiam baptiſmatis gratiâ renovatum, idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad evincendas carnis concupiſcentias: niſi per quotidianum adjutorium Dei perſeverantiam bonæ converſationis acceperit: quod ejuſdem Antiſ-

titis in iiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamvis hominem redimeret à præteritis * ille peccatis, tamen * neſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſervavit. Quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti, conſiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.

* Lego *cum ſciens.*

Quòd per Chriſtum libero benè utimur arbitrio.

CAP. VII. Quòd nemo niſi per Chriſtum, libero benè utatur arbitrio idem magiſter in epiſtola ad Milevitanum Concilium datâ prædicat, dicens: Adverte tandem, ô praviſſimarum mentium perverſa doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipſa decepit, ut dum indulgenriùs frænis ejus utitur, in prævaricationem præſumptione concideret, nec ex hac potuit erui, niſi ei providentia regenerationis ſtatum priſtinæ liberraris Chriſti Domini reformaſſet adventus.

Quòd omnia ſanctorum merita dona ſunt Dei.

CAP. VIII. Quòd omnia ſtudia, & omnia opera, ac merita Sanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda ſint, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo, quod ipſe donaverit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zoſimi regularis authoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos autem inſtinctu Dei, omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt, unde naſcuntur, ad fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam univerſa retulimus. Hunc autem ſermonem ſinceriſſimæ veritatis luce radiantem tanto Afri Epiſcopi honore venerati ſunt, ut ita ad eundem virum ſcriberent: Illud verò, quod in litteris, quas in univerſas Provincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti dicens, nos tamen inſtinctu Dei, &c. ſic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, diſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens, amputares. Quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quàm quando univerſa in noſtræ humilitaris conſcientiam retuliſtis? Et tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter, ſapienterque vidiſtis, veraciter, fidenterque dixiſtis. Ideo utique, quia præparatur voluntas à Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangat corda filiorum. Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi Filii Dei ſunt, ut nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

Prov. 22. Rom. 8.

Verba Zoſimi Papæ.

Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo ſit.

CAP. IX. Quòd ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo

libero operetur arbitrio, ut ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cùm ad totius orbis Epiſcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſiſque, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, ut quicquam ſibi humana natura præſumat, clamante Apoſtolo, Non eſt nobis conluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris hujus, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Et ſicut ipſe iterum dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et iterum: Gratiâ Dei ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboravi: non ego autem, gratia Dei mecum.

CODEX CANONUM. DECRETA CÆLESTINI. *Joan. 15.* *Idem doctor Zoſimus.* *Epheſ. 6.* *Rom. 7.* *2. Cor. 15.*

Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adjuvet, nè committantur, & præſtat, ut lex impleatur, non ſicut ait Pelagius facilè, quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri.

CAP. X. Illud etiam, quod intra Carthaginenſis Synodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ Sedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, ut quicumque dixerit gratiam Dei, quâ juſtificamur per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit. Et iterum quarto capitulo, ut quiſquis dixerit, gratiam Dei per Jeſum Chriſtum propter hoc tantùm nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipſam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus, quid appetere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præſtari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anarhema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat, valde impius eſt, ut credamus, ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, & ad eam, quæ ædificat, non habere, cùm ſit utrumque donum Dei & ſcire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante charitate ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt, Charitas ex Deo eſt. Item quinto capitulo, ut quiſquis dixerit ideo nobis gratiam juſtificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere divina

1. Cor. 8. *Pſal. 93.* *1. Joan. 4.*

Verba Canonis Carthag. Conc.

mandata

mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, Sine me
Joan. 15. difficiliùs poteſtis facere, ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.

Quòd Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratiam reſonent: quâ genus humanum ab æterna damnatione reparatur.

CAP. XI. Præterea beatiſſimæ Apoſtolicæ Sedis inviolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres, peſtiferæ novitatis elatione dejectâ, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt. Obſecrationum quoque Sacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Catholica Eccleſia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum plebium Præſules mandatâ ſibimet legatione fungantur apud divinam clementiam humani generis agunt cauſam, & totâ ſecum Eccleſiâ congemiſcente poſtulant, & precantur ut Infidelibus donetur fides, ut Idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut Hæretici Catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, ut Schiſmatici Spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapſis pœnitentiæ remedia conferantur, ut denique Catechumenis ad regenerationis Sacramenta perductis cœleſtis miſericordiæ aula referetur. Hæc autem non perfunctoriè, neque

Obſecrationes publicæ in die Paraſceves.

inaniter à Domino peti rerum ipſarum monſtrat effectus, * quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filii charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ, quando à Deo totum divini operis eſſe ſentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum ſemper actio, laudiſque confeſſio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

CODEX CANONUM. DECRETA CÆLESTINI.

Al.* *quomodoquidem.* *Coloſſ. 1. Rom. 9.*

Quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cum exorciſmis, & exſufflationibus ſpiritûs ab eis abiguntur immundi.

CAP. XII. Illud etiam, quod circa baptizandos in univerſo mundo ſancta Eccleſia uniformiter agit, non otioſo contemplemur intuitu. Cùm ſive parvuli, ſive * juvenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis, & exſufflationibus Clericorum Spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc verè appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo priùs alligetur fortis, & deinceps vaſa ejus diripiuntur in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis regulis, & ex divina ſumptis authoritate documentis ita adjuvante domino conformati ſumus, ut omnium bonorum affectuum, atque operum & omnium ſtudiorum omniumque virtutum, * quibus ab initio fidei ad Deum

Joan. 12. Matth. 12. Marc. 3. Epheſ. 4. Pſal. 63.

Al.* *quibus omnibus.*

tenditur, Deum profiteamur authorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni & velle incipiamus, & facere. Quo utique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, ut de tenebroſo lucidum, de pravo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit providum. Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas Dei, ut noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus, nec otioſa eſſe in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donavit, ut & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſollicitè recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus, Nè inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo.

CODEX CANONUM. DECRETA CÆLESTINI. *Philip. 2.* *Per gratiam non aufertur, ſed liberatur lib. arb.* *2. Cor. 3.* *Pſal. 102. Matth. 6.*

Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint, nec penitus adſerendæ.

CAP. XIII. Profundiores verò, difficilioreſque partes incurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractárunt, qui Hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere. Quia ad confitendam gratiam Dei, cujus opere, ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus, quicquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis nos ſcripta docuerunt, ut prorſus non opinemur Catholicum quod apparuerit præfixis ſententiis eſſe contrarium.

Expliciunt authoritates præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum de gratia Dei, & libero voluntatis arbitrio.

Cæleſtinus univerſis Epiſcopis per Viennenſem, & Narbonenſem Provincias conſtitutis, in Domino Salutem. Cuperemus quidem de veſtrarum Eccleſiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potiùs de proſectu, quàm aliquid adnaiſſum. contra diſciplinam Eccleſiaſticam doleremus. Ad noſtram enim lætitiam & beneſacta perveniunt, & mœ[ro]r aculeis nos quæ ſuerint male[fa]cta, compungunt. Nec ſilere poſſumus, cùm ad hoc, ut ab illicitis revocemur aliquos, officii noſtri provocemur inſtinctu, in ſpeculis à Deo conſtituti, ut vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda ſunt, reſecemus, & quæ obſervanda ſunt, ſanciamus. Et quamvis circa longinqua ſpiritalis cura non deficit, ſed per omnia, qua nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam noſtram ſubterfugiunt, quæ in everſionem regularum novellæ præſumptionis authoritate tentantur. *Eſa. 21.* *Ezech. 33.*

Quòd non debeant Sacerdotes, aut Clerici amicti palliis, & præcincti lumbis in Eccleſia miniſtrare.

CAP. XIV. * Didicimus enim Al. * *Dicimus*

quoſdam Domini Sacerdotes ſuperſtitioſo potiùs cultui inſervire quàm mentis, vel fidei puritati. Sed non mirum, ſi contra Eccleſiaſticum morem faciunt, qui in Eccleſia non creverunt, ſed alio venientes itinere ſecum hæc in Eccleſiam, quæ in alia converſatione habuerant, intulerunt, amicti pallio, & lumbos præcincti credunt ſe ſanctæ Scripturæ fidem, non per Spiritum, ſed per litteram completuros. *Luc. 12.* Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, ut taliter ſervarentur: cur non fiunt pariter quæ ſequuntur, ut lucernæ in manibus ardentes unà cum baculo teneantur. Habent ſuum iſta myſterium, & intelligentibus ita clara ſunt, ut eâ magis, quâ decet, ſignificatione ſerventur. Nam in lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni ſulgor operis (de quo dicitur, * Opera veſtra luceant) indicatur. Habeant tamen iſtum forſitan cultum morem, potiùs quàm rationem ſequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt, unde hic habitus in Eccleſiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur? Diſcernendi à plebe, vel ceteris ſumus doctrinâ, non veſte, converſatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus novitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus: ut locum ſupervacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim ſunt potiùs, quàm illudendi, nec imponendum eorum eſt oculis, ſed mentibus infundenda præcepta ſunt. Erant quidem multa, quæ pro diſciplina Eccleſiaſtica, vel ipſius rei dicere ratione poſſemus, ſed ab his ad alia devocamur.

AL* *ſic opera Matth.*

Quòd nulli ſit ultima pœnitentia deneganda.

CAP. XV. *Agnovimus enim* pœnitentiam morientibus denegati, nec illorum deſideriis abnui qui obitûs ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubveniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate deſperet: quaſi non poſſit ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem perdere, quo ſe ille expediri deſiderat, & liberari. Quid hoc rogo, aliud eſt, quàm morienti mortem addere, ejuſque animam ſuâ crudelitate, nè abſoluta eſſe poſſit, occidere, cùm Deus ad ſubveniendum paratiſſimus, invitans ad pœnitentiam, ſic promittat peccatori, inquiens: Quâcunque die converſus fuerit, peccata ejus non reputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, ſed tantùm convertatur, & vivat. Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegârit; & deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubveniendum morienti ſufficere vel momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium, ad Chriſti dexteram pendens, ſi

28. q. 6. c. Agnovimus.

Ezech. 18. Ibidem.

Luc. 23.

CODEX CANONUM. DECRETA CALESTINI.

illum unius horæ pœnitentia non juviſſet, cùm eſſet in pœna, pœnituit, & per unius ſermonis promiſſionem, habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum mente potiùs eſt æſtimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter adſerente, Cùm converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. Cùm ergo Dominus ſit cordis inſpector, quovis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti cùm illi ſe obliget judici cui occulta omnia noverit revelari.

Ezech. 3 & 33. 2. Reg. 16. Hier. 17.

Quòd per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatûs debeat officium perveniri.

Diſt. 59. c. ſ. Ordinatos.

CAP. XVI. Ordinatos verò quoſdam, fratres chariſſimi, Epiſcopos, qui nullis Eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra Patrum decreta, hujus uſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus, cùm ad Epiſcopatum his gradibus quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis ad majora firmentur. Debet enim antè eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, ut poſſit docere, quod didicit. Omnis vitæ inſtitutio hac ad id, quò tendit ſe ratione confirmat. Qui minimè litteris operam dederit, præceptor eſſe non poteſt litterarum. Qui non per ſingula ſtipendia creverit, ad emeritum ſtipendii ordinem non poteſt pervenire. Solum Sacerdotium inter iſta rogo vilius eſt quod faciliùs tribuitur, cùm difficiliùs implcatur? Sed jam non ſatis eſt laïcos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, ſed etiam quorum crimina longè, latèque per omnes penè ſunt nota provincias, ordinantur. Daniel enim nuper miſſâ relatione ex orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat, Virginum Monaſterio nefariis eſt objectionibus accuſatus, multa de multis objecta flagitia. In quanam lateret terrarum parte quæſitus eſt, ut ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe judicium poſtulatum minimè declinaret; miſſæ ad Arelatenſem Epiſcopum per Fortunatum Subdiaconum noſtrum, præceptiones, ut ad judicium deſtinaretur Epiſcopale. Tantis gravatus teſtimoniis, tantâ facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum (ut dicitur) Virginum pollutus inceſtu Epiſcopus adſeritur ordinatus. In noſtris libelli ſcriniis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In Pontificii dignitatem hoc tempore quo ad cauſam dicendam miſſis à nobis litteris vocabatur, obrepſit. Sacro nomini abſit injuria, facilius eſt ut hanc dignitatem tali dando ipſe amiſerit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus, cui convicto ſociabitur, qui eum ſibi credidit largiendo Pontificium ſociandum; qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinârit, oſtendit. His ergo in medium nunc deductis cùm plerique veſtrum ſint, qui Apoſtolicæ ſedis ſtatuta cognoverint nobiſcum tempore aliquanto verſati, ad diſciplinæ normam, noſtris conventa adhortationibus, omnia fraternitas veſtra * revocare feſtinet.

Diſt. 81. c. Tantis.

Al.* *evocare*

Digitized by Google

Quòd unaquaque Provincia ſuo Metropolitano debeat eſſe contenta.

Bonif. c. 4. ſupra. CAP. XVII. Primum, ut juxta decreta Canonum unaquæque Provincia ſuo Metropolitano contenta ſit, ut deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem Epiſcopum conrinent conſtitura, nè uſurpationis locus alicui Sacerdori in alterius concedatur injuriam. Sit conceſſis ſibi contentus uniſquiſque limitibus. Alter in alterius Provincia nihil præſumat, nec emeritis in ſuis Eccleſiis Clericis peregrini & extranei, & qui antè ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum civium merentur teſtimonio, præponantur, nè novum quoddam, de quo Epiſcopi fiant, inſtitutum videatur eſſe collegium.

Dist. 62. c. Ne emeritis.

Quòd nolentibus Clericis vel populis nemo debeat Epiſcopus ordinari.

Ea dist. c. ſequente. CAP. XVIII. Nullus invitis detur Epiſcopus. Cleri, plebis, & ordinis conſenſus, ac deſiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de civitatis ipſius Clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri, primùm enim illi reprobandi ſunt, ut aliqui de alienis Al. * *Clericis.* * Eccleſiis meritò præferantur. Habeat unuſquiſque ſuæ fructum militiæ in Eccleſia, in qua ſua per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minimè aliter obrepat, nec alii debiram alter ſibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas Clericis renitendi, ſi ſe viderint prægravati, & quos ſibi ingeri ex tranverſo cognoverint, non timeant refutare. Qui ſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus eſt, debent habere judicium.

Quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum.

CAP. XIX. Abſtineatur etiam ab illicitis ordinationibus, nullus ex laïcis, nullus digamus, nullus qui ſit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur, ſed irreprehenſibilis, & qualem elegit Apoſtolus, fiat. Per Moyſen Dominus præcepit, virginem accipiat Sacerdos uxorem, ſubſequitur, & ſupplet Apoſtolus eodem locutus ſpiritu, unius uxoris virum debere Epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam Sacerdotes, & ſi quæ factæ ſunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt: quamvis latere ſe æſtiment, qualiter pervenerunt: ut nulla religionis reverentia obſcuritate fuſcetur. Non ſit vana gloriatio palliaris, Epiſcopalem morem, qui Epiſcopi ſunt, ſequantur. Daniel, ut diximus, qui accuſationem Pontificali honore ſubterfugere ſe poſſe credidit, & ad faſtigium tantum accuſatores ſuos latendo pervenit, à ſanctitatis veſtræ cœtu interim ſe noverit ſegregatum, qui ſe noſtro judicio debet abjicere, ſi conſcientiæ ſuæ novit conſidentiam ſe obtinere. Maſſilienſis verò Eccleſiæ Sacer-

1. Tim. 3. Levit. 21. 2. Tim. 3.

CODEX CANONUM. DECRETA CÆLESTINI.

dotem, qui dicitur (quòd dictu nefas eſt) in necem fratris ſui taliter gratulatus: ut huic, qui ejus ſanguine cruentatus advenerat, portionem cum eodem habiturus, occurreret: ex veſtro eum audiendum collegio delegamus. Datum VII Kal. Aug. Felice & Tauro Conſſ.

Quòd nulli Sacerdoti Canones liceat ignorare.

Diſt. 38. c. Nulli Sacerdotum.

CAP. XX. Cæleſtinus univerſis Epiſcopis per Apuliam, & Calabriam conſtitutis. Nulli Sacerdotum ſuos liceat Canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum poſſit regulis obviare. Quæ enim à nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentiâ populis permiſſâ, frangatur?

Quòd non conveniat, contemptis Clericis Eccleſiarum, de laicis Epiſcopos ordinari.

CAP. XXI. Audivimus quaſdam propriis deſtitutas Rectoribus civitates Epiſcopos ſibi petere velle de laïcis, tantumque faſtigium tam vile credere, ut hoc his, qui non Deo, ſed ſæculo militaverunt, æſtiment nos poſſe conferre, non ſolùm malè de ſuis Clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes, ſed de nobis peſſimè, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes. Quod nunquam auderent, ſi non quorundam illic his conſentiens ſententia conniveret. Ita nihil, quæ frequentiùs ſunt decreta, proficiunt: ut hoc, quaſi nunquam de hac parte ſcriptum fuerit, ignoretur, quid proderit per ſingula Clericos ſtipendia militâſſe, & omnem egiſſe in Dominicis caſtris ætatem: ſi qui his præfuturi ſunt ex laïcis requiruntur, qui vacantes ſæculo, & omnem Eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderatâ cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus calcatâ reverentiâ Eccleſiaſticæ diſciplinæ tranſire? Talibus itaque, fratres chariſſimi, qui juris noſtri, id eſt, Canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obviemus, hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, nè quis laïcum ad ordinem Epiſcopatûs admittat, & ſinat fieri, unde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet: quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.

Diſt. 61. Quid proderit.

Quòd docendus ſit populus, non ſequendus.

Diſt. 62. c. Docendus.

CAP. XXII. Docendus eſt populus, non ſequendus: noſque, ſi neſciunt, eos quid liceat, quidve non liceat commonere, non iis conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram ſedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Quæ enim ſolâ admonitionis authoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeveritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas hoc ergo, quæ propriis Rectoribus carent, Eccleſias volumus innoteſcat: ut nullus ſibi ſpe aliquâ forſitan * blanditus illudat. Dat. XII Kal. Auguſti, Florentio & Dionyſio Conſſ. **

Al.* *blanditur.*

** *Ann. Chriſti 429.*

Expliciunt Decreta Papæ Cæleſtini.

PLATINA DE LEONE I.

LEo natione Tuſcus, patre Quintiano, eo tempore fuit, quo Atila à pugna Cathelannica rediens in Pannonias, comparatis magnis copiis, Italiam hoſtili manu ingreſſus, ac primo Aquilegiam in limitibus Provinciæ poſitam triennio obſedit. Verùm cùm jam deſperatis rebus in eo eſſet, ut ſtativa moveret, vidiſſetque ciconias ex urbe in agros pullos ſuos deferentes, auſpicio motus, adhibitis machinis miſeram civitatem acriter oppugnatam tandem capit, diripit, & incendit, nec ulli generi hominum parcit, flagellum Dei ſe vocitans. Inde Hunni veluti ruptis clauſtris per totam Venetiam ſeſe effundentes urbes omnes occupant, Mediolanum, ac Ticinum diripiunt. Iturus deinde Romam infeſtis ſignis, cùm eò loci conſediſſet, ubi Mintius Padum influit amnem, trajecturus, vir Sanctiſſimus Leo Pontifex, calamitatem Italiæ & urbis Romæ miſeratus, adhortante etiam Valentiniano, ei ſit obviam, perſuadetque Alarici exemplo, qui ſtatim Dei judicio poſt captam urbem mortuus eſt, nè ultra progrediatur. Monitis Pontificis optimi obtemperans Atila, quòd dum ſimul loquerentur, cernere duos viros ſupra caput ſuum, ſtrictos tenentes gladios, ac mortem minitantes, niſi pareret, viſus eſt, hi Petrus, & Paulus Apoſtoli putati ſunt, inde movens Pannonias repetit, ubi non ita multo poſt, effundente ſe ubertim propter ebrietatem è naribus ſanguine, moritur. Leo verò ad urbem rediens totus ad confirmandam Catholicam fidem convertitur, quæ tùm potiſſimum à multis Hæreticis impugnabatur. Interim verò occiſo à ſuis Valentiniano, Maximus tyrannus Imperium occupat, Eudoxamque quondam Valentiniani uxorem ſibi violentis nuptiis adjungit. Hanc ob rem Vandali ex Africa acciti, Genſerico duce, Romam hoſtili manu ingreſſi, Maximum in illo tumultu ab Urſo

Atila flagellum Dei.

Colloquium Leonis cum Atila rege.

Opera & geſta Leonis Papæ.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

milite Romano occiſum in Tyberim projiciunt, urbem diripiunt, atque incendunt templa & ſacraria ſpoliant, nec Leonem Pontificem exaudiunt clamantem, ut urbi & templis parcentes prædam quo vellent, abigerent. Abeuntes XIIII *die poſt urbem captam, ſecumque Eudoxam cum filia, & ingenti captivorum numero ſecum trahentes, in Africam revertuntur. At Leo ad reparandam urbem, & templa converſus, Demetriam ancillam Dei impulit, ut Baſilicam beato Stephano viâ Latinâ tertio ab urbe miliario in fundo ſuo conderet. Ipſe verò in honorem B. Cornelii Epiſcopi Baſilicam viâ Appiâ ædificavit, templa diffracta reſtituit, ſacrorum vaſa comminuta, aut ablata, vel denuò renovavit, vel ex integro, quoad fieri potuit, reſtituit. Cameras præterea tres condidit in tribus Baſilicis, Joannis, Petri, ac Pauli. Sepulchris quoque Apoſtolorum cuſtodes addidit ex Clero Romano, hos cubicularios appellavit. Præterea Monaſterium propè Sanctum Petrum condidit, conſtituitque ut intra actionem myſterii diceretur,* Hoc ſanctum ſacrificium, *neve ulla Monacha velamen capitis benedictum acciperet, niſi approbatum fuiſſet eam* XL *annis caſtè, & integrè vixiſſe. Poſtremò creatis ex inſtitutione ſacrorum* LXXXI *Preſbyteris, Diaconis* XXXI, *Epiſcopis* VI & LXXX, *moritur, ac ſepelitur apud Sanctum Petrum in Vaticano,* IIII *Idus April. Sedit annis* XXI, *menſe uno, diebus* XIII.

Titulî

Tituli Decretorum Papæ Leonis I, numero XLIX.

1 UT nullus Epiſcopus ſervum alterius ad officium Clericatûs promoveat.

2 Ut quicunque ad Sacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia promoti fuerint, ab Eccleſiaſticis officiis arceantur.

3 Quòd uſuram non ſolùm Clerici exigere non debeant, ſed nec Laici Chriſtiani.

4 Ut Clericus, nec ſuo nec alieno nomine fœnus exerceat.

5 Ut ſi quis Sacerdotum contra interdicta fecerit, à ſuo ſubmoveatur officio.

6 Quòd plurimi Manichæi vigilantiâ Papæ Leonis in urbe detecti ſint.

7 Quòd in die Epiphaniorum prohibeatur baptiſmum celebrari.

8 Quòd omnia nobis rerum ordine per incarnationem Domini noſtri ſalutis ſacramenta digeſta ſint.

9 Quòd in baptiſmo mors proveniat interfectione peccati, & ſepulturam imitetur trina dimerſio, & ab aquis elevatio ſit velut reſurrectio de ſepulchro.

10 Quòd beatus Petrus in die Pentecoſtes virorum tria millia baptizaverit.

11 Quòd duo tantùm tempora, id eſt, Paſcha & Pentecoſte, ad baptizandum à Romanis Pontificibus præfixa ſint.

12 Quòd omni tempore hi, qui neceſſitate mortis urgentur, debeant baptizari.

13 Ut de Sicilia, terni annis ſingulis Epiſcopi Romam ſociandi Synodo indiſſimulanter occurrant.

14 Quòd omnis cujuſlibet ordinis Clericus, qui ſe Hæreticæ communioni miſcuerit, regreſſus ad Eccleſiam in eo gradu, quo erat, ſine promotione permaneat.

15 Quòd non habeantur Epiſcopi, quos nec Clerus elegit, nec populus exquiſivit. Si qui tamen Clerici ab his pſeudoepiſcopis ordinantur, rata poteſt ordinatio talis exiſtere.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

16 Quòd Preſbyteri, aut Diaconi, ſi in aliquo crimine detecti fuerint, non poſſint per manûs impoſitionem pœnitentiam gerere.

17 Quòd Diaconi, ſicut Epiſcopus, & Preſbyter ceſſare debeant ab opere conjugali, nec tamen repudiàre conjugia.

18 Quòd aliud ſit uxor, aliud concubina, nec erret, quiſquis filiam ſuam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam.

19 Quòd non ſit conjugii duplicatio, quando ancillâ rejectâ uxor adſumitur.

20 De his qui communione privantur, & ita moriuntur.

21 De his qui pœnitentiam agere differunt.

22 Quòd oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſcit, etiam à licitis abſtinere.

23 Quòd pœnitenti nulla negotiationis lucra exercere conveniat.

24 Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam rediti non debeat.

25 Quòd adoleſcens, ſi urgente quocunque periculo, pœnitentiam geſſit, & ſe non continet, poſſit uxoris remedio ſuſtineri.

26 Quòd ſi quis propoſitum Monachi deſeruerit, publicâ ſit ſatisfactione purgandus.

27 Quòd puellæ, quæ non coactæ virginitatis propoſitum ſuſceperunt, peccant, ſi nupſerint, licèt nondum fuerint conſecratæ.

28 De his qui dubitant utrum baptizati ſint, eos neceſſe eſt baptizari.

29 Quòd eos, qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua profeſſione neſciunt, per manûs impoſitionem ſuſcipi conveniat.

30 De his qui convivio gentilium, & eſcis immolaticiis uſi ſunt.

31 Quòd ſemper Theſſalonicenſis Antiſtes vices Apoſtolicæ Sedis impleverit.

32 Ut Metropolitanis ſua jura ſerventur.

33 Ut à Metropolitanis non Laici, non bigami, non viduarum mariti, ſed irreprehenſibiles ordinentur.

34 Quòd Subdiaconis carnale connubium denegetur.

35 Ut nullus invitus ordinetur Epiſcopus.

36 Ut Metropolitanus Epiri de electo, quem eſt ordinatus, Epiſcopo ad Theſſalonicenſem Pontificem referat.

37 Ut bina per annos ſingulos Epiſcoporum Concilia celebrentur; & ſi res difficilis emerſerit, quæ non poſſit Theſſalonicenſis Epiſcopi judicio terminari, ad Romanum referatur Antiſtitem.

38 Ut ſi quis Epiſcopus ſuam deſerens civitatem majorem ambitus cauſâ petierit, non ſolùm eam obtinere non poterit, ſed & ſuâ carere debebit.

39 Ut nullus alienum Clericum ordinare audeat, ſuo Epiſcopo non præbente conſenſum.

40 Ut in evocandis Provincialibus Epiſcopis à Theſſalonicenſi Pontifice moderatio conſervetur.

41 Ut non ampliùs ab ſtatuto Concilii tempore, quàm dies XV remorentur Epiſcopi; & ſi inter eos fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifici ſub geſtorum inſinuatione pendantur.

42 Quòd debeant fœminæ, quæ captis viris ſuis aliis nupſerant, regreſſis prioribus copulari, ut ſuum unuſquiſque recipiat.

43 Quòd non videatur eſſe culpabilis, qui uxorem capti ſortitus eſt.

44 Ut ſi viri de captivitate regreſſi uxorum incontinentiâ offenſi non fuerint, & voluerint eas recipere, habeant liberam facultatem.

45 Ut ſi mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut iniquæ, communione ſanctâ privandæ ſint.

46 Captivis terrore, vel fame compulſis cibos immolatitios edere, pœnitentia concedenda.

47 Quòd hi qui ad iterationem baptiſmi vel vi, vel metu coacti ſunt, pœnitentiæ ſint ſublevandi remedio: ita ut ſenilis ætatis, cæterarumque neceſſitatum habeatur ſollicitâ conſideratione reſpectus.

48 Ut hi qui ab Hæreticis baptizati ſunt, ſolâ Sancti Spiritus invocatione firmentur.

49 Leo Epiſcopis Mauris de conſervatione, & diſciplinâ Canonum, nè indebitè, & inordinatè ad Clericatum aliquis præſumat accedere.

CODEX CANONUM.

Incipiunt Papæ Leonis Decreta, numero XLIX.

DECRETA LEONIS I.

LEo Epiſcopus urbis Romæ, univerſis Epiſcopis per Campaniam, Picenum, Tuſciam, & per univerſas conſtitutis in Domino Salutem. Ut nobis gratulationem facit Eccleſiarum ſtatus ſalubri diſpoſitione compoſitus, ita non levi nos mœrore contriſtat quoties aliqua contra conſtituta Canonum, & Eccleſiaſticam diſciplinam præſumpta, vel commiſſa cognoſcimus, quæ ſi non, quâ debemus, vigilantiâ reſecemus, illi, qui nos ſpeculatores eſſe voluit, excuſare non poſſumus, permittentes ſincerum corpus Eccleſiæ, quod ab omni purum maculâ coſtodire debemus, ambientum improbâ contagione fœdari: cùm ipſa ſibi membrorum per diſſimulationem compago non congruat. *Ezech. 3 & 33.*

Ut nullus Epiſcoporum ſervum alterius ad Clericatûs officium promovere præſumat.

Diſt 54. c. Admittuntur. CAP. I. Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur, & quià Dominis ſuis libertatem conſequi minimè potuerunt, ad faſtigium Sacerdotii, tanquam ſervilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur, & probari Deo poſſe creditur, qui Domino ſuo necdum probare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt, quòd & ſacrum miniſterium talis conſortii vilitate polluitur, & Dominorum, quantum ad illicitæ uſurpationis temeritatem pertinet, jura ſolvuntur. Ab his itaque, fratres chariſſimi, omnes veſtræ provinciæ abſtineant Sacerdotes, & non tantùm ab his, ſed ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari: niſi forte eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus: ut à caſtris Dominicis, quibus nomen ejus aſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Fa. diſt. c. 2. Nullus Epiſcoporum.

Ut quicunque ad Sacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia promoti fuerint, ab omnibus Eccleſiaſticis officiis arceantur.

CAP. II. Qualis verò unicuique conſtiterit natalium honeſtas, & morum eſſe debeat ſacri altaris miniſterio ſociandus, & Apoſtolo nos docente, & divinâ præceptione didicimus, & Canonum regulis à quibus pleroſque fratrum declinâſſe, & penitus deviâſſe reperimus. Nam conſtat ad Sacerdotium perveniſſe viduarum maritos, quoſdam etiam quibus fuerint numeroſa conjugia, & ad omnem licentiam vita liberior: ad ſacrum ordinem paſſim pateſactis aditibus fuiſſe permiſſos, contra *1. Timoth. 3. Levit. 21.*

Ubi ſupra. illam beati Apoſtoli vocem, quâ talibus exclamat, dicens, Unius uxoris virum. Er contra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur, & cavetur, Sacerdos virginem uxorem accipiar, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicumque tales admiſſi ſunt, ab Eccleſiaſticis officiis, & Sacerdotali nomine Apoſtolicæ Sedis authoritate, jubemus arceri. Nec hoc enim ſibi poruerunr vindicare, cujus capaces per hoc quod illis obſiſtebar, non fuerunr. Hujus diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vindicantes, ut ſi qua forſiran de his commiſſa ſunt, corrigantur: nec liceat ulrrà commitri. Er nè qua excuſatio de ignoratione naſcarur: quanquam ignorare nunquam licuerit Sacerdotum quid Canonum regulis fuerir definitum. Hæc ergo ad provincias veſtras per Innocentium, Legitimum, & Segerium fratres, & Coepiſcopos noſtros ſcripta direximus: ut quæ malè pullulâſſe noſcuntur, radicitus evellanrur, & meſſem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem, quæ ſunt ſincera, præſtabunr: ſi ea, quæ natam ſegetem enecare conſueverunt, diligentiùs ampurentur.

Quòd uſuram non ſolùm Cleriri exigere non debent, ſed nec Laïci Chriſtiani.

24. q. 4. Nec hoc. CAP. III. Nec hoc quoque prætereundum eſſe diximus, quoſdam lucri rurpis cupidirare captos uſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere, quod non dicam in eos, qui ſunt in Clericali officio conſtituti, ſed in Laïcos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acriùs in eos, qui fuerint confutati, decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Ut Clericus nec ſuo, nec alieno nomine fœnus exerceat.

CAP. IV. Illud ctiam duximus præmonendum, ur ſicut non ſuo, ita non alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attenter: indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus: ur quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura retribuer, recipere valeamus. *Diſt. 46. c. ſi Sicut non ſuo.*

Ut ſi quis Sacerdotum contra hæc interdicta fecerit, à ſuo ſit officio ſubmovendus.

CAP. V. Hoc itaque admonitio noſtra denuntiar, quòd ſi quis fratrum contra hæc conſtiruta venire tentaverit, & prohibira fuerit auſus admittere, à ſuo ſe noverit officio ſubmovendum, nec communionis noſtræ fururum eſſe conſortem, qui ſocius eſſe non voluir diſciplinæ. Nè quid verò ſir, quod prærermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentii, quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & Canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita *Diſt. 19. c. Si Romanorum. §. Quibus.*

CODEX CANONUM.

DECRETA LEONIS I.

à veſtra dilectione cuſtodire debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. Datum VI Id. Octobris, Maximo iterum & Paterno, Conſſ.

LEO.

Leo Epiſcopus, univerſis Epiſcopis per Italiæ provincias conſtitutis, in Domino Salutem. In conſortium vos noſtræ ſollicitudinis advocamus, ut vigilantiâ paſtorali, nè quid diabolicæ licere poſſit aſtutiæ, commiſſis vobis gregibus diligentiùs conſulatis: nè is, qui Domini miſericordiâ revelante per noſtram curam à noſtris ovibus morbis abjicitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quid agatur ignaris, per veſtræ Sedis pergat Eccleſias, & ſuarum furtim cuniculos inveniat latebrarum, nè quod à nobis in urbe extinguitur, tenebroſis apud vos radicibus ſeminetur.

Quòd plurimi Manichæi vigilantiâ Papæ Leonis in urbe Roma detecti ſint.

CAP. VI. Plurimos impietatis Manichææ ſequaces, & doctores in urbe inveſtigatio noſtra reperit, vigilantia divulgavit, authoritas, & cenſura coercuit. Quos

Revocatio Hæreticorum.

potuimus emendare correximus: & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus & diſciplinis ſuis, publicâ in Eccleſia profeſſione, & manûs ſuæ ſubſcriptione compulimus, & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos pœnitentiam concedendo levavimus. Aliquanti verò, qui ita ſe demerſerunt, ut nullum his auxiliantis poſſet remedium ſubvenire ſubditi legibus ſecundùm Chriſtianorum principum conſtituta, nè ſanctum gregem ſuâ contagione polluerent, per publicos judices perpetuo ſunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in Scripturis, quàm in occultis traditionibus ſuis habent profana, vel turpia, ut noſſet populus, quid refugeret, aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certâ manifeſtatione probavimus, adeò, ut ipſe, qui eorum dicebatur Epiſcopus, à nobis tentus proderet flagitioſa in ſuis myſticis, quæ * tenerent, ſicut geſtorum vos ſeries poterit edocere: ad inſtructionem enim veſtram etiam ipſa direximus, quibus lectis omnia, quæ à nobis deprehenſa ſunt, noſſe poteritis. Et quia aliquantos de his, quos nè abſolverentur, arctior reatus involverat cognovimus aufugiſſe, hanc ad dilectionem veſtram epiſtolam miſimus, ut effecta certior ſanctitas veſtra ſollicitiùs agere dignetur, & cautiùs, nec ubi Manichææ perverſitatis homines plebes veſtras facultate lædendi, & hujus ſacrilegii poſſit invenire doctores. Aliter enim nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi hos, qui ſunt perditores, & perditi, zelo fidei Dominicæ perſequamur, & à ſanis mentibus, nè peſtis hæc latiùs divulgetur, ſeveritate, quâ poſſumus, abſcindamus. Unde hortor dilectionem veſtram, obteſtor, & moneo: ut quâ debetis, & poteſtis ſollicitudine vigiletis ad inveſtigandos eos, necubi occultandi ſe reperiant facultа-

Manichæorum turpia dogmata.

Al. * *teneret.*

Vigilandum eſt paſtoribus.

tem. Ut enim habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentiùs, quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit exequutus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Datum III kal. Feb. Theodoſio XVIII & Albino VV. CC. Conſſ. **

** *ann. Chriſti.* 444.

LEO.

Leò Epiſcopus, univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis, in Domino Salutem. Divinis præceptis, & Apoſtolicis monitis incitamur, ut pro omnium Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu, ac ſi quid uſquam reprehenſioni invenitur obnoxium, Cleri ſollicitudine aut ab ignorantiæ imperitiâ, aut à præſumptionis

Joan. 21.

uſurpatione revocemus. Manente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus trinâ repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, ut Chriſti oves, qui Chriſtum diligit, paſcat: ipſius Sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præſumus, reverentiâ coarctamur, ut periculum deſidiæ, quantum poſſumus, declinemus, nè profeſſio ſummi Apoſtoli, quâ ſe amatorem Domini teſtatus eſt, non inveniatur in nobis, quia negligenter paſcens toties commendatum gregem convincitur ſummum non amare Paſtorem.

Quòd prohibeatur in die Epiphaniorum Baptiſmum celebrari.

CAP. VII. Cùm ergo mihi de charitatis veſtræ actibus fraternâ affectione ſolicito certis indiciis innotuerit vos in eo, quod inter ſacramenta Eccleſiæ principale eſt, ab Apoſtolicæ inſtitutionis conſuetudine diſcrepare, ita, ut Baptiſmi ſacramentum numeroſiùs in die Epiphaniæ, quàm Paſchali tempore celebretur: miror vos, vel prædeceſſores veſtros tam irrationabilem novitatem uſurpare potuiſſe, ut confuſo temporis utriuſque myſterio nullam eſſe differentiam crederetis inter diem, quo adoratus eſt Chriſtus à Magis, & diem, quo reſurrexit Chriſtus à mortuis. Quàm culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi unde conſecrationem honoris accipitis, inde legem totius obſervantiæ ſumeretis, & beati Apoſtoli Petri Sedes, quæ vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis, à cujus vos regulis receſſiſſe minore poſſet æquanimitite tolerari, ſi aliqua commonitionis noſtræ increpatio præceſſiſſet. Nunc autem, quia non deſperatur correctio, ſervanda eſt conſuetudo: ut licèt vix ferenda ſit in Sacerdotibus excuſatio, quæ prætendat inſcientiam, maluimus tamen & cenſuram neceſſarium temperare, & ratione vos apertiſſimæ veritatis inſtruere.

Quòd cuncta nobis per ordinem rerum per incarnationem Domini noſtri ſalutis ſacramenta digeſta ſint.

CAP. VIII. Semper quidem

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

in æterno conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio: ſed ordò rerum per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum temporaliter gerendarum in incarnatione verbi ſumpſit exordium; unde aliud tempus eſt, quo adnunciante Angelo beata Virgo Maria fœcundandam ſe per Spiritum Sanctum credidit, & concepit; aliud, quo ſalvâ integritate virgineâ puer editus exultante gaudio cœleſtium miniſtrorum paſtoribus indicatur; aliud, quo infans circunciditur; aliud, quo hoſtia pro eo legalis offertur; aliud cùm tres Magi, claritate novi ſideris incitati, in Bethleëm ab Oriente perveniunt, & adorant parvulum, myſticâ munerum oblatione venerantur. Nec iidem ſunt dies, quibus impio Herodi, ordinatâ divinitus in Ægyptum tranſlatione ſubtractus eſt, vel quibus ab Ægypto in Galilæam, mortuo perſecutore, revocatus eſt. Inter has autem diſpenſationum varietates accedunt augmenta corporea, creſcit Dominus ſicut Evangeliſta teſtatur, profectibus ætatis, & gratiæ, per dies Paſchæ in templum Hieruſalem cum parentibus venit, & cùm abeſſet à ſocietate redeuntium, ſedens cum ſenioribus, & inter admirantes magiſtros diſputans invenitur, rationeſque manſionis ſuæ reddens: Quid eſt, inquit, quòd quærebatis me? neſciebatis, quòd in his, quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe? ſignificans ejus ſe eſſe filium, cujus eſſet & templum. Jam verò, cum in annis majoribus apertiùs declarandus baptiſmum præcurſoris ſui Joannis expetiit, quid deitatis ejus remanſit ambiguum, quando baptizato Domino Jeſu, Spiritus Sanctus in Columbæ ſpecie ſuper eum deſcendit, & manſit, auditâ de cœlis Patris voce dicentis, Tu es filius meus dilectus, in te benè complacui? Quæ omnia ideo, quantâ potuimus, brevitate perſtrinximus, ut notum ſit dilectioni veſtræ univerſos Chriſti dies innumeris conſecratos fuiſſe virtutibus, & in cunctis ejus actionibus ſacramentorum myſteria coruſcâſſe, ſed aliter quidquid ſignis denunciârit, aliter rebus impleri, nec quæcunque numerantur in operibus Salvatoris, ad tempus poſſe pertinere Baptiſmatis. Nam ſi etiam illa, quæ poſt beati Joannis lavacrum à Domino geſta cognovimus, ſub indiſcreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda feſtis, quia omnia ſunt plena miraculis. Verùm quia Spiritus ſapientiæ, & intellectûs ita Apoſtolos, & totius Eccleſiæ erudivit magiſtros, ut in Chriſtiana obſervantia nihil inordinatum, nihil pateretur eſſe confuſum: diſcernendæ ſunt cauſæ ſolemnitatum, & in omnibus inſtitutis Patrum, Principumque noſtrorum rationabilis ſervanda * diſtinctio, quia non aliter unus grex, & unus paſtor ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus docet, idipſum dicamus omnes, Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſapientia.

Decurſus ætatis Chriſti.

Matth. 2.

Luc. 2.

Matth. 3. Luc. 3.

Nihil in Eccleſia inordinatum nihil confuſum.

Al. * *diſtinct. 2. Cor. 2.*

Quòd in

Quòd in Baptiſmo mors proveniat interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitetur trina demerſio, & ab aquis elevatio ſit, velut reſurrectio de ſepulchro.

CAP. IX. Quamvis ergo & illa, quæ ad humilitatem, & illa, quæ ad gloriam pertinent Chriſti, in unum concurrant, eandemque perſonam, totumque quod in illo & virtutis divinæ eſt, & infirmitatis humanæ, ad noſtræ reparationis tendat effectum: propriè tamen in morte Crucifixi, & in reſurrectione mortui potentia Baptiſmatis novam creaturam condit ex veteri, ut in renaſcentibus & mors Chriſti operetur, & vita, dicente beato Apoſtolo Paulo, An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus, & cætera, quæ latiùs magiſter gentium ad commendandum Sacramentum Baptiſmatis diſputavit, ut appareret ex hujus doctrinæ ſpiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem, & illud tempus electum: in quo per ſimilitudinem, formamque myſterii ea, quæ geruntur in membris his, quæ in ipſo ſunt capite, geſta congruerent, dum in Baptiſmatis regula & mors intervenit interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis elevatio reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. Ipſa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimum eum eſſe, in quo orta eſt, & virtus muneris, & ſpecies actionis, ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quod ipſe Dominus Jeſus Chriſtus, poſteaquam reſurrexit à mortuis, diſcipulis ſuis, in quibus omnes Eccleſiarum Præſules docebantur, & formam, & poteſtatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. De quo utique eos etiam ante paſſionem potuiſſet inſtruere, niſi propriè voluiſſet intelligi, regenerationis gratiam ex ſua reſurrexione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſervantiæ etiam * Pentecoſte ex adventu Sancti Spiritus ſacrata ſolemnitas, quæ de Paſchalis feſti pendet articulo. Et cùm ad alios dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum diem, qui reſurrectione Domini eſt, inſignis occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum ad eos, quos à die Paſchæ aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas intercluſit, invitans, ut quibuſlibet neceſſitatibus impediti deſiderii ſui effectum dono Sancti Spiritus conſequantur. Ipſe enim unigenitus Dei, in fide credentium, & in virtute operum nul-

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

De conſecrat. Diſt. 4. Propriæ.

Rom. 6.

Paſcha tempus congruentiſſimum baptiſmo.

Matth. 28.

Pentecoſte.

* Lego *Pentecoſtes.*

lam inter ſe & Spiritum Sanctum voluit eſſe diſtantiam, quia nulla eſt diverſitas in natura, dicens: Rogabo ego Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiſcum ſit in æternum, Spiritum veritatis. Et iterum: Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret univerſa, quæcunque dixi vobis. Et iterum: Cùm venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget eos in omnem veritatem. Cùm itaque veritas Chriſtum ſit, & Spiritus Sanctus Spiritus veritatis, nomenque Paracleti utrique ſit proprium, non diſſimile eſt feſtum, ubi unum eſt Sacramentum.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I. Joan. 14. Eod. c. Joan. 16. Joan. 14.

Quòd beatus Apoſtolus Petrus in die Pentecoſtes virorum tria millia baptizaverit.

CAP. X. Hoc autem nos non ex noſtra perſuaſione defendere, ſed ex Apoſtolica authoritate ſervare ſatis idoneo probamus exemplo, ſequentes beatum Apoſtolum Petrum, qui in ipſo die quo omnium credentium numerum promiſſus Spiritus Sancti replevit adventus trium millium populum ſuâ prædicatione converſum lavacro baptiſmatis conſecravit, quod ſancta ſcriptura, quæ Apoſtolorum Actus continet, fideli hiſtoria docet, dicens: His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & reliquos Apoſtolos, quid faciemus, viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Sancti Spiritus. Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, quoſcunque advocaverit Dominus Deus noſter. Aliis etiam pluribus verbis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini à generatione iſta prava. Qui ergo receperunt ſermonem ejus, baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia.

Act. 2.

Quòd hæc duo tempora, id eſt, Paſcha, & Pentecoſte, ad baptizandum à Romano Pontifice legitima ſunt præfixa.

CAP. XI. Unde quia manifeſtiſſimè pater baptizandis in Eccleſia electis hæc duo tempora, de quibus loquuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, ut nullos alios dies huic obſervantiæ miſceatis. *De conſecr. Diſt. 4. Duo tempora.*

Quòd omni tempore hi, qui neceſſitate mortis urgentur, id eſt, ægritudinis, obſidionis, perſecutionis, & naufragii debeant baptizari.

CAP. XII. Quia * ſi ſunt quoque feſta, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen, & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſtica, & rationabilis exemplatio: non interdicta licentia, qua in Baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitantibus ſubvenitur. Ita enim ad has duas feſtivitates connexas ſibimet, atque cognatas incolumium & in pacis ſecuritate

* Lego *etſi*

degentium libera vota differimus: ut in mortis periculo in obſidionis diſcrimine, in perſequutionis anguſtiis, in timore naufragii nullo tempore hoc veræ ſalutis ſingulare præſidium cuiquam denegemus.

De conſecrat. Diſt. 4. Si quis autem. Si quis autem Epiphaniæ feſtivitatem, quæ in ſuo ordine debito honore veneranda eſt, ab hoc æſtimat privilegium habere Baptiſmatis, quia hoc quidam putant quòd in eadem die Dominus ad Baptiſmum ſancti Joannis acceſſerit: ſciat illius Baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationem, nec ad eandem pertinuiſſe virtutem, quâ per Sanctum Spiritum renaſcuntur, de quibus dicitur,

Joan. 1. qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Dominus enim nullius indigens remiſſione peccati, nec quærens remedium renaſcendi, ſic

Luc. 2. Gal. 4. Matth. 5. voluit baptizari, quomodo & voluit circumcidi, hoſtiamque pro ſe emundationis offerri: ut qui factus fuerat ex muliere, ſicut

Rom. 10. Apoſtolus ait, fieret & ſub lege, quam non venerat ſolvere ſed implere, & implendo finire. Et ſicut beatus Apoſtolus prædicat dicens, Finis autem legis Chriſtus

Joan. 19. Joan. 1. ad juſtitiam omni credenti. Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentum, quia in omnibus primatum tenens ſe docuit eſſe principium, & tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxerunt ſanguis redemptionis, & aqua Baptiſmatis. Sicut ergo vetus teſtamentum novi teſtificatio fuit, & lex per Moyſen data eſt, gratia autem, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt; ſic diverſa ſacrificia unam hoſtiam reformârunt, & multorum Agnorum occiſio illius immolatione finita eſt, de quo dicitur: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Joannes, non Chriſtum, ſed Chriſti prævius: non ſponſus, ſed ſponſi amicus, fuit adeò fidelis, & non ſua quærens, ſed quæ Jeſu Chriſti, ut ſe profiteretur ad ſolvenda calceamenta pedum ejus indignum: quoniam ipſe quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille autem baptizaturus eſſet in Spiritu Sancto, & igne, qui duplici poteſtate, & vitam redderet, & peccata conſumeret. His itaque, fratres chariſſimi, tot, ac rantis exiſtentibus documentis, quibus omni ambiguitate ſubmotâ evidenter agnoſcitis in baptizandis electis, qui ſecundùm Apoſtolicam regulam, & exorciſmis ſcrutandi, & jejuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædicationibus imbuendi, duo tantùm tempora, id eſt, Paſcha, & Pentecoſten eſſe ſervanda. Hoc veſtræ indicimus charitati: ut ab Apoſtolicis inſtitutis nullo ulteriùs recedatis exceſſu, quia inultum poſt hæc eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Eod. c. Joan. 3. Matth. 3. Luc. 3.

Ut de Sicilia terni ſemper annis ſingulis de Epiſcopis ad diem tertium kal. Octobr. Romam ſociandi Synodo indiſſimulanter occurrant.

CAP. XIII. Quarum illud

CODEX CANONUM. *DECRETA LEONIS I. Nic. Conc. c. 5.*

primitus pro cuſtodia concordiſſimæ unitatis exigimus, ut quia ſaluberrimè à ſanctis Patribus conſtitutum eſt binos in annis ſingulis debere eſſe conventus: terni ſemper ex vobis ad diem tertium kalendarum Octobrium Romam, fraterno Concilio ſociandi indiſſimulanter occurrant, quoniam adjuvante gratiâ Dei faciliùs poterit provideri, ut in Eccleſiis Chriſti nulla ſcandala, nulli naſcantur errores, cùm coram beatiſſimo Petro Apoſtolo id ſemper in communè tractandum ſit, ut omnia ipſius conſtituta, Canonumque decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem, quæ inſpirante Domino vobis inſinuanda credidimus per fratres & Coëpiſcopos noſtros Vaccillum & Paſchaſinum ad veſtram volumus notitiam pervenire, quibus referentibus cognoſcamus, quàm reverenter à vobis Apoſtolicæ Sedis inſtituta ſerventur. Dat. XII kal. Nov. Calopodio & Ardadore Conſſ.

Quòd omnis cujuſlibet ordinis Clericus, qui Catholicam deſerens Hæreticæ ſe communioni miſcuerit: ſi ad Eccleſiam reverſus fuerit, in eo gradu, in quo erat, ſine promotione permaneat.

CAP. XIV. Leo Epiſcopus urbis Romæ Januario Epiſtopo Aquileienſi. Lectis fraternitatis tuæ litteris vigorem fidei tuæ quem olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, quòd ad cuſtodiam gregis Chriſti paſtoralem curam vigilenter exequeris, nè Lupi, qui ſub ſpecie Ovium ſubintrârunt, beſtiali ſævitiâ ſimplices quoſque dilacerent, & non ſolùm ipſi nullâ correctione proficiant, ſed etiam ea, quæ ſunt ſana, corrumpant. Quod nè viperea poſſit obtinere ſallacia, dilectionem tuam duximus commonendam inſinuantes ad animæ periculum pertinere, ſi quiſquam de his, qui à nobis in Hæreticorum, atque Schiſmaticorum ſectam delapſis, & ſe utcumque Hæreticæ communionis contagione maculârit, reſipiſcens in communione Catholica ſine profeſſione legitimæ ſatisfactionis habeatur. Saluberrimum enim, & ſpiritalis medicinæ utilitate pleniſſimum eſt, ut ſivè Preſbyteri, ſivè Diaconi, vel Subdiaconi, aut cujuſlibet ordinis Clerici, qui ſe correctos videri volunt, & ad Catholicam fidem, quam jam pridem amiſerant, rurſum reverti ambiunt: priùs errores ſuos, & ipſos authores erroris damnari à ſe ſine ambiguitate fateantur, ut ſenſibus pravis etiam peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, nec ullum membrorum talium poſſit ſocietate violari, cùm per omnia illis profeſſio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam Canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri: ut in magno habeant beneficio, ſi ademptâ ſibi omni ſpe promotionis, in quo inveniuntur ordine, ſtabilitare perpetuâ maneant: ſi tamen iteratâ tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Dominum noxam incurrit,

2. q. 2. c. Si quis hæretica, & in c. Omnis cujuſlibet.

Item 2. q. 7. c. Saluberrimum.

qui de talibus ad ſacros promovendos ordines judicârit, quòd ſi cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere ſuſpectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, ut circumſpectè, ac velociter impleatur, quæ ad totius Eccleſiæ incolumitatem, & laudabiliter ſuggeſta ſunt, & ſalubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos, ſi (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro cuſtodia Canonum, & pro fidei integritate decernimus vehementius commovendos, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligenteſque Rectores: qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam. Datum III kal. Januarii, Alypio & Ardabure Conſſ.

Diſt. 86. c. Inferiorum.

Leo Ruſtico Epiſcopo Narbonenſi. Subditis reſponſionibus, & ad ejuſdem conſulta reſcriptis.

Epiſtolas fraternitatis tuæ, quas Hermes Archidiaconus detulit, libenter accepi. Diverſarum quidem cauſarum connexione, multiplices ſed non ita patientiæ legentis oneroſas, ut aliquid earum inter concurrentes undique ſollicitudines fuerit prætermiſſum. Unde totius ſermonis tui allegatione conceptâ, & geſtis, quæ in Epiſcoporum, honoratorumque examine confecta ſunt, recenſitis, Sabiniano, & Leoni Preſbyteris actionis tuæ intelleximus fiduciam deſuiſſe, nec eis juſtam ſupereſſe querimoniam, qui ſe ab inchoatis diſceptationibus ſponte ſubtraxerunt. Circa quos quam formam, quamve menſuram debeas tenere juſtitiæ, tuo relinquo moderamini. Suadens tamen charitatis hortatu, ut ſanandis ægris ſpiritalem debeas adhibere medicinam, & dicente Scripturâ, Noli eſſe nimiùm juſtus, mitiùs agas cum eis, qui zelo pudicitiæ videntur modum exceſſiſſe vindictæ, nè Diabolus qui decepit adulteros, de adulterii exultet ultoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantum ſcandalorum quâcunque occaſione naſcentium adverſitate titubare, ut vacationem Epiſcopatûs laboribus præoptare te dicas, & malle in ſilentio, atque ocio vitam degere, quàm in his, quæ tibi commiſſa ſunt, permanere, dicente verè Domino: Beatus, qui perſeveraverit uſque in finem, unde erit beata perſeverantia, niſi de virtute patientiæ? Nam ſecundùm Apoſtolicam prædicationem, omnes, qui voluerint in Chriſto piè vivere, perſecutionem patientur, quæ non in eo tantùm computanda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcumque ſuppliciis: cùm perſecutionum lævitiam ſuppleant & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum. Quibus conflictationibus cùm omnia ſemper membra pulſentur, & nulla piorum portio à conflic-

Eccl. 8.

Perſeverandum in Epiſcopatu.

Matth. 10.

2. Tim. 3.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

tatione ſit libera, ita ut periculis nec ocia careant, nec labores. Quis inter fluctus maris navem diriget, ſi gubernator abſcedat? Quis ab inſidiis luporum cuſtodiet oves, ſi paſtorum cura non vigilet? Quis denique latronibus obſiſtet & furibus, ſi ſpeculatorem in proſpectu explorationis locatum ab intentione ſollicitudinis amor quietis abducat? Permanendum ergo eſt in opere credito, & in labore ſuſcepto. Conſtanter tenenda eſt juſtitia, & benignè præſtanda clementia. Odio habeantur peccata, non homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod ſeveriùs caſtigari neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis. At ſi vehementior tribulatio incubuerit, non ita expaveſcamus, quaſi illi adverſitati propriis viribus reſiſtendo, cùm & conſilium noſtrum, & fortitudo ſit Chriſtus, ac ſine quo nihil poſſumus, per ipſum cuncta poſſumus, qui confirmans prædicatores Evangelii, & ſacramentorum miniſtros, Ecce ego (inquit) vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Et iterum, hæc (inquit) locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis: in hoc autem mundo tribulationem habebitis, ſed confidite, quia ego vici mundum. Quæ pollicitationes quia ſine dubio manifeſtæ ſunt, nullis debemus ſcandalis infirmari, nè electioni Dei videamur ingrati, cujus tam patientia ſunt adjutoria, quàm vera promiſſa. De conſultationibus autem dilectionis tuæ, quas ſeparatim conſcriptas Archidiaconus tuus detulit, quid ſentiendum ſit inter præſentes opportuniùs quæreretur, ſi nobis conſpectus tui copia proveniret; nam cùm quædam interrogationis modum videantur excedere, intelligo eas colloquiis aptiores eſſe, quam ſcriptis. Quia ſicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione * compelli: ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari: illâ ſemper conditione ſervatâ, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis ſancto: rum inveniatur adverſum.

Diſt. 86. Odio.

Joan. 15.

Matth. ult.

Joan. 16.

Diſt. 14. c. ſi.

* Lego *convelli.*

Incipiunt ad inquiſitiones ejuſdem Epiſcopi ſubjecta reſponſa.

Quòd non habeantur Epiſcopi, quos nec Clerus elegit, nec populus exquiſivit, nec Provinciales Epiſcopi conſecrârunt: ſi qui tamen Clerici ab his Pſeudoepiſcopis ordinantur, rata poteſt ordinatio talis exiſtere.

CAP. XV. Nulla ratio ſinit ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprovincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. Unde cùm ſæpe quæſtio de malè accepto honore naſcatur, quis ambigat, nequaquam ab iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe collatum? Si qui autem Clerici ab iſtis Pſeudoepiſcopis

Diſt 62. c. Nulla ratio.

2. q. 2. c. ſi qui à pſeudo-epiſcopis.

in eis Eccleſiis ordinati ſunt, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum conſenſu, & judicio Præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi : ita, ut in ipſis Eccleſiis perſeverent. Aliter autem vana habenda eſt conſecratio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.

Quòd Preſbyteri, aut Diaconi, ſi in aliquo crimine prolapſi fuerint, non poſſint per manûs impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi.

Diſt. 50. Alienum eſt. CAP. XVI. Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, ut qui in Preſbyterali honore aut Diaconii gradu fuerint conſecrati : hi pro crimine aliquo ſuo per manûs impoſitionem remedium accipiant pœnitendi : quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit : ſecundùm quod ſcriptum eſt, Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro illo ? Undè hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei privata eſt expetenda receſſio : ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. *1. Reg. 2.*

Quòd Diaconi, ſicut Epiſcopus, aut Presbyter ceſſare debent ab opere conjugali : non tamen repudiare conjugia.

Diſt. 31. c. Lex continentiæ. CAP. XVII. Lex continentiæ eadem eſt altaris Miniſtris, quæ Epiſcopis, atque Preſbyteris, qui cùm eſſent Laïci, ſivè Lectores, licitò & uxores ducere, & filios procreare potuerunt : ſed cùm ad prædictos pervenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali fiat ſpiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quaſi non habeant ſic habere, quò & ſalva ſit charitas connubiorum, & ceſſet operatio nuptiarum.

Quòd aliud ſit uxor, aliud concubina : nec erret quiſquis filiam ſuam in matrimonium concubinam habenti tradiderit.

32. q. 2. Non omnis mulier. CAP. XVIII. Non omnis mulier viro juncta uxor eſt viri : quia nec omnis filius hæres eſt patri. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales, & multo priùs hoc ipſum Domino conſtituente, quàm initium Romani juris exiſteret. Itaque aliud eſt uxor, aliud concubina : ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandum harum perſonarum diſcretionem, teſtimonium ponit ex Geneſi, ubi dicitur Habraæ, Ejice ancillam, & filium ejus, non enim hæres erit filius ancillæ cùm filio meo Iſaac. Unde *27. q. 2. Cum ſocietas.* cùm ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut præter ſexuum conjunctionem, quæ haberet in Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur cujuſlibet loci * Laïcus, ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi eam conjugato dederit, niſi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis ho-

Cal. 4: *Geneſ. 21.* *Ephes. 5.* Al.* *Clericus.*

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

neſtata videatur : quia paterno arbitrio viris junctæ carent culpâ, ſi mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt : quia aliud eſt nupta, aliud concubina.

Quòd non ſit conjugii duplicatio, quando ancillâ relictâ uxor adſumitur.

32. q. 2. Ancillam. De pœnitentia.

CAP. XIX. Ancillam à toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, ſed profectus eſt honeſtaris. Culpanda eſt ſanè talium negligentia, ſed non penitus deſperanda : ut crebris cohortationibus incitati, quod neceſſariò expetiverunt, fidelitèr exequantur.

Diſt. 7. Nemo deſperandus.

Nemo enim deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtiturus eſt, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur.

De communione privatis, & ita defunctis.

24. q. 2. De communione.

CAP. XX. Horum cauſa Dei judicio reſervanda eſt, in cujus manu ſuit, ut talium obitus uſque ad communionis remedium non differatur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non poſſumus.

De his qui pœnitentiam agere differunt.

De pœnitentia.

CAP. XXI Diſſimulatio hæc poteſt non de contempru eſſe remedii, ſed de metu graviùs delinquendi. Unde pœnitentiam, quæ dilata eſt, cùm ſtudioſiùs petita fuerit, non negetur : ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

Diſt. 1. Pœnitentia quæ dilata.

Quòd oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſcit, etiam multis licitis abſtinere.

Ead. c. Aliud eſt 11. q. 1.

CAP. XXII. Aliud quidem eſt debita juſta repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantes oporter etiam à liciris abſtinere, dicente Apoſtolo, Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Unde ſi pœnitentes habent cauſam, quam negligere fortè non debeant, meliùs expetit quis Eccleſiaſticum, quàm forenſe judicium.

Aliud quidem eſt. 1. Corinth. 6.

Quòd pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.

De pœnitentiis. Diſt. 5. c. Qualitas.

CAP. XXIII. Qualitas lucri negotiantem aut excuſat aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & rurſus. Verumtamen pœnitenti utilius eſt diſpendia pati, quàm periculis negotiationis obſtringi, quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non intervenire peccatum.

Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam redire non debeat.

Ibidem c. Contrarium. 2. Tim. 2.

CAP. XXIV. Contrarium eſt omnino Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem : cùm Apoſtolus dicat, Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Unde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe militia mundana voluerit implicare.

Quòd

Quòd adoleſcens, ſi urgente quocumque periculo pœnitentiam geſſit, & ſe non continet, uxoris poteſt remedio ſuſtineri.

CAP. XXV. In adoleſcentia conſtitutus, ſi urgente, aut metu mortis, aut captivitatis periculo pœnitentiam geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ, venialis copulam uxoris elegit, nè crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem: ſi præter conjugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus: nam ſecundùm veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam geſſit, quàm caſtitas perſeverans, & mentis & corporis.

Quòd ſi quis propoſitum Monachi deſeruerit, publicæ ſit pœnitentiæ ſatisfactione purgandus.

20. q. 3. c. *Propoſitum.* CAP. XXVI. Propoſitum Monachi proprio arbitrio, aut voluntate ſuſceptum, deſeri non poteſt abſque peccato. Quòd enim quis vovit Deo, debet & reddere. Unde qui relictâ ſingularitatis profeſſione ad militiam, vel ad nuptias devolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt, quia etſi innocens militia, & honeſtum poteſt eſſe conjugium, electionem meliorem deſeruiſſe tranſgreſſio eſt.

Quòd Puellæ, quæ non coactæ, ſed voluntate propriâ virginitatis propoſitum ſuſceperunt, delinquant, cùm nupſerint, etſi nondum fuerant conſecratæ.

CAP. XXVII. Puellæ, quæ non parentum coactæ imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, prævaricantur, etiam ſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſerit: cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent. 20. q. 2. *Puellæ.*

De his quibus dubium eſt, utrum Baptiſmum perceperint, neceſſe eſt ut renaſcantur.

CAP. XXVIII. Si nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter Clericos, aut vicinos: quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur: agendum eſt, ut renaſcantur, nè manifeſtè pereant, in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non finit, ut videatur iteratum. Qui autem poſſunt meminiſſe, quòd ad Eccleſiam veniebant, cum parentibus ſuis poſſunt recordari an quod eorum parentibus dabatur, acceperint, ſed ſi hoc etiam ab ipſa memoria alienum eſt, conferendum eis videtur, quod collatum eſſe neſcitur, quia non temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. *De conſecrat. Diſt. 4. Si nulla.*

CODEX CANONUM.

DECRETA LEONIS I.

Ibidem c. Hi de quibus.

Quòd eos, qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua fide neſciunt, per manûs impoſitionem ſuſcipi conveniat.

CAP. XXIX. Hi autem, de quibus ſcripſiſti, qui ſe baptizatos ſciunt, ſed cujus fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, ſe neſcire profitentur: quoniam quolibet modo formam Baptiſmatis acceperunt, baptizandi non ſunt, ſed per manûs impoſitionem virtutem Spiritus Sancti, quam ab Hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi ſunt.

De his qui convivio Gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt.

CAP. XXX. Si convivio ſolo Gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis, & manûs impoſitione purgari: ut deinceps ab Idolothytis abſtinentes ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem aut Idola adoraverunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti.

Quòd ſemper Theſſalonicenſis Antiſtes vices Apoſtolicæ Sedis impleverit.

CAP. XXXI. Leo Epiſcopus urbis Romæ Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi. Quanta fraternitatis tuæ à beatiſſimi Petri Apoſtoli authoritate commiſſa ſint, & qualia etiam noſtro tibi favore ſint credita, ſi verâ ratione perſpiceres, & juſto examine ponderares, multum poſſemus de injunctæ tibi ſollicitudinis devotione gaudere. Quoniam ſicut præceſſores mei præceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſequutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi: ut cutam, quam univerſis Eccleſiis principaliter ex divina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis adjuvares, & longinquis à nobis provinciis præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes, & continenti, opportunoque proſpectu promptum tibi eſſet agnoſcere, quid in quibuſque rebus vel tuo ſtudio componeres, vel noſtro judicio reſervares. Nam cùm majora negotia, & difficiliores cauſarum exitus liberum tibi eſſet ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere, nec ratio tibi, nec neceſſitas fuit in id, quod menſuram tuam excederet deviandi. Abundant enim apud te monitorum ſcripta noſtrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter inſtruximus: ut commendatas tibi Chriſti Eccleſias per exhortationem charitatis ad ſalubritatem obedientiæ provocares, qui etſi plerumque exiſtunt inter negligentes, vel deſides fratres, quæ oporteat majore authoritate curati: ſic tamen adhibenda eſt correptio, ut ſemper ſit ſalva dilectio. Unde & beatus Apoſtolus Paulus ad Eccleſiaſticum regimen Timotheum imbuens, dicit: Seniorem nè increpaveris, ſed obſecra, ut

Authoritas Rom. Pont.

Indictio ad manſuetudinem.

1. Tim. 5.

Patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut ſorores in omni caſtitate. Quæ moderatio, ſi quibuſcunque inferioribus membris ex Apoſtolica inſtitutione debetur, quantò magis fratribus, & Coëpiſcopis noſtris ſine offenſione reddenda eſt, ut licèt nonnunquam accidant, quæ in Sacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas: plus cohortatio, quàm * commotio: plus charitas, quàm poteſtas. Sed ab his, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Chriſti Jeſu, facilè ab hac lege diſceditur, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis placet, honor inflat * ſuperbiam, & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam, quod, ut neceſſe habemus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Meipſum enim quodammodo trahi in culpam ſentio, cùm te à traditis tibi regulis immodicè diſceſſiſſe cognoſco, qui ſi tuæ æſtimationis parùm diligens eras, meæ ſaltem famæ parcere debuiſti: nè, quæ tuo tantùm facta ſunt animo, noſtro viderentur geſta judicio. Relegat fraternitas tua paginas noſtras, omniaque ad tuos emiſſa majores Apoſtolicæ Sedis Præſulum ſcripta percurrat, * & vel à me, vel à præceſſoribus meis inveniet ordinatum, quod à te cognovimus eſſe præſumptum. Venit namque ad nos cum Epiſcopis Provinciæ ſuæ frater noſter Atticus, veteris Epiri metropolitanus Antiſtes, & de indigniſſima afflictione, quam pertulit, lachrymabili actione conqueſtus eſt, coram adſtantibus * Diaconis tuis: qui querelis flebilibus nihil contra * referendo, ea, quæ nobis ingerebantur, fide non carere monſtrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas iidem Diaconi tui detulerunt, quòd frater Atticus Theſſalonicam veniſſet, quòdque * conſenſum ſuum etiam ſcripturæ profeſſione ſignâſſet, ut de illo non aliud à nobis poſſet intelligi, quàm proprii arbitrii, & ſpontaneæ devotionis fuiſſe, quòd venerat, * quòdque chartulam de obedientiæ ſponſione conſcripſerat: in cujus tamen chartulæ mentione ſignum prodebatur injuriæ. Non enim neceſſarium fuerat, ut obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam ipſo jam voluntarii adventus probabat officio: unde deplorationibus ſupradicti hæc verba epiſtolæ tuæ teſtimonium præbuerunt, & per hoc, quod non eſt tacitum, nudatum eſt illud, quod ſilentio fuerat adopertum, aditam ſcilicet Illyrici præfecturam, & ſublimiſſimem inter mundanos apices poteſtatem in exhibitionem inſontis Antiſtitis incitatam, ut miſſâ executione terribili, quæ omnia ſibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, à ſacris Eccleſiæ aditis nullo vel falſo inſimulatus crimine extraheretur Sacerdos: cui non ob moleſtiam ægritudinis, non ob ſævitiam hyemis darentur induciæ, ſed iter aſperum, & periculis

Al. *Commutatio. Philip. 2.*

Al.* *in ſuperbiam.*

*Fortè *an*

Narratio facti.

Al.* *Diaconibus.*

Al.* *ferendo*

Al. *conceſſum.*

Al.* *quòd veram quoque chartulam.*

Violentia in Coëpiſcopum.

plenum per invias nives agere cogeretur. Quod tanti laboris, tantique diſcriminis fuit, ut ex his, qui Epiſcopum comitati ſunt, quidem defeciſſe dicantur. Multum ſtupeo, frater chariſſime, ſed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil ampliùs indicaveras, quàm quòd evocatus adeſſe differret, & excuſationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri: præſertim cùm etiam, ſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem. Sed ut video benè de meis moribus exiſtimaſti, & quàm civilia pro conſervanda Sacerdotali concordia reſponſurus eſſem, veriſſimè prævidiſti: & ideo motus tuos exequi ſine diſſimulatione properaſti: nè, cùm moderationis noſtræ aliud diſponentia ſcripta ſumpſiſſes, faciendi id, quod factum eſt, licentiam non haberes. An fortè aliquod tibi facinus innotuerat, & Metropolitanum Epiſcopum novi apud ſe criminis pondus urgebat? At hoc quidem alienum ab illo eſſe etiam tu nihil ei objiciendo confirmas, ſed etiam ſi quid grave, intolerandumque committeret, noſtra erat expectanda cenſura: ut nil priùs ipſe decerneres, quàm quod nobis * placeret, agnoſceres: vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem ſis vocatus ſollicitudinis; non in plenitudinem poteſtatis: unde ſicut multùm nos ea, quæ à te piè ſunt curata, lætificant: ita nimiùm ea, quæ ſunt perperam geſta, contriſtant: & neceſſe eſt poſt multarum experimenta cauſarum ſollicitiùs proſpici, & diligentiùs præcaveri, quatinus per Spiritum charitatis, & pacis omnis materia ſcandalorum de Eccleſiis Domini, quas tibi commendavimus, auferatur: præeminente quidem in illis provinciis Epiſcopatus tui faſtigio, ſed amputato totius uſurpationis exceſſu.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I. 3. q. 6. c. Multum ſtupeo.

Al.* placeret cognoſ.

Ut Metropolitanis ſua jura ſerventur.

CAP. XXXII. Igitur ſecundùm Sanctorum Patrum Canones, Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentiâ conſecratos, Metropolitanos ſingularum Provinciarum Epiſcopos, quibus (a) ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus: ita ut à regulis præſtitutis nulla aut negligentiâ, aut præſumptione diſcedant. 25. q. 2. c. Igitur ſec undùm.

Ut à Metropolitanis non laïci, non bigami, non viduarum mariti, ſed irreprehenſibiles ordinentur Epiſcopi.

CAP. XXXIII. In civitatibus, quarum rectores obierint, de ſubſtituendis Epiſcopis hæc forma ſervetur, ut is, qui ordinandus eſt etiam ſi bonæ vitæ teſtimonio ſuſciatur, non laïcus, non Neophytus, nec ſecundæ conjugis ſit maritus, aut qui unam quidem

(a) *Ex delegatione noſtra*] contra Synod. Epheſin. Can. 8.

habeat, vel habuerit, ſed quam ſibi viduam copulârit. Sacerdotum enim tam excellens eſt electio ut hæc, quæ in aliis membris Eccleſiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

Dist. 32. c. omnium Sacerdotum.

Quòd Subdiaconis carnale connubium denegetur.

Cap. XXXIV. Nam cùm extra Clericorum ordinem conſtituris nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nè Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, ut & qui habent, ſint tanquam non habentes & qui non habent, permaneant ſingulares. Quod ſi in hoc ordine, qui quartus eſt à capite, dignum eſt cuſtodiri, quantò magis in primo, vel ſecundo, tertiove ſervandum eſt, nè aut Levitico, aut Preſbyterali honore, aut Epiſcopali excellentiâ quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate uxoria necdum frænaſſe detegitur?

1. Cor. 7.

Ut nullus invitus ordinetur Antiſtes.

Cap. XXXV. Cum ergo de Summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri, Plebiſque conſenſus concorditer poſtulârint, ita ut ſi in aliam fortè perſonam partium ſe vota diviſerint, Metropolitani judicio is alteri * præferatur, qui majoribus & ſtudiis juvatur, & meritis, tantùm ut nullus invitis, & non petentibus ordinetur, nè civitas Epiſcopum non opratum aut contemnat, aut oderit, & fiat minùs religioſa, quàm convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

Dist. 63. c. fi.

Al. * *præponatur.*

Codex Canonum. Decreta Leonis I.

Ut Metropolitanus Epiri de electo, quem eſt ordinaturus Epiſcopum, ad Theſſalonicenſem Pontificem referat, & de Metropolitano electo ſimiliter Provinciales Epiſcopi.

Cap. XXXVI. De perſona autem conſecrandi Epiſcopi, & de Cleri, plebiſque conſenſu Metropolitanus Epiſcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia benè placuit ſcire te faciat, ut ordinationem ritè celebrandam tua quoque firmet authoritas, quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ, aut difficultatis debebit afferre, nè gregibus Domini diu deſit cura Paſtorum.

Dist. 65. c. De perſona.

Metropolitano verò defuncto, cùm in locum ejus alius fuerit ſubrogandus, Provinciales Epiſcopi ad civitatem Metropolim convenire debebunt, ut omnium Clericorum, atque omnium civium voluntate diſcuſſâ, ex Preſbyteris ejuſdem Eccleſiæ, vel ex Diaconis optimus eligatur. De cujus nomine ad ruam notitiam Provinciales referant Sacerdotes, impleturi vota poſcentium, cùm quod ipſis placuit, tibi quoque placuiſſe cognoverint. Sicut enim juſtas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præſumi.

Dist. 63. c. Metropolitano. Item dist. 77. c. 2.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

Ut bina per annum Provincialia Epiſcoporum Concilia celebrentur, & ſi res difficilis emerſerit, nec fuerit Theſſalonicenſis Epiſcopi judicio terminata, ad Romanum referatur Antiſtitem.

Diſt. 81. c. De Conciliis. CAP. XXXVII. De conciliis autem Epiſcopalibus non aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinârunt, ut ſcilicet bini conventus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diverſos Eccleſiæ ordines naſci adſolent, judicetur, ac ſi fortè inter ipſos, qui præſunt, de majoribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcitur, quæ Provinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanus curabit inſtruere, ut ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita judicio, ad noſtram cognitionem, quicquid illud eſt, transferatur.

Ut ſi quis Epiſcopus ſuam deſerens civitatem majorem Sedem ambitus cauſâ petierit, nec illam obtinere poterit, & ſuâ carere debebit.

7. q. 1. c. Si quis Epiſcopus. CAP. XXXVIII. Si quis autem Epiſcopus, civitatis ſuæ mediocritate deſpectâ, adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem ſe plebem quâcunque ratione tranſtulerit, à Cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propriâ, ut nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per ſuperbiam ſprevit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram juris ſui affectet augeri.

Ut nullus alienum Clericum ſollicitare, vel tenere præſumat, ſuo Epiſcopo non præbente conſenſum.

CAP. XXXIX. Alienum Clericum, invito Epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat, nemo ſollicitet, niſi fortè ex placito charitatis id interdantem, accipientemque convenerit: nam graviùs injuriæ reus eſt, qui de fratris Eccleſia id, quod eſt utilius, aut precioſius audet vel allicere, vel tenere. Itaque ſi intra Provinciam res agitur, transfugam Clericum ad Eccleſiam ſuam Metropolitanus redire compellet. Si autem longiùs receſſit, tui præcepti authoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occaſio relinquatur. *11. q. 2. c. Alienum Clericum.*

Ut in evocandis Provincialibus Epiſcopis à Theſſalonicenſe Pontifice moderatio conſervetur, nè ſub hoc colore Sacerdotalis honor contumeliis addicatur, nec ampliùs quàm bini de Provinciis Epiſcopi, quos Metropolitani probaverint, dirigantur.

CAP. XL. In evocandis autem à te Epiſcopis moderatiſſimum eſſe te volumus, nè per majoris diligentiæ ſpeciem fraternis gloriari videaris injuriis. Unde ſi cauſa aliqua major erit, ob quam rationabile, ac neceſſarium ſit fraternum advocare conventum,

binos de ſingulis Provinciis Epiſcopos, quos Metropolitani crediderint eſſe mittendos, ad fraternitatem tuam venire ſufficiat. *Ut non amplius à ſtatuto Concilii tempore, quàm dies* XV *remorentur Epiſcopi; & ſi inter eos fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifici ſub geſtorum inſinuatione pandantur: ut ab eo, quòd Deo placuerit, ordinetur.*

CAP. XLI. Ita ut à præſtituto tempore non ultra XV dies, qui convenerint, non retardentur. Si autem in eo, quod cum fratribus tractandum, definiendumve credideris, diverſa eorum fuerit à tua voluntate ſententia, ad nos omnia ſub geſtorum teſtificatione ferentur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum noſtrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiæ, & quod ad cuſtodiam pertinet diſciplinæ, nullâ diſſenſione violetur, nullâ deſidiâ negligatur. Et te igitur, frater dilectiſſime, & eos fratres noſtros, qui de tuis offenduntur exceſſibus, cùm tamen non ſimilis ſit omnibus materia querelarum, hortor, & moneo, ut quæ piè ſunt ordinata, ſalubriterque diſpoſita, nullâ concertatione turbentur, nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius. Et ſicut *2. Cor. 10.* ait Apoſtolus: Unuſquiſque veſ- *Rom. 15.* trûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Non enim *Rom. 12.* poterit unitatis noſtræ firma eſſe *2. Cor. 12.* compago, niſi nos ad inſepara-

bilem ſoliditatem vinculum charitatis adſtrinxerit: quia ſicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum, quibus & ſi dignitas communis non eſt, tamen ordo generalis eſt. Quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cùm omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præmineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio. Et magnâ * diſpoſitione proviſum eſt, nè omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſum quidam in majoribus urbibus conſtituti ſollicitudinem ejus ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura confluëret, & nihil uſquam à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat; & ſicut non vult gravis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis, & mitis ma-

CODEX CANONUM.

DECRETA LEONIS I.

Primatus Petri.

Al.* *ordinatione.*

2. q. 6. c. Quis ſcit. Matth. 23. Matth. 11.

CODEX CANONUM. DECRETA LEONIS I.

giſtri, dicentis : Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris, jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve eſt. Quod quomodo experiemur, niſi & illud in obſervantiam veniat quod idem Dominus ait: Qui major eſt veſtrûm, erit miniſter veſter ; qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Matth. 20. Luc. 22. Luc. 14.

Explicit Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium Theſſ.

Incipit ejuſdem Epiſtola ad Nicetam Aquileien.

Leo Nicetæ Epiſcopo Aquileienſi Salutem. Regreſſus ad vos filius meus Adeodatus, Sedis noſtræ Diaconus, dilectionem tuam popoſciſſe memoravit, ut de his authoritatem Apoſtolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre, ſed pro inſpectione temporalium neceſſitatum adhibenda curatio eſt, ut vulnera, quæ adverſitate hoſtilitatis illata ſunt, religionis maximè ratione ſanentur.

Quòd debeant fœminæ, quæ captis viris nupſerant aliis, regreſſis à captivitate viris prioribus copulari, ut quod ſuum eſt unuſquiſque recipiat.

32. q. 1. c. *Cum per bellicam.*

CAP. XLII. Cum ergo per bellicam cladem, & per graviſſimos hoſtilitatis incurſus ita quædam dicatis diviſa eſſe conjugia, ut abductis in captivitatem viris fœminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & in aliorum conjugium, ſolitudine cogente, tranſierint, cumque nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora converſo, nonnulli eorum, qui putabantur periiſſe, remeârint, meritò charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ ſunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia novimus ſcriptum, quòd à Deo jungitur mulier viro, & iterum præceptum agnovimus, ut quod Deus junxit, homo non ſeparet, neceſſe eſt, ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, unicuique id, quod legitimè habuit, reformetur : omnique ſtudio procurandum eſt, ut recipiat unuſquiſque quod proprium eſt.

Prov. 19 & 26. *Matth. 19.*

Quòd non probetur eſſe culpabilis, qui uxorem capti in matrimonio videtur eſſe fortius.

CAP. XLIII. Nec tamen culpabilis judicetur, & tanquam alieni juris pervaſor habeatur, qui perſonam ejus mariti, qui jam non eſſe exiſtimabatur, aſſumpſit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captivitatem ducti ſunt pertinebant in jus alienum tranſire potuerunt, & tamen plenum juſtitiæ eſt, ut iiſdem reverſis propria reformentur. Quòd ſi in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac poſſeſſionibus ritè ſervatur, quantò magis in conjugiorum redintegratione faciendum eſt, ut quod bellicâ neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur.

Ut ſi

Ut ſi viri de captivitate regreſſi, intemperantiâ uxorum offenſi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem.

CAP. XLIV. Et ideo ſi viri poſt longam captivitatem reverſi ita in dilectione ſuarum conjugum perſeverent, ut eas cupiant in ſuum redire conſortium, omittendum eſt, & inculpabile judicandum, quod neceſſitas intulit, & reſtituendum eſt quod fides poſcit.

Ut ſi mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, Eccleſiaſticâ communione privandæ ſint.

CAP. XLV. Si autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, ut malint his cohærere, quàm ad legitimum redire conſortium, meritò ſunt notandæ, ita ut etiam Eccleſiaſticâ communione priventur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod juſta remiſſio poterat expiare. Redeant ergo ad ſuum ſtatum voluntariâ redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit: quia ſicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros ſuos noluerint, impiæ ſunt habendæ, ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, meritò ſunt laudandæ.

Captivis aut errore, aut fame, non veneratione cibos immolatitios edere compulſis pœnitentia concedenda.

CAP. XLVI. De his autem Chriſtianis, qui inter eos, à quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis aſſeruntur eſſe polluti, conſultationi charitatis tuæ hoc etiam reſpondendum eſſe credidimus, ut pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda eſt. Et ſive hoc error extorſerit, ſive fames ſuaſerit, non dubitetur abolendum, cùm hujuſmodi cibus pro metu, aut indigentiâ, non pro religionis veneratione ſit ſumptus.

Quod hi qui ad iterationem baptiſmi vel vi, vel timore coacti animos inclinârunt, pœnitentiæ ſint ſublevandi remedio: ita ut ſenilis ætatis, parvulorum quoque, & ægritudinum, cæterarumque neceſſitatum habeatur ſollicitâ conſideratione reſpectus.

CAP. XLVII. Hi verò, de quibus ſimiliter dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmum vel metu coacti, vel errore traducti ſunt, & nunc ſe contra Catholicæ Fidei Sacramentum egiſſe cognoſcunt, ea eſt cuſtodienda moderatio, quâ in ſocietatem noſtram non niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus, communionis recipiant unitatem. Tempora pœnitudinis, habitâ moderatione, tuo conſtituenda

26. q. 7. c. *Tempora.*

judicio, prout converſorum animos inſpexeris eſſe devotos, pariterque etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumque, aut ægritudinum reſpicientes neceſſitates. In quibus ſi quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per Sacerdotalem ſollicitudinem communionis gratiâ ſubveniri.

CODEX. CANONUM DECRETA LEONIS I.

Ut hi qui ab Hæreticis baptizati ſunt, ſolâ Sancti Spiritus invocatione firmentur.

2. q. 2. c. Hi qui bapt.

CAP. XLVIII. Nam hi, qui baptiſmum ab Hæreticis acceperunt, cùm baptizati antea non fuiſſent, ſolâ Sancti Spiritus invocatione per impoſitionem manuum confirmandi ſunt, quia formam tantùm baptiſmi ſine ſanctificationis virtute, ſumpſerunt. Et hanc regulam, ut ſcitis, ſervandam in omnibus Eccleſiis prædicamus, ut lavacrum ſemel initum nullâ iterarione violetur, dicente Apoſtolo, Unus Deus, una Fides, unum Baptiſma, cujus ablutio nullâ iteratione temeranda eſt, ſed, ut diximus, ſola ſanctificatio Spiritus Sancti invocanda eſt, ut quod ab Hæreticis nemo accipit, à Catholicis Sacerdotibus conſequatur. Hanc autem Epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ fraternitatis emiſimus, ad omnes fratres, & Comprovinciales tuos Epiſcopos facias pervenire, ut omnium obſervantiæ data proſit authoritas. Datum XII Kal. Aprilium, Conſſ. Majoriano Auguſto.

Ibidem c. Hanc regulam.

Epheſ. 4.

In cauſa Lupicini Epiſcopi Leo univerſis Epiſcopis per Cæſarienſem Mauritaniam conſtitutis.

CAP. XLIX. Cùm de ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicitè uſurpata crebrior ad nos commeantium ſermo perferret, ratio pietatis exegit, ut pro ſollicitudine (quam univerſæ Eccleſiæ ex Divina inſtitutione dependimus) rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, vicem curæ noſtræ proficiſcenti à nobis confratri, & Conſacerdoti noſtro Potentio delegantes, qui ſecundùm ſcripta, quæ per ipſum ad vos direximus, de Epiſcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobiſque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem pleniſſimè notitiæ noſtræ cuncta reſeravit, & ſub quibus, qualibuſque Rectoribus quædam Chriſti plebes in partibus Provinciæ Cæſarienſis habeantur, ſincerâ nobis relatione pateſecit, neceſſarium fuit, ut dolorem cordis noſtri, quo pro Dominicorum gregum periculis æſtuamus, datis nunc quoque ad dilectionem veſtram litteris promeremus, mirantes tantùm apud vos per occaſionem temporis impacati aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, ut indignis quibuſque, & longè extra Sacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio Eccleſiæ dederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere; nec præſtare regimen, ſed augere

Diſt. 61. c. Miramur.

discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum, & ubi est incolumitàs obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio contulit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus * atque actibus non offendit, ipsa tamen initii sui est pernicioſus exemplo, & difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quòd si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præpostèrum, quanto magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore * non inveniatur in capite. Ubi est illa beati Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissa præceptio quâ in persona Timothei omnium Christi Sacerdotum numerus eruditur, & unicuique nostrûm dicitur, Manus citò nemini imposueris, neque communices peccatis alienis? Quid est citò manus imponere, nisi antè ætatem maturitatis, antè tempus examinis, antè meritum obedientiæ, laboris, antè experientiam disciplinæ Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi & talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo * Sacerdote judicium, ita gravi semetipsum afficit damno, qui in suum collegium adsumit indignum. Non ergo in cujusquam persona prætermittendum est, quod in statutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra divinæ legis præcepta collatus. Dicente enim Apostolo, ut inter alias * electionis regulas is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse, aut esse constiterit. Tàm sacrata semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere Sacerdotis eligendi eadem intelligeretur servanda conditio: ne fortè illa, * priusquam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. Quis igitur * dissimulare audeat, quod in tanti Sacramenti penetratur injuriam, cùm huic magno, venerandoque mysterio nec divinæ quidem legis statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, ut Virginem Sacerdos accipiat, & alterius thori nesciat conjugis, quæ uxor futura est Sacerdotis? Jam tum enim in Sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesiæ spiritale conjugium, ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa verbi non alium virum nolle, quàm Christum, qui meritò unam elegit, unam diligit, & aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in veteri testamento hæc Sacerdotalium conjugiorum forma servata est, quanto magis sub Evangelii gratia constituti Apostolicis debemus servire præceptis? Ut quamlibet quis bonis moribus præditus, &

1. q. 1. c. *Principatus.*

Al.* *torque*

Al.* *Non fit. Citò manus imponendæ non sunt.* 1. *Tim.* 5.

Dist. 78. *Quid est.*

Al.* *Sacerdotem.*

1. *Tim.* 3.

Al.* *electiones regularis Virginem ducere uxorem.*

Al.* *quæ in societatem ejus.*

Al.* *tolerare.*

Levit. 21. *Ezech.* 44.

Ephes. 5. 2. *Cor.* 11.

CODEX CANONUM. *DECRETA LEONIS I.*

ſanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad Diaconi gradum, vel ad Presbyterii honorem, vel ad Epiſcopatûs culmen aſcendat, ſi aut ipſum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuiſſe claruerit? 1. *Tim.* 3. Monente verò Apoſtolo, atque dicente: Et hi autem probentur primùm, & ſic miniſtrent. Quid aliud intelligendum putamus, niſi ut in his provectionibus non ſolùm matrimoniorum caſtimoniam, ſed etiam laborum merita cogitemus, nè aut à baptiſmo novellis, aut à ſæculari actu repentè converſis officium paſtorale credatur. Cùm per omnes gradus militiæ Chriſtianæ de incrementis profectuum debeant æſtimari, an poſſint cuiquam majora committi, meritò beatorum Patrum venerabiles ſanctiones, cùm de Sacerdotum electione loquerentur, * eoſdem ut idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuerunt, qui multo tempore per ſingulos officiorum gradus provecti, experimentum ſui probabile præbuiſſent, ut unicuique teſtimonium vitæ ſuæ actuum fuerum ratio * perhiberet. Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt pervenire, & notarii ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adjuvant, quàm diligens, & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio divinorum munerum, & cœleſtium dignitatum? nè in aliquo Apoſtolica, & Canonica decreta violentur, & his Eccleſia Domini regenda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcii, & totius humilitatis ignari non ab infimis ſumete incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, cùm valde iniquum ſit, & abſurdum, ut imperiti magiſtris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna neceſſe eſt, ſicut Apoſtolus * dixit, ut vaſa diverſa ſint, quædam aurea, & argentea, quædam verò lignea, & fictilia, ſed horum miniſterium pro materiæ qualitate * dividitur, nec eſt pretioſorum idem uſus, & vilium. Nam inordinata erunt omnia, ſi fictilia aureis, & poſt lignea præferuntur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum hominum ſpecies figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent, ita in aureis & argenteis hi ſine dubio declarantur, qui per longæ eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti aurum probatum, & argentum purum eſſe meruerunt. Quibus ſi merces pro devotione non tribuitur, omnis Eccleſiaſtica diſciplina reſolvitur: omnis ordo turbatur, dum in Eccleſia, qui nullum ſubierunt miniſterium, peverſo eligentium judicio indebitum obtinent principatum. Cùm ergo inter vos tantùm valuerint aut ſtudia populorum, aut ambitus ſuperborum, ut non ſolùm Laïcos, ſed etiam ſecundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoſcamus paſtorale provectos: nonne apertiſſimæ exigunt cauſæ, ut Eccleſiæ in quibus iſta commiſſa ſunt, judicio ſeveriore * repurgentur, & non ſolùm in

Nè ordinentur indigni.

* Fortè *eos dignum.*

Al. * *perhibetur.*

Al.* *differit* 2. *Tim.* 2.

Al.* *diſcernitur, nec idem eſt pretioſorum uſus & vilium.*

Indignorum promotio.

2. *q.* 7. *c. Exigunt cauſæ.*

Al.* *purgentur.*

tales Præſules, ſed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur? Sed circumſtant nos hinc manſuetudo clementiæ: hinc cenſura juſtitiæ: & quia univerſæ Sedis Apoſtolicæ pietate compellimur, ita noſtram temperare ſententiam, ut trutinato pondere dilectorum, quorum utique non
Al.* *credamus.* una menſura eſt, quædam * definiamus utcumque toleranda, quædam verò penitus amputanda. Eos enim qui vel ſecundas nuptias inierunt, vel viduarum ſe conjugio ſociârunt, nec Apoſtolica, nec legalis authoritas Sacerdotium obtinere permittit. Et multò magis illum, ſi fuerit in veſtro judicio confutatus, qui, ſicut ad nos relatum eſt, duarum ſimul eſt maritus uxorum, * & illum, qui ab uxore dimiſſus, alteram duxiſſe perhibetur. Cæteros verò, quorum provectio hoc tantùm reprehenſionis incurrit, quòd ex Laïcis ad officium Epiſcopale delecti ſunt, neque ex hoc, quòd uxores habent, poſſunt eſſe culpabiles, ſuſceptum Sacerdotium tenere permittimus non præjudicantes Apoſtolicæ Sedis ſtatutis, nec
Nic. Conc. c. 2. beatorum Patrum regulas reſolventes, quibus ſalubriter conſtitutum eſt, nè primum, aut ſecundum, aut tertium in Eccleſia gradum quiſquam Laïcorum, quibuſlibet ſuffragiis fulrus aſcendat priuſquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc utcunque patimur eſſe veniale, inultum poſtmodum eſſe non poterit, ſi quiſquam id, quod omnino interdicimus, * uſurpare præſumpſerit. Quia remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi, neque quod potuit aliquâ ratione concedi, fas erit ampliùs impunè committi. Cùm itaque de omnibus fere, quæ fratris noſtri Potentii relatio continebat, pleniſſimè dilectionem veſtram per David fratrem, & Coëpiſcopum noſtrum, qui & Sacerdotii merito nobis eſt probatus, & moribus videatis inſtructum, ſupereſt, fratres; ut concorditer & ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium devotionis unanimes divinis,
Al.* *pareatis:* & Apoſtolicis conſtitutionibus * ſerviatis, & nullo patiamini providentiſſima Canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remiſimus conſideratione cauſarum, antiquis deinceps cuſtodienda ſunt regulis, nè quod ad tempus piâ lenitate conceſſimus,
Al.* *poſtulatione.* juſta * poſt hæc ultione plectamus, in eos ſpecialiùs & propenſiùs commovendi, qui in Epiſcopis ordinandis Sanctorum Patrum ſtatuta neglexerint, & quos refutare debuerint, conſecraverint. Unde ſi qui Epiſcopi talem conſecraverint Sacerdotem, qualem eſſe non liceat, etiamſi aliquo modo damnum proprii honoris evaſerint, ordinationis tamen jus ulteriùs non habebunt, nec unquam ei Sacramento intererunt, quod neglecto Divino judicio immeritò præſtiterunt. Illud ſanè, quod ad Sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum ſtatuta ſervari: ut non in quibuſ-

2. q. 2. Si qui Epiſcopi.

Et 2. 25. q. 2. Si qui.

Diſt. 80. Illud ſanè.

CODEX CANONUM. *DECRETA LEONIS I.*

libet locis, neque in quibuſcunque caſtellis, & ubi antè non fuerunt Epiſcopi, conſecrentur: cùm ubi minores ſunt plebes, minoreſque conventus, Preſbyterorum cura ſufficiat. Epiſcopalia autem gubernacula non niſi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præſidere, nè quod Sanctorum Patrum divinitus inſpirata decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſſionibus vel obſcuris, & ſolitariis municipiis tribuatur Sacerdotale faſtigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipſâ ſui numeroſitate vileſcat. Quod nunc in ſua Diœceſi Reſtitutus Epiſcopus factum eſſe cauſatus eſt, & rationabiliter poſtulavit, ut ſi Epiſcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humanâ conditione deceſſerint, loca ipſa ad jus ejus Antiſtitis redeant, cujus fuerint ante priora, & inutile eſt, ut Sacerdotalis dignitas inconſideratâ ordinandis facilitate ſuperfluâ multiplicatione minuatur.

Ex Sardic. Conc. c. 6.

Similis Canon ponitur 32, q. 5.

De his autem, quæ in ſacro virginitatis propoſito conſtitutæ barbaricam pertulêre violentiam, & integritatem pudoris non animo, ſed corpore perdiderunt, ea nobis videtur ſervanda moderatio, ut neque * Viduarum dejiciantur gradu, nec in ſacrarum, & perſeverantium Virginum numero cenſeantur: quibus, ſi in omnibus virginalibus perſeverant, & caſtimoniæ ſoliditatem mente cuſtodiunt, Sacramentorum non eſt neganda communio, quia injuſtum eſt illas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amittit, ſed vis hoſtilis eripuit. Cauſam quoque Lupicini* Epiſcopi illic jubemus audiri, cui multum, & ſæpius poſtulanti communionem, * ac rationem reddimus, quoniam cùm ad noſtrum judicium provocaſſet, immerito eum pendente negotio, à communione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Adjectum etiam illud eſt, quòd huic temere ſuperordinatus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præſenti poſitus, aut confutatus, aut certè confeſſus juſtæ poſſet ſubjacere ſententiæ, * ut vacantem locum, quemadmodum diſciplina Eccleſiaſtica exigit, is, qui conſecrabatur, acciperet. Si quæ verò aliæ emerſerint cauſæ, quæ ad ſtatum Eccleſiarum, & ad concordiam pertineant Sacerdotum, illic ſub timore Domini volumus judicio ventilentur, & de componendis, atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur: ut ea, quæ juxta Eccleſiaſticum morem juſtè, & rationabiliter fuerint definita, noſtra quoque ſententia roborentur. Dat. IV Id. Auguſti.** ** *Ann. chriſti 442.*

Illæ autem famulæ Dei.

Hic irritus videtur Canon Aurelii de non appellando ad Tranſmarina judicia.

Al.* *in viduarum.*

Al.* *convocantem.* * Forté *tunc vacantem.*

Expliciunt Decreta Papæ Leonis.

PLATINA DE HILARIO PAPA.

HILARIUS, natione Sardus, Patre Crispino, ad Leonis tempora pervenit. Hic instituit, nè Pontifices deinceps successorem sibi deligerent, quæ institutio ad omnes Ecclesiasticos gradus pertinet. Fecit & decretalem, ac per universum orbem sparsit, Epistolas quoque conscripsit de fide Catholica. In baptisterio autem Constantinianæ Basilicæ tria oratoria ædificavit auro, & pretiosis lapidibus distincta, tribus Sanctis dedicata, Joanni Baptistæ, Joanni Evangelistæ, & Sanctæ Cruci, quorum januæ erant æneæ, argento exlato claræ. In oratorio autem τῦ σταυρῶ I. Crucis erat lignum Crucis, auro clausum, & ornatum gemmis. Stabat & eo loci Agnus aureus II librarum in columna Onychina. Antè oratorium erant columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecaton. In fonte Joannis erat lucerna aurea librarum decem, cervi argentei tres LXXX librarum aquam fundentes, columba aurea duarum librarum. Addidit & oratorium Sancti Stephani Baptisterio Lateranensi. Duas quoque bibliothecas apud eundem locum ædificavit. Ad lunam verò Monasterium in urbe struxit. Omitte dona templis oblata, quæ quidem propè infinita fuere ex auro, argento, marmoribus, & gemmis. Ubi autem ea peregisset, quæ ad optimum Pontificem pertinebant, tum in extruendis templis, ornandisque, tum & docendo, admonendo, castigando, eleëmosynasve, ubi erat opus præbendo, moritur. Creatis prius de more quinque & XX Presbyteris, Diaconis quinque, Episcopis duobus & XX. Sepelitur autem in crypta S. Laurentii apud corpus beati Sixti. Sedit annis VII, Mens. III, Dies X.

Opera oratoria Hilarii.

Dona & virtutes ejus.

CODEX CANONUM.

Tituli Decretorum (a) *Papæ Hilarii, numero VI.*

DECRETA HILARII.

1 SYNODUS habita in Baſilica beatæ Mariæ.
2 Adlocutio (b) Papæ Hilarii in eodem conventu.
3 Epiſtola prima Aſcanii, vel univerſorum Epiſcoporum ad Hilarium Papam.
4 Epiſtola ſecunda Aſcanii Tarraconenſis Provinciæ.
5 Subſcriptio Epiſcoporum, qui fuerunt in Synodo.
6 Præceptum Hilarii Epiſcopi ad Aſcanium de eadem cauſa.

Incipiunt (c) *Regulæ Hilarii* * *Flabio Baſilico & * Hermineric VV. CC. Conſſ.*

* *Lego* Flavio. *Al.* *Hermico.

Al.* *XVI. SS. lego Supra ſcriptæ.*

SUB die * XIII kalendarum Decembrium, reſidente viro (d) venerabili Hilario Papa in Baſilica Sanctæ Mariæ, & Maximo Taurini civitatis Provinciæ Galliarum. Ingenuo (e) Ebrodiunenſi Provinciæ SS. Mediolanenſi Provinciæ SS. Saturnino * (f) Abinionenſi Provinciæ SS.

* Lego *Avinione nſi*

Petro Portuenſi, *Primo* Atellano, *Gaudentio* Abitienſi, *Paulino* * Aquæbienſi, *Palladio* Salpinati, *Sotere* Neapolitano, *Tiburtio* Capuano, *Felice* Lunenſi, *Euſebio* Senenſi, *Juſto* Faberino, *Concordio* Barino, *Caprario* Caſitano, *Conſtantino* Aquinati, *Prætextato* Interamnano, *Claudio* Pauſalano, *Adeodato* Veliterno, *Criſpiano* Subauguſtano, *Servo dei* Nomentano, *Hilario* Amerino, *Paulo* Foranovano, *Apuleio* Tarquinienſi, *Aſterio* Gabinati, *Aſterio* Forojulienſi, *Gaudentio* Vacconenſi, *Gaudentio* Scyllateno, *Eubodio* Triſenenſi, *Majoriano* Aſtenſi, *Felice* Sipontino, *Urano*, *Januario* Prænestino, *Adeodato* Cumano, *Tiberio* Curium Sabinorum, *Gerontio* Camerino, *Lucifero* Tiſernis Metauris, *Romano* Albanenſi, *Florentio* Taleſino, *Candido* Tiburtino, *Euſebio* Sutrino, *Gaudentio* Antiatino, *Projectio* Nepoſino, *Philippo* Numanati, *Reſtituto* & * *Octabio* Aphris.

* Lego Aquevinenſi.

* *Lego* octavio.

RESIDENTIBUS ETIAM UNIVERSIS PRESBYTERIS, Aſtantibus quoque Diaconis.

(a) *Papæ Hilarii*] *Hilari.*
(b) *Papæ Hilari*] *Hilarii.*
(c) *Regulæ Hilarii*] *Hilari.*
(d) *Venerabili Hilario*] *Hilaro.*
(e) *Ebrodiunenſi*] *Ebroduneſi.*
(f) *Abinionenſi*] *Abinonenſi.*

Hilarius

Hilarius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, urbis Romæ, Synodo præſidens dixit.

CODEX CANONUM.

DECRETA HILARII.

QUONIAM religioſus, Sancto Spiritu congregante, conventus hortatur, ut quæcumque pro diſciplina Eccleſiaſtica neceſſaria ſunt, curâ diligentiore tractemus: ſi placet, fratres, ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent, juxta divinæ legis præcepta, & Nicænorum Canonum conſtituta, ita adjuvante Domino in omne ævum manſura ſolidemus, ut nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo vel divinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare, quia nos, qui potiſſimi Sacerdotis adminiſtramus officia, talium tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inventi, quia meminimus, quod timere debemus qualiter comminetur Dominus negligentiæ Sacerdotum, ſiquidem reatu majore delinquit, qui potiori honore perfruitur: & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum. Cavendum ergo imprimis eſt, nè ad * ſacros gradus, ſicut geſtis prioribus antè præſcriptum eſt, quiſquam, qui uxorem non virginem duxit, * aſpiret. Repellendus eſt etiam quiſque, qui in ſecundæ uxoris nuptias contra Apoſtolica præcepta convenit. Inſcii quoque litterarum, necnon & aliqua membrorum damna perpeſſi, & hi, qui ex pœnirentibus ſunt, ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis talium conſecrator extiterit, factum ſuum ipſe diſſolvet, & quod commiſit illicitè, aut à deceſſoribus ſuis invenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus ſeveritatem ultionis exercere. Sed qui in cauſis Dei contumaciâ, vel * delicto deliquerit, aut ipſe quod perperam * fecit, abolere noluerit, in ſe quicquid in alium non reſecârit, inveniet. Quod ut deinceps poſſit tenaciùs cuſtodiri, ſi placet, omnes cauſas, & ſubſcriptiones proprias commodate: ut Synodali judicio aditus claudatur illicitus.

25. q. 1. c. *Nulli fas ſit.*

Epoch. 3. & 33 Diſt. 34. Curandum eſt.

Al. * *ſacratos.*

Al. * *aſpiceret.*

Diſt. 55. c. Pœnitentes vel inſcii.

55. q. 3. c. *Quod quis commiſit.*

*Fortè delectu.

Al. * *facit.*

Ab univerſis Epiſcopis, & Presbyteris acclamatum eſt.

EXAUDI Chriſte, Hilario vita, D. VI. Hæc confirmamus, hæc docemus, D. VIII. Hæc tenenda ſunt, hæc ſervanda ſunt, D. V. Doctrinæ veſtræ gratias agimus, D. X. Iſta ut in perpetuum ſerventur, rogamus, D. XV. Per Dominum Petrum, ut in perpetuum ſerventur rogamus, D. VIII. Hæc præſumptio numquam fiat, D. X. Qui hæc violaverit, in ſe inveniet, D. VII. Et, facto ſilentio.

D. VI. Dictum eſt ſexies. D. VIII. Dictum eſt octies.

CODEX CANONUM. DECRETA HILARII.

Hilarius Epiſcopus dixit.

PRÆTEREA, Fratres, nova, & inaudita, ſicut ad nos, miſſis de Hiſpaniis epiſtolis, ſub certa * relatione pervenit, in quibuſdam locis pervetſitatum ſemina ſubinde naſcuntur. Denique nonnulli Epiſcopatum, qui nonniſi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, ſed hæreditarium * putant eſſe compendium, & credunt, ſicut res caducas, atque mortales, ita Sacerdotium, velut legali, aut teſtamentatio jure poſſe dimitti. Nam plerique Sacerdotes in mortis confinio conſtituti in locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: ut ſcilicet non legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod quàm grave ſit æſtimate: atque ideo, ſi placet, etiam hanc licentiam generalitet de Eccleſiis auferamus, nè quod turpe dictu eſt, hujuſmodi ſe putet debere, quod Dei eſt. Ut autem quod ad nos perlatum eſt, ad veſtram etiam poſſit pervenire notitiam, Hiſpanorum fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum ſcripta legantur. Paulus notarius recitavit.

Al.* *religione. ſed malè.*

Al.* *putantes eſſe comtendium credunt. q. d. i. e. Plerique Sacerdotes.*

Beatiſſimo, & Apoſtolicâ reverentiâ à nobis in Chriſto colendo Papæ Hilario Aſcanius, & univerſi Epiſcopi Tarraconenſis Provinciæ.

QUONIAM cutam Apoſtolatus veſter de Provinciarum ſuarum Sacerdotibus gerat, filio noſtro illuſtri Vincentio Duce Provinciæ noſtræ referente cognovimus, cujus impulſu votum noſtrum in * auſu ſcribendi pronâ devotione ſurrexit. Ergo provinciali litterario ſermone debita cotonæ veſtræ obſequia deferentes, his, quæſumus, ut dignatione, quâ cæteros etiam humilitatem noſtram in orationibus veſtris in mente habere dignemini, beatiſſimâ, & Apoſtolicâ reverentiâ, in Chriſto à nobis colende Patet, illud ſpecialiùs deprecantes, ut factum noſtrum, quod tam voto penè omnis Provinciæ, quàm exemplo vetuſtatis in notitiam * noſtram defetur, perpenſis affectionibus noſtris roborare dignemini. Et cùm legeret, ab univerſis Epiſcopis, & Presbyteris acclamatum eſt.

*Forté *auſum*.

* Lego *veſtram*.

X. *d. cles.* Exaudi, Chriſte, Hilario vita. Dictum eſt X. Hæc præſumptio nunquam fiat. D. VI. Quæ Dei ſunt, ab homine dari non poſſunt. Dictum eſt VI. Pet domnum Petrum ut in perpetuum ſerventur. D. VI. Hæc ut reſerventur rogamus.

Hilarius Epiſcopus dixit, lege. Paulus Notarius recitavit.

Falli narratio. Epiſcopus Varohienſium civitatis Sanctus Nundinarius ſortem explevit conditionis humanæ, hic Epiſcopo venerabili fratri noſtro

Irenæo, quem ipſe antea in Diœceſi ſua nobis volentibus conſtituerat, derelinquens ei, quod potuit habere paupertas ſupremæ voluntatis arbitrio, in locum ſuum ut ſubſtitueretur, optavit; ſed defuncti judicium in ejus meritum non vacillat. Et cùm legeret, Probus Epiſcopus è conſeſſu ſurgens dixit: Illud licuit, hoc non licuit. Succeſſores Deus dat; authoritate veſtrâ reſiſtite huic rei per Apoſtolatum veſtrum.

CODEX CANONUM. *DECRETA HILARII.*

Hilarius Epiſcopus dixit: Percurre quæ cœperas. Paulus Notarius recitavit. Siquidem omnis Clerus, & Plebs ejuſdem civitatis, & optimi, & plurimi Provinciales, ut idem ejus locum obſervaret, à nobis ſperaverunt dato conſenſu, nos cogitantes defuncti judicium, & probantes ejus vitam, & eorum nobilitatem, atque multitudinem, qui petebant, ſimul & utilitatem Eccleſiæ memoratæ, optimum duximus, ut tanto Sacerdoti, qui ad divina migraverat, non minoris meriti ſubſtitueretur Antiſtes, præſertim cùm Eccleſia illius municipii, in qua antè fuerat ordinatus, ſemper hujus civitatis Eccleſiæ fuiſſe Diœceſis conſtet. Ergo ſuppliciter precamur Apoſtolarum veſtrum, ut humilitatis noſtræ quod juſtè à nobis videtur factum, veſtrâ authoritate firmetis. Jam dudum ſanè queſti fueramus litteris noſtris de præſumptione Sylvani Epiſcopi, & miramur, quòd nulla Apoſtolatûs veſtri reſponſa ſuſcepimus: nunc hæc eadem ſuggerentes petimus, ut quid ſuper his rebus obſervandum ſit, Apoſtolicis ſermonibus nos dignemini informare. Et nè forſitan per negligentiam portitoris, aut per longinqui itineris difficultatem humilitatis noſtræ ad vos. ſcripta non potuerint ex hoc negotio pervenire, etiam ſuggeſtionem noſtram maluimus iterare. Et ſubſcriptio. Orantem pro nobis Sanctum Apoſtolatum veſtrum jugi ævo divina conſervet æternitas nobis omnibus, & Eccleſiæ ſuæ, Domine verè noſter, & Apoſtolice Papa.

Hilarius Epiſcopus dixit: Alia Epiſtola recitetur. Paulus Notarius recitavit.

Domino beatiſſimo, & Apoſtolicâ reverentiâ à nobis in Chriſto colendo Papæ Hilario Aſcanius, & univerſi Epiſcopi Tarraconenſis Provinciæ.

ETIAMSI nulla extaret neceſſitas Eccleſiaſticæ diſciplinæ, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium Sedis veſtræ, quo ſuſceptis regni clavibus, poſt reſurrectionem Salvatoris per totum orbem beatiſſimi Petri ſingularis prædicatio univerſorum illuminationi proſpexit; cujus Vicarii principatus, ſicut eminet, ita metuendus eſt ab omnibus, & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui ſine querela ſervitis, ad fidem

Authoritas Rom. Pont.

CODEX CANONUM. DECRETA HILARII. Rom. 2.

recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærentes, unde nihil errore, nihil præſumptione, ſed Pontificali totum deliberatione præcipitur. Cùm hæc ita ſe habeant, eſt tamen inter nos falſus frater, cujus præſumptione ſicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri judicii neceſſitas imperavit. Sylvanus quidem, Epiſcopus Calaguræ, in ultima parte noſtræ Provinciæ conſtitutus, divinationes ſibi indebitas uſurpando humilitatem noſtram ad hoc uſque perduxit, ut contra ejus vaniſſimam ſuperſtitionem, Sedis veſtræ unicum remedium flagitemus. Hic namque jam antè ſeptem aut octo ampliùs annos, poſtponens Patrum regulas, & veſtra inſtituta deſpiciens nullis petentibus populis Epiſcopum ordinavit, cujus properum factum exiſtimantes fraternâ & pacificâ poſſe admonitione ſanari, * profecit in pejus. Denique contra vetuſtatem Canonum, contra Synodi conſtituta, alterius fratris noſtri Presbyteri, ſpiritu tantùm præſumptionis accenſus, in eodem loco, qui illi fuerat deſtinatus, cui invito, & repugnanti impoſuerat manus, & qui noſtro jam cœtui fuerat adgregatus, Epiſcopum fecit. Hinc factum eſt, ut de ejus miſerrima temeritate ad nos Cæſarauguſtanæ urbis Epiſcopus frater noſter univerſa referret, cujus diligentia & ſollicitudo admodum proſpexerat, ſi in aliquo profuiſſet. Siquidem cunctis in vicinia poſitis Epiſcopis, nè ſe ſchiſmatico adjungerent, frequentiſſimè contradixit; ſed obſtinatione damnabili totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor eſt dicere, non erubuit ſolus ille committere. Proinde quia his præſumptionibus, quæ unitatem dividunt, quæ Schiſma faciunt, velociter debet occurri, quæſumus Sedem veſtram, ut quod ſuper hac parte obſervare velitis, Apoſtolicis affatibus inſtruamur, quatinus fraternitate collectâ, prolatis in medium venerandæ Synodi conſtitutis, contra rebellionis ſpiritum veſtrâ authoritate ſubnixi, quid oporteat & de * ordinatione & de ordinato fieri, intelligere, Deo juvante, poſſimus. Erit profectò veſter triumphus, ſi Apoſtolatûs veſtri temporibus, quod Sancti Petri cathedra obtinet, Catholica audiat Eccleſia, ſi novella zizaniorum ſemina fuerint extirpata. Et ſubſcriptio. Orantem pro nobis Sanctum Apoſtolatum veſtrum jugi ævo divina conſervet æternitas.

In Sylvanum Epiſcopum querela.

Hic quædam deeſſe videntur verba.

* Lego *ordinatore.*

Ab univerſis Epiſcopis & Presbyteris acclamatum eſt.

UT hæc emendentur rogamus, Dictum eſt VI. Ut hæc * recitentur rogamus, D. VII. Ut diſciplina ſervetur rogamus, D. VIII. Ut antiquitas ſervetur rogamus, D. VII. Ut diſciplina ſervetur rogamus, D. V. Ut Canones cuſtodiantur rogamus, D. VII. Ut in præſumptoribus vindicetur rogamus, D. VII. Ordinato Apoſtolica illibata ſervetur, D. VIII. Exaudi Chriſte, Hilario vita, D. V. Dignus Papa, Dignus Doctor, D. VIII.

* Lego *reſecentur.*

Hilarius Epiſcopus dixit : Acceptis quæ recitata ſunt de omnibus, nunc, Fratres, ſpeciales ſententias, Deo vobis inſpirante, depromite. Maximus Epiſcopus Eccleſiæ Taurinæ dixit: In cuſtodiendis omnibus, quæ ad Sacras ordinationes pertinent, diſciplinis melius ſententiæ meæ profeſſione * denuncio, nihil à me unquam eorum, quæ prohibita ſunt, eſſe faciendum. De reliquis cenſeo ut quiſquis talia fecerit, aut detecta Eccleſiis reſecare noluerit, noverit ſe graves cauſas in Apoſtolicæ Sedis judicio redditurum: in quo ille neceſſe erit ſubire ſententiam. Ingenuus Epiſcopus Ebrodunenſis dixit : Mihi quoque eadem de omnibus partibus ſententia eſt, quâ me ipſe conſtringo, nè quid à me unquam de his, quæ ſunt interdicta, tentetur, quia novi ſtatum, & profeſſionem meam. De cæteris eriam cenſeo, ut quiſquis ſtarutorum tranſgreſſor extiterit, ſciat ſe Eccleſiaſticæ regulæ laqueis innodari, & reatum Apoſtolicæ Sedis incurrere. * Paulus Epiſcopus Aquævivæ dixit: Ego quoque ſimili mè lege conſtingo, & de cæteris, qui tranſgreſſores fuerint, pariter cenſeo, nè eis ſine periculo ſui quicquam tale tentare liceat, quod meritò debeat vindicari. Primus Epiſcopus Eccleſiæ Arellanæ dixit: Hoc & ego cenſeo obſervandum. Palladius Epiſcopus Eccleſiæ Salapinæ dixit: Nihil me contra diſciplinam Eccleſiaſticam, vel Statuta Sanctorum Canonum facturum eſſe polliceor. Tiberius Epiſcopus Eccleſiæ Sabinenſis dixit: Profiteor me Statura Sedis Apoſtolicæ in omnibus cuſtodire; & ſi in Eccleſia mea Clericorum aliquem contra præcepta Sanctorum Canonum deprehendero aut mulierem duxiſſe, aut duas habere uxores, ab Eccleſiaſtico officio ſeparari. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Sententias fratrum omnes ſequimur, omnes confirmamus, & obſervandas eſſe decernimus.

Al.* *devincio.*

* Supra *Paulinus.*

Exaudi, Chriſte, Hilario vita. Dictum eſt VII. Quæ malè admiſſa ſunt, per te corrigantur. D. VIII. Quod non liceat, non fiat. D. VIII.

Hilarius Epiſcopus Eccleſiæ urbis Romæ Synodo præſidens dixit: Quoniam præſentis definitionis formam, quæ ſecundùm Sanctorum eſt Statuta ſententiam, in omnium Eccleſiarum notitiam pervenire decernimus: nè cuiquam pro ſui poſſit ignoratione licere, quod non licet, edere geſta notariorum ſollicitudo curabit.

CODEX CANONUM. DECRETA HILARII.

PRÆCEPTUM SUPER HIS.

Hilarius Epiſcopus Aſcanio, & univerſis Epiſcopis Tarraconenſis Provinciæ.

POSTQUAM litteras veſtræ dilectionis accepimus, quibus præſumptiones Sylvani Epiſcopi Calagurenſium Eccleſiæ retundi petiſtis, & rurſum Vercenonenſium quæritis nimis illicita vota firmari, honorarorum, & poſſeſſorum Tyriaſſonenſium, * Aſcantenſium, Calaguritanorum, Varegenſium * Tritinſium, Levienſium, & Veroviſcenſium civitatis cum ſubſcriptionibus diverſorum litteras nobis conſtat ingeſtas, per quas id, quod de Sylvano querela veſtra deprompſerat, excuſabant. Sed reprehenſione juſtiſſimâ eorum pariter * juſta allegatio non carebat, quia præter conſcientiam Metropolitani, fratris & Coepiſcopi noſtri Aſcanii, nonnullis civitatibus ordinatos claruit Sacerdotes. Unde quoniam quicquid ab alterutra parte eſt indicatum, omni videmus perverſitate conſuſum, temporum neceſſitate perſpectâ, hâc ratione decernimus ad veniam pertinere quod geſtum eſt, ut nihil deinceps contra præcepta beati Apoſtoli, nihil contra Nicænorum Canonum conſtituta tentetur. Hoc autem primum juxta eorumdem Patrum regulas volumus cuſtodire: ut nullus præter notitiam, atque conſenſum fratris Aſcanii Metrôpolitani aliquatenus conſecretur Antiſtes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum definivit authoritas, cui quiſquis obvias tetenderit manus, eorum ſe conſortio fatetur indignum, quorum præceptionibus reſultârit, in quorum contumeliam à ſuperbo ſpiritu etiam pars illa contemnitur, * quæ veretur, nè quis relectâ Eccleſiâ ſuâ ad alteram tranſire præſumat. Quod nimis improbè conniventibus, & ut doleatur graviùs, vobis * adſerentibus, Irenæus Epiſcopus conatur admittere: qui noſtrâ authoritate roborari cupitis, quos maximè de rebus illicitis magnâ indignatione probatis accendî. Lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei feſtivitas congregârat, litteris veſtris, quæ de ordinandis Epiſcopis ſecundùm Statuta Canonum, vel prædeceſſorum meorum decreta ſunt, prolata ſenrentia geſtorum, quæ pariter direximus, tenorem diſcetis. Unde remoto ab Eccleſia Vercenonenſi, atque ad ſua remiſſo Irenæo Epiſcopo, ſedatis per Sacerdotalem modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam Eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet obtinere: talis protinus de Clero proprio Vercenonenſibus Epiſcopus ordinetur, qualem te præcipuè frater Aſcani oporteat eligere, & decet conſecrare. Nè ſi ſimiliter ſortè factum fuerat, non ſine ob-

Al. * *Caſcantenſium.*

Al.* *Tiriinſium.*

Al.* *iſtâ allegatione.*

1. q. 7. c. Quoniam quicquid.

Nic. Conc. c. 4. & 6.

* Fortè *quâ vetatur.*

Sardic. Conc. c. 1. & 2.

Al.* *querentibus.*

Natalis Papæ.

7. q. 1. c. Remoto.

jurgatione tui maximè nominis retundat noſtra præceptio, quod in injuriam Dei, à quo ſpecialiter Sacerdotalium eſt gratia dignitatum, didicerimus admiſſum, nec Epiſcopalis honor hæreditarium jus putetur, quod nobis ſolâ Dei noſtri benignitate Chriſti confertur. Ordinatos ergo nunc Epiſcopos, qui licèt dum te ignorante provecti ſunt cum ſuis authoribus meruerint ſubmoveri, hâc ratione firmamus, ſi non Viduarum mariti fuerint, & in unius Virginis *Levit. 21.* nuptiis, ac vota convenerint, ſicut & legalia conſtituta præcipiunt dicendo, Sacerdos Virginem uxorem accipiat, non Viduam, non *Ezech. 44.* repudiatam, ſecundùm quod etiam beatus Apoſtolus Paulus ma- *1. Tim. 3.* giſter gentium, de his, qui fieri deſiderant Sacerdotes, propriâ inſtitutione non tacuit dicens, Unius uxoris virum; cujus tenore *Sacerdotes I. Epiſcopi.* ſententiæ ita informati eſſe debetis, ut inter cætera, quæ cavenda ſunt, hæc ſtudeatis præcipuè cuſtodire quæ cognoſcitis antè univerſa mandari. In quibus etiam proſpiciendum eſt, nè duo ſint in una Eccleſia Sacerdotes, nec litterarum ignarus, aut carens aliquâ parte membrorum, vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad ſacrum miniſterium prorſus ſinatur accedere. Nec tantùm putetis petitiones valere populorum, ut cùm his parere cupitis, voluntatem Dei noſtri quæ nos peccare prohibet, deſeratis: cujus indignatio ex hoc graviùs commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt illicita per eos, qui ſunt interpretes placationis, offenditur. Ut autem omnia ſecundùm hæc, quæ ſcripſimus, corrigantur, præſentes litteras Trajano Subdiacono noſtro veniente direximus. Quòd ſi Irenæus Epiſcopus ad Eccleſiam ſuam, depoſito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, ſed humanitate præſtabitur, removendum ſe ab Epiſcopali conſortio eſſe cognoſcat. Datum III kal. Januari, Baſilico & Hermineriço VV. CC. Conſſ. *** *ann. Chriſti 465.*

Expliciunt Decreta Papæ Hilarii.

CODEX CANONUM.

DECRETA SIMPLICII.

PLATINA DE SIMPLICIO PAPA.

SIMPLICIUS patriâ Tiburtinus, patre Caſtino, imperante Leone ſecundo, & Zenone fuit. Hic vir Sanctiſſimus has dedicavit Baſilicas. Baſilicam Stephani Protomartyris in Cœlio monte, Baſilicam Andreæ Apoſtoli non longè à templo Sanctæ Mariæ majoris, in qua adhuc veſtigia quædam antiquitatis apparent. Aliam item Baſilicam Stephani apud Sanctum Laurentium, Baſilicam quoque Vivianæ Martyris ad Palatium Lucinianum, ubi corpus Virginis repoſitum eſt. Hebdomadas quoque inſtituit, ut Presbyteri tum ad Petri, tum ad Pauli, tum ad Laurentii Martyris templa viciſſim manerent propter pœnitentes, & baptiſmum requirentes. Urbem præterea Presbyteris in quinque regiones diviſit. Primâ erat Petri, ſecunda Pauli, tertia Laurentii, quarta Joannis Lateranenſis, quinta Sanctæ Mariæ Majoris. Inſtituit poſtremò, nè Clericus ullus poſſeſſionem beneficii à Laïco recognoſceret, quod poſtea à Gregorio, & aliis Pontificibus confirmatum eſt. Romanam autem Sedem eſſe primam omnium Eccleſiarum declarant Acatii Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Timothei viri doctiſſimi ſcripta; quibus rogatur Simplicius Pontifex Maximus, ut Petrum Alexandrinum Epiſcopum, Eutychetis imitatorem Hæreſeos damnet; quod etiam factum eſt, hâc conditione tamen, ut pœnitenti tempus aſcriberetur. Cùm autem Eccleſiam Romanam non inſtitutis ſolùm, verum etiam donis auxiſſet, creaſſetque ex ordine Sacrorum Presbyteros octo & I, Diaconos XI, Epiſcopos ſex & LXXX, moritur, ac ſepelitur in Petri Baſilica VI nonas Martii. Sedit autem annos XV, Men. I, Dies VII.

Baſilicæ à Simp. dedicatæ.

Inſtituta ejus.

Rom. Eccleſiam eſſe Primam omnium & præcipuam.

Tituli Decretorum Papæ Simplicii, numero II.

1 NE liceat illicitas fieri ordinationes.
2 Simplicii ad Equitium, & Severum de non præſumendis illicitis ordinationibus.

Incipiunt

Incipiunt Conſtituta Papæ Simplicii.

CODEX CANONUM. DECRETA SIMPLICII.

Simplicius Epiſcopus Joanni Epiſcopo Ravennati.

SI quis eſſet intuitus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel ſi quid apud te Sacerdotalis modeſtiæ teneretur, nunquam plectibiles perpetrarentur exceſſus, à quibus ſi nullo te paternarum regularum poteras continere præcepto, ſaltem ſanctæ memoriæ prædeceſſoris tui fueras revocandus exemplo: qui cum faciendo Preſbyterum minùs deliquiſſet invitum, ſenſerat tamen dignum pro tali uſurpatione judicium. Ubi iſta didiciſti, quæ in fratrem & Coepiſcopum noſtrum Gregorium, non * electione, ſed invidiâ perpetrâſti? quem inexcuſabili violentiâ pertrahi ad te paſſus es, atque vexari, ut ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, ſed per amentiam, ſicut dicendum eſt, irrogares. Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilii. Nolumus exaggerare, quod geſtum eſt, nè cogamur judicare, quod dignum eſt: nam privilegium meretur amittere, qui permiſſâ ſibi abutitur poteſtate. Sed una nos ratio facit eſſe ſententiæ mollioris, quam maluimus te fratre & Coepiſcopo noſtro Projecto referente cognoſcere, non noſtris litteris propter opprobrium publicare. Nam ſcandalum, cujus author agnoſceris, ita moderatio noſtra compeſcuit, ut frater & Coepiſcopus meus Gregorius, quem non provectum conſtat eſſe, ſed pulſum, nullam cauſam, ſicut petiit, tecum habiturus Mutinenſem gubernet Eccleſiam, & contubernium ſpiritale, quod ſortiri non oportebat invitum, non recuſet amplecti: ſi quid negotii forſitan emerſerit, noſtrum ab eo, vel contra eum petatur examen. Neceſſitatibus etiam, quas faciente te compellitur ſuſtinere, hâc definitione conſulemus, ut reſuſo prædio, quòd antè annum ſibi datum eſſe commemorat, atque ad Eccleſiam Ravennatem reverſo, poſſeſſio in Bononienſi XXX ſolidorum reddituum liberorum ſine dubitatione tradatur, in diem ſcilicet vitæ ejus, ſalvo proprietatis jure Ravennatis Eccleſiæ, ad quam poſt prædicti obitum revertetur. Quòd ſi non fuerit noſtris paritum conſtituris, quid poſt tranſgreſſionem maneat contumacem, ipſe perpendis. Denunciamus autem, quòd ſi poſthac quicquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu Epiſcopum, ſed Preſbyterum, ſeu Diaconum invitum facere fortè credideris, ordinationes tibi Ravennatis Eccleſiæ, vel Æmilienſis noveris auferendas. Dat. IV kal. Junii, Severino V. C. Conſ. **

Acerrima objurgatio.

Al. * *elatione.*

Moderatio Rom. Pont. contra ſcandalum.

15. q. 2. Denunciamus.

** *Ann. Chriſti. 481.*

CODEX CANONUM.

DECRETA SIMPLICII.

Simplicius Epiſcopus Florentino, Equitio, & Severo Epiſcopis.

Contra eum qui illicitè ordinat Clericos.

RELATIO nos veſtræ dilectionis inſtruxit, & geſtorum ſeries pleniùs intimavit Gaudentium Auſinienſis Eccleſiæ Sacerdotem contra Statuta Canonum, ac noſtra præcepta ordinationes illicitas perpetrâſſe, quarum illi totam penitus auferri præcipimus poteſtatem. Scripſimus enim ad Severum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, * & ſi neceſſe fuerit, ipſe in ſupradicta Eccleſia, conſideratis Patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abuſus eſſe convictus eſt: ita ut hi qui illicitè ab eodem ſunt provecti, ab Eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti.

Al.* *ut.*

12. q. 2. *de redditibus.*

Simul etiam de redditibus Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere permittat, ſed ſola ei ex his quarta portio remittatur: duæ Eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ ab Onagro Preſbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: ultima * inter Clericos pro ſingulorum meritis dividatur. At verò miniſteria Eccleſiæ, quæ alienata comperimus, reparare præſumptor prædicti fratris compellatur inſtantia, cui etiam in hoc ſpecialiter præcepimus immineri, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantummodo vendicâſſe, reſtituat. Datum XIII kal. Decemb. poſt Conſulatum Leonis Auguſti. **

Al.* *inter ſe Clerici.*

** *Ann. Chriſti 475.*

Expliciunt Conſtituta Papæ Simplicii.

PLATINA DE FELICE III.

FELIX tertius, patriâ Romanus, patre Felice Presbytero ex regione Faſciolæ, à Rege Odocaro, qui annis XIV *Italiæ impetraverat, uſque ad Theodoricum pervenit, qui etſi Ravennam ſedem regni feciſſet, tamen urbem Romam, quoad fieri potuit, exornavit. Nam & ſepulchrum Octavii inſtauravit, & ſpectacula de more exhibuit, & ædificia ac Baſilicas pleraſque reſtituit, nihilque omiſit quod ad optimum Principem pertineret. Felix autem tum maximè intellexerat Petrum Eutychianum, quem antea diximus ob Hæreſim in exilium pulſum, inſtigante Acatio, tunc demum revocatum eſſe. Quare ſanctus Pontifex fraudem ſubeſſe veritus, ex authoritate Sedis Apoſtolicæ, Concilio bene ſentientium approbante, Petrum, & Acatium damnat. Poſt annos verò tres, cùm Zeno fidem faceret hos homines pœnitere, Felix ei miſit Epiſcopos duos, Meſſenum & Vitalem, qui re cognitâ damnatos abſolverent. Hi itaque Heracleam civitatem ingreſſi, pecuniâ corrupti, nihil ex ſententia Felicis egêre. Unde Pontifex meritò indignatus, habitâ de more Synodo, hos, ut prævaricatores, & ſimoniacos, à communione dejecit. Meſſeno tamen pœnitentiæ tempus aſcriptum eſt, quia errorem ſuum faſſus eſt, pœnitendique tempus petiit. Idem quoque Felix Baſilicam Sancti Agapeti ædificavit, non longè à Baſilica Laurentii Martyris. Conſtituit item, ut Eccleſiæ nonniſi ab Epiſcopis conſecrarentur. Cùm autem ex inſtitutione ſacrorum ordinum, quos in urbe Roma Menſe Decembri bis habuit, Presbyteros octo & viginti, Diaconos quinque, Epiſcopos triginta creâſſet, moritur, & ſepelitur in Pauli Baſilica. Sedit annos* VIII, *Mens.* XI, *dies* XVII.

Laus Theodorici Regis.

Felix Petrum & Acatium damnavit.

Opera & conſtituta Felicis.

Tituli Decretorum Papæ Felicis, numero II.

1 CONSTITUTIO Papæ Felicis Africanæ Provinciæ de non rebaptizandis.

2 De modo inquirendi, medendi, diverſamque diverſis pœnitentiam injungendi rebaptizatis ad Eccleſiam redeuntibus.

CODEX CANONUM.

Incipiunt Conſtituta Papæ Felicis.

DECRETA FELICIS III. *Exemplaria geſtorum, quibus allegatum eſt præceptum Papæ Felicis.*

FLAVIO Boëtio V. C. Conſ. ſub die III Id. Martiarum, in Baſilica Conſtantiniana, reſidente venerabili viro Papa Felice, unà cum Candido Tiburtino.

Paſchaſio Centumcellæ, *Equitio* *Metellicani, *Epiphanio* * Spoleti, *Herennio* Portuenſi, *Agnello* Toleſino, *Urbano* Fulginati, *Martiniano* Phorminiano, *Creſconio* Tudertino, *Baſilio* Tollentinati, *Conſtanti* Aquinati, *Philippo* Numanati, *Bono* Oſtienſi, *Conſtantino* Trebiati, *Conſtantino* Capuano, *Severo* Caſſinati, *Martiano* Amerino, *Herculio* Otriculano, *Maximo* Blerano, *Projectitio* Tarquinenſi, *Maximino* Ferentienſi, *Felice* Antiatino, *Felice* Anagnino, *Andreâ* Gavinati, *Cypriano* Numentano, *Vitale* Fundano, *Conſtantio* Sutrino, *Gaudentio* Foroclodienſi, *Aſterio* Foronovano, *Victore*, *Ruſtico* & *Pardalio* Aſris, *Petro* Subauguſtano, *Baſſo* Ferentinati, *Innocentio* Mibanati, *Benigno* Æquævivenſi, *Decio* Trium tabern. *Athanaſio* Albanenſi, *Petro* Lorenſi, *Feliciſſimo* Sabinienſi, *Bonifacio* Veliterno, *Romulo* Prænestino, *Donato*. EPISCOPIS.

Al.* Metellicati.

Al.* Spellati

ET PRESBYTERIS *Ruſtico*, *Laurentio*, *Caſſio*, *Januario*, *Lepido*, *Aſterio*, *Alexandro*, *Laurentio*, *Servo dei*, *Petro*, *Petro*, *Sorano*, *Aſterio*, *Smaragdo*, *Firmino*, *Unicomalo*, *Petro*, *Martiano*, *Maxentio*, *Petro*, *Redempto*, *Jovino*, *Petro*, *Juliano*, *Valente*, *Valentino*, *Aſello*, *Bonifacio*, *Paſchaſio*, *Fulgentio*, *Andreâ*, *Romano*, *Caſtino*, *Laurentio*, *Leone*, *Gordiano*, *Epiphanio*, *Juſtino*, *Projectitio*, *Epiphanio*, *Servando*, *Urbico*, *Petro*, *Paſchaſio*, *Bonifacio*, *Sixto*, *Petronio*, *Romano*, *Martiniano*, *Opilione*, *Agapeto*, *Felices Calliſto*, *Sebaſtiano*, *Petro*, *Domino*, *Simplicio*, *Canuſio*, *Eugenio*, *Petro*, *Epiphanio*, *Felice*, *Bonifacio*, *Bono*, *Marcellino*, *Paulino*, *Aſterio*, *Aſterio*, *Petro*, *Petro*, *Laurentio*, *Joanne*, *Epiphanio*, *Sebaſtiano*, & *Abundantio*.

Adſtantibus quoque Diaconis.

Felix Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ, præſidens Synodo dixit.

COMMUNIS dolor, & generalis eſt gemitus, quòd intra Africam rebaptizatos etiam Epiſcopos, Preſbyteros, Diaconoſque cognovimus, quæ res ſine dubio ad veſtræ quoque pervenit notitiam Sanctitatis. De quo quid obſervari debeat, ordinare nos convenit. Proinde ut manifeſta ſit ſuper hoc noſtra ſententia, quæ nobis ſunt viſa, recitentur.

Anaſtaſius Diaconus recitavit.

CODEX CANONUM. DECRETA FELICIS III.

Sanctitas veſtra univerſis Epiſcopis per diverſas Provincias conſtitutis.

Cura Sedis Apoſtolicæ etiam pro Africanis.

QUALITER in Africanis regionibus aſtutia diaboli ſævierit in populum Chriſtianum atque in id multiplici deceptione proruperit, ut non modò vulgus incautum, ſed ipſos quoque in mortis profunda merſerit Sacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra neſcivit. Unde in grandi mœrore poſiti diſſimulare non poſſumus pereuntium, atque à nobis exigendarum diſcrimen animarum: quapropter competens adhibenda eſt talibus medela vulneribus, nè immatura curandi facilitas mortiferâ captis peſte nil profit, ſed ſegniùs tractata pernicies reatu non legitimæ curationis involvat pariter faucios, & medentes. In primis itaque venientis ad vos, & remedium poſtulantis ſollicitè diſcutienda eſt profeſſio, & perſona decepti, ut medela poſſit congruens exhiberi. Et qui ſatisfacturus Deo per pœnitentiam, rebaptizatum ſe legitimè doluerit, utrum ad hoc facinus cucurrerit, an impulſus acceſſerit, requiratur. Sciens, quòd ſe decipiat ipſe, qui fallit, nihilque per noſtram facilitatem tribunalis excelſo judicio derogari, cui illa ſunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ juſta ſunt, & aliter neceſſitas, alirer tractanda eſt ratio voluntatis. Deterior eſt autem cauſa illius, qui fortè pretio ſollicitatus eſt, ut periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui nè de ſua liceat gaudere captura, ſuccurrendum eſt irretitis, & conterendus venantis eſt laqueus, ut in fugatim lamentantibus lapſum tam juſtitiæ moderatione, quàm compunctione pietatis ad aulam, quam relinquerant, ſit regreſſus: nec pudeat forſan, aut pigeat indictis jejuniorum, gemituumque temporibus obedire, aut aliis obſervantiæ ſalubrioris obtemperare præceptis, quia humilibus datur gratia, non ſuperbis. Si ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis in Chriſto fieri quærit erectus, & per diſpenſationis noſtræ miniſterium (quod veſtram ſequi convenit charitatem, nec alicui fas eſt vel velle, vel poſſe tranſcendere) cauſas ejus, qui contra Apoſtolicam doctrinam ad iterationem ſe nimis infauſti baptiſmatis dedidit, vel ejus, qui aliquibus argumenris excuſandum callidè proprium putaverit eſſe conſenſum, Sacerdotali vigore, & humanitate tractemus, ut in eis fides (quæ niſi eſt una, jam nulla eſt) adjutorio Domini judicis, ad ſalutem ſine noſtræ properationis offenſione reparetur, quia cùm peccatoris à nobis ſatisfactio protrahitur, non præter noſtram laudem, atque lætitiam mens ejus ad veniam purgatior invenitur. Et ideo memineritis hanc ſuper his nos habere ſententiam, ut ſervatâ diſcretione peccantium, non eadem cuncti, qui

Modus curandi & inquirendi circa rebaptizatos.

Verè pœnitentes.

Jacobi 4.

lapſi ſunt, lanee penſentur, quoniam majoris caſtigationis eſt exigendus * uſus, cui domùs Domini commiſſa fuerit diſciplina.

CODEX CANONUM. DECRETA FELICIS III.

Ut ergo ab Eccleſiæ ſummitatibus inchoemus, eos quos Epiſcopos, Preſbyteros, vel Diaconos fuiſſe conſtiterit, & ſeu * optantes forſitan, ſeu coactos lavacri illius unici, ſalutariſque claruerit feciſſe jactutam, & Chriſtum, quem non ſolùm dono regenerationis, verùm etiam gratia percepti honoris induetant, exuiſſe, cùm conſtet neminem ad ſecundam tinctionem venire potuiſſe, niſi ſe palam Chriſtianum negavetit, & profeſſus fuerit eſſe paganum. Quod cùm generalitet ſit in omnibus execrandum, multo magis in Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis auditu ſaltem, dictuque probatur hotrendum. Sed quia idem Dominus, atque Salvator clementiſſimus eſt, & neminem vult perire, uſque ad exitùs ſui diem in pœnitentia, ſi reſipiſcunt, jacere conveniet, orationi nec non modò fidelium, ſed nec catechumenorum quidem omnimodis intereſſe, quibus communio laïca in morte redhibenda eſt, quam rem diligentiùs explorare, vel facere probatiſſimi Sacerdotis eura debebit.

Al.* uſuram

De conſecr. diſt. 4 Eos quos.

Al.* *obſtantes.*

Paganus ſit qui rebaptiza-tur.

Pœnitentia re-baptizatorum Epiſcoporum.

Pœnitentia Clericorum & Monachorum. Nic. Conc. c. 11.

De Cletieis autem, & Monachis, aut Puellis Dei, aut Sæularibus, ſetvari præcipimus hunc tenotem, quem Nicæna Synodus citea eos, qui lapſi ſunt, vel ſuetint, ſervandum eſſe conſtituit: ut ſcilicet, qui nullâ neceſſitate, nullius rei timote, atque periculo ſe ut rebaptizarentur, Hæreticis impiè dediderunt, ſi tamen eos ex eorde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint, ſeptem verò annis ſubjaccant inter pœnitentes manibus Sacerdotum, duobus etiam ad oblationes modis omnibus non ſinantur, ſed tantumodo popularibus in otatione ſocientut, nè confundatur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuit abnegare. Quòd ſi, utpote mortales, intra metas præſcripti temporis eœperit vitæ finis urgere, ſubveniendum eſt imploranti, & ſeu ab Epiſcopo, qui pœnitentiam dederit, ſeu ab alio, qui tamen datam eſſe ptobavetit, aut ſimilitet Preſbytero, viaticum abeunti de ſæculo non negetut.

Pœnitentia puerorum.

Pueris autem, quibus, quod adhue inveſtes ſunt, à pubertate vocabulum eſt, ſeu Clericis, ſeu laïcis, aut etiam ſimilibus Puellis, quibus ignorantia ſuffragatut ætatis, aliquamdiu ſub manus impoſitione detentis, reddenda communio eſt, nec eorum expectanda pœnitentia, quos exeipit à coërtione eenſuta, quod eſt à nobis ptoividè conſtitutum, nè hi, quibus in terreni labe contagii plus, minuſve reſtat ad vitam, dum adhue in pœnitentia ſunt, pœnitenda fortè committant. Quòd ſi antè præfinitum pœnitentiæ tempus deſpectus à medicis, aut evidentibus mortis preſſus indieiis, receptâ quiſquam communionis gratiâ convaleſcit, ſervemus in eo, quod Nicæni Canones ordinârunt, ut habeatur intet illos, qui in oratione ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis * eiſdem præſtitutum.

Nic. Conc. c. 13.

Al. * *eidem*

Nec Catechumenos noſtros, qui ſub tali profeſſione baptizati ſunt, prætermus, quia non eſt cauſa diſſimilis (ſicut iidem Sancti Canones ordinârunt) ejus, qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſus eſt, abjurârit, tribus annis inter audientes ſint, & poſtea cùm Catechumenis permittantur orare, per manûs impoſitionem communionis Catholicæ gratiam recepturi.

Pœnitentia Catechumenorum.

Exceptis ſanè tantummodo Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, quibus ſolo mortis ſuæ tempore reconciliandum eſſe jam diximus, cæteros ſive Clericos, ſive Monachos vel Monachas, ſeu laïcos, ſexûs utriuſque perſonas, quos violentiâ, & periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commento hujuſce facinoris piaculis dixerint non teneri, in pœnitentia per triennium durare decernimus, & per manûs impoſitionem ad ſocietatem recipi ſacramenti.

Nic. Conc. c. 14.

Pœnitentia coacti rebaptizatorum.

Illo per omnia cuſtodito, nè ex his unquam qui in qualibet ætate alibi, quàm in Eccleſia Catholica aut baptizati, aut rebaptizati ſunt, ad Eccleſiaſticam militiam prorſus permittantur accedere, quibus ſatis eſſe debet, quòd in Catholicorum numerum ſunt recepti, quoniam de ſuo ordine, & communione videbitur ferre judicium, quiſquis hoc violaverit Antiſtitum, vel qui non removerit eum, quem ex his ad miniſterium Clericale obrepſiſſe cognoverit.

Ne rebaptizati Clerici fiant.

Curandum verò maximè, & omni cautelâ eſt providendum, nè quis fratrum, Coëpiſcoporumque noſtrorum, aut etiam Preſbyterorum in alterius civitate, vel Diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum Sacerdotis, aut eum, qui reconciliatum eſſe ſe dixerit, ſine Epiſcopi, vel Preſbyteri teſtimonio, & litteris, aut in * parochia Preſbyter, aut Epiſcopus in civitate ſuſcipiat, quod aliquâ diſſimulatinne neglectum culpam tangit etiam Clericorum, qui in locis, in quibus hoc minùs curatum fuerit, commorantur. His itaque ritè diſpoſitis, & ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtrâ deliberatione perlatis, parere vos convenit, quibus licèt ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui novi aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit revelatum, ſecundùm beatum Paulum Apoſtolum, tacente priore, fidenter inſinuit, quia Spiritus Sanctus ubi vult ſpirat, maximè, cùm ſua cauſa tractatur, nec nos pigebit audire; & ſi qua ſunt omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare. Datum Idibus Martii, Dynamio & Sibirino VV. CC. Conſſ. **

Ne ſine litteris alibi ſuſcipiatur pœnitens.

Al. *paræcia.*

2. Cor. 14.

Joan. 3.

** *Ann. Chriſti 488.*

Expliciunt Papæ Felicis Conſtituta.

CODEX CANONUM.

PLATINA DE GELASIO PAPA.

DECRETA GELASII.

GELASIUS, natione apher, patre Valerio, eo tempore fuit, quo Theodoricus Clodoveo, ſocero ſuo, Francorum Regi, bellum intulit, quòd Alaricum generum, Viſigothorum Regem, in agro Volgadenſi interfeciſſet, Vaſconiamque occupaſſet. Gelaſius autem Manichæos in urbe deprehenſos exilio damnat, eorumque libros apud Baſilicam divæ Mariæ publicè combiurit. Inſtante præterea Synodo, cognitâ Meſſeni pœnitentiâ, eum, libello priùs ſatisfacientem purgatum, Eccleſiæ ſuæ reſtituit. Cùm verò intellexiſſet Petri & Acatii ſeditionibus, multa ſigitia & parricidia in Eccleſiis Græciæ committi, confeſtim eò miſit, qui hos, ſi non ſtatim pœniterent, in perpetuum damnarent. Dedicavit autem Eccleſiam Euphemiæ Martyris in civitate Tiburtina, dedicavit & Baſilicam Sanctorum Nicandri & Eleutherii viâ Lavicanâ, & Baſilicam Sanctæ Mariæ viâ Laurentinâ in fundo Criſpi vigeſimo ab urbe lapide. Clerum quoque amavit & auxit: pauperes ſemper mirâ benevolentiâ & charitate complexus eſt, civitatem Romam à multis periculis liberavit, maximè verò ab inopia rerum & fame. Hymnos etiam compoſuit, ad imitationem beati Ambroſii: edidit & libros quinque contra Eutychem & Neſtorium; duos item contra Artium: orationes habuit elegantes & graves. Epiſtolas præterea ad amicos & domeſticos fidei ſcripſit, non minùs graves quàm doctas, quæ opera in publicis bibliothecis tum legebantur.

Geſta Gelaſii.

Baſilicæ ab eo dedicatæ.

Scripta ejus.

Sunt, qui ſcribunt Gelaſium excommunicaſſe Anaſtaſium Imperatorem Conſtantinopolitanum Zenonis ſucceſſorem, quòd Hæreticis Petro & Acatio faveret. Unde conſtat, Imperatorem errantem in fide, & monitum, ſi non paruerit, à Pontifice Romano excommunicari poſſe. Eâdem authoritate uſus eſt etiam contra Vandalo, eorumque Regem, qui Arianâ infecti Hæreſi, Catholicos cruciatibus & ſuppliciis perſequebantur. Poſteaquam autem Presbyteros duos & XXX, Diaconos II, Epiſcopos VII & LX creaſſet, moritur, ac ſepelitur in Baſilica beati Petri Apoſtoli XI Kal. Decembris. Sedit annis IV, Men. VIII, diebus XVII.

Excommunicati à Gelaſ. Principes.

Vide diſt. 96. c. Duo ſunt.

Tituli

Tituli Decretorum Papæ Gelaſii, numero XXVIII. CODEX CANONUM. DECRETA GELASII.

1 DE Conſtitutis Eccleſiaſticis, pro temporis qualitate moderandis.

2 Ut ubi nulla perurget neceſſitas, Conſtituta Patrum inviolata ſerventur; vel cùm defuerint Clerici, de Monachis eligantur.

3 Ut ſi qui de laïcis eliguntur ad Clerum, multo ſollicitiùs in his, ea quæ de Monachis dicta ſunt, inquirantur.

4 Ut ab Epiſcopis, præceptione Papæ, novæ Baſilicæ dedicentur.

5 Ut nulla * prædia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur. Quòd ſi qui hoc perpetraverint, honoris ſui periculo ſubjacebunt. * Lego *pretia*

6 Ut Presbyteri modum debitum ſervent, non chriſma conficiant, non conſignent nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi jubeantur ab ipſo, vel orare, vel ſedere præſumant, nec Acolythum, vel Subdiaconum faciant.

7 Similiter ut Diaconi menſuram propriam juxta Patrum decreta cuſtodiant.

8 Quòd Diaconi in Presbyterio reſidere non poſſint, nec ſacri corporis prærogationem, præſentibus debent uſurpare Presbyteris.

9 Quòd Apoſtolica Sedes paternos Canones pio ſtudio, devotoque cuſtodiat.

10 Ut præter Paſchale tempus, & Pentecoſten nemo baptizare præſumat, niſi eos tantùm, quos ægritudo extrema compulerit.

11 Presbyterorum, & Diaconorum ordinationes certis celebrari poſſe temporibus.

12 Ut præfixis diebus Virgines ſacræ velentur.

13 Ut Viduæ non velentur.

14 Ut nullus Præſul vel Eccleſiæ, vel Monaſterii ſervum, aut originarium, nolentibus Dominis, ſub nomine religioſo defendat: honoris & communionis periculum ſubiturus quiſquis hoc perpetrare tentaverit.

15 Ut Clerici nulla negotia inhoneſta, nec turpia lucra ſectentur.

CODEX CANONUM.

16 Ut nemo litteras neſciens, vel aliquâ parte corporis imminutus, provehatur ad Clerum.

17 De his qui ſeipſos abſcindunt.

DECRETA GELASII.

18 Quòd ad Clerum criminoſi nequeant promoveri, & in Clero poſiti, ſi in aliquibus fuerint inventi flagitiis, à ſuis officiis arceantur.

19 Quòd dæmoniis, aliiſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacta tractare non liceat.

20 Quòd hi qui ſe ſacris Virginibus ſociant, & fœdera inceſta commiſcent, communicare non poſſint, niſi fortè publicam pœnitentiam geſſerint.

21 Quòd Viduæ, ut ſuprà dictum eſt, non velentur. Et ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcaverint, ipſæ pro ſe rationem ſint * Deo reddituræ.

Al.* *Domino.*

22 Quòd ſecunda conjugia ſæcularibus non negentur, quibus tamen ad Clerum minimè venire conceditur.

23 Ut ſi quis ſuſceperit Eccleſiæ propriæ deſertorem, & in aliquam provexerit dignitatem, utrique ſententiæ ſubjaceant, quam Canones addixerunt.

24 Quòd ſi qui ex Monachis, aut Laïcis eliguntur ad Clerum, cùm nulla cogit neceſſitas, antiqua in eis debent inſtituta ſervari. Quòd ſi probentur ſacram mercati eſſe prætio dignitatem, ab officio deponantur; nam dantem, & accipientem Simonis magi crimen involvit.

25 De ſacris locis noviter inſtitutis quamvis ſuperiùs dictum ſit, hoc nunc tamen adjicitur, ut nulla Baſilica ſub defunctorum conſtructa nomine dedicetur.

26 Quòd neſas ſit fœminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere.

27 Quòd in unaquaque Eccleſia, cui Epiſcopus præeſt, tam de redditibus, quàm de fidelium oblationibus quatuor debeant fieri portiones, ut una ſit Epiſcopi, alia Clericorum, tertia Pauperum, quarta Eccleſiæ fabricis applicetur.

28 Quòd ſi Epiſcopus, Preſbyter & Diaconus, à quocumque Clerico veraciter fuerit accuſatus, quòd adverſus hæc conſtituta fecerit, poteſt ſine dubitatione percelli, ſui etiam honoris periculum Epiſcopus ſubiturus, ſi hæc omnia Eccleſiæ noſcenda tacuerit.

Incipit Epiſtola Papæ Gelaſii.

Papæ Gelaſii generale decretum ad omnes Epiſcopos de inſtitutis Eccleſiaſticis pro temporis qualitate moderandis.

Ut ubi nulla perurget neceſſitas, conſtituta Patrum inviolata ſerventur, vel cùm defuerint Clerici, de Monachis eligantur.

Al.* *diſpoſitione. Gra. diſpenſatione c. 9. 7 neceſſaria.* CAP. I. Neceſſariâ rerum * diſputatione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine convenimur ſic Canonum paternorum decreta librare, & retro Præſulum, deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri: ut quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibitâ conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus: quò nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & * reparandis militiæ Clericalis officiis, quæ per diverſas Italiæ partes ita belli, famiſque conſumpſit incurſio, ut in multis Eccleſiis (ſicut fratris & Coepiſcopi noſtri Joannis Ravennatis Eccleſiæ Sacerdotis frequenti relatione comperimus) uſquequaque deficiente ſervitio * Miniſtrorum, niſi remittendo pauliſper Eccleſiaſticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant (ſine quibus adminiſtrari nequeant) ſacris ordinibus Eccleſiæ funditus deſtitutæ, atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii ſalutare ſubſidium redimendarum deſit animarum, noſque magno reatu, ſi tanto * coarctante periculo, non aliquatenus conſulemus, innecti.

* Fortè *in.*

Al. * *miniſteriorum.*

Al.* *cohortante.*

CAP. II. Priſcis igitur pro ſui reverentia manentibus conſtitutis, quæ, ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter convenit cuſtodiri, eatenus Eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt privatæ Miniſtris, vel ſufficientibus uſque adeò deſpoliatæ ſervitiis, ut plebibus ad ſe pertinentibus divina munera ſupplere non valeant, tam inſtituendi, quàm promovendi Clericalis obſequii ſic ſpatia diſpenſanda concedimus, ut ſi quis etiam de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad Clericale munus accedat, imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur vel ſi nullo gravi facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis uxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur: ſi pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec ullâ corporis parte vitiatus apparet, ſi ſervili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ jam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt litteras, ſine quibus vix fortaſſis Oſtiarii poſſit implere miniſterium, ut ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur, continuò Lector, vel Notarius, aut certè Defenſor effectus poſt tres menſes exiſtat Acolythus, maximè

Diſt. 55. c. Priſcis.

Qualis Monachus poteſt fieri Clericus.

Diſt. 77. Si quis de religioſo. cum c. ſeq.

Tempora promotionis ejus.

CODEX CANONUM. *DECRETA CELASII.*

si huic ætas etiam ſuffragatur, ſexto menſe Subdiaconi nomen accipiat, ac ſi modeſtæ converſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe fit Diaconus, completoque anno ſit Presbyter, cui tamen, quod annorum fuerant interſtitia collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe devotio.

Ut ſi qui de Laïcis eliguntur ad Clerum, multo ſollicitiùs in his, quæ ſuperiùs dicta ſunt, inquirantur, & ſuper ſtatutos gradus, quibus explentur, ſex menſes adjiciendi ſunt, ut poſt annum & ſex menſes Presbyteri de Laïcis, ſi neceſſitas exegerit, ordinentur.

Diſt. 77. c. ſi. §. Si verò Laicus.

CAP. III. Si verò de Laïcis quiſpiam Eccleſiaſticis eſt adgregandus officiis, tantò ſollicitiùs in ſingulis, quæ ſuperiùs comprehenſa ſunt, hujuſmodi decet examinari perſonam, quantum inter mundanam, religioſamque vitam conſtat eſſe diſcriminis, quia utique convenientia Eccleſiæ miniſteria reparanda ſunt non inconvenientibus meritis ingerendi. Tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſervitiis, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc adſequenda, decerpitur: ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit: nè per occaſionem ſupplendæ penutiæ Clericalis vitia potiùs divinis cultibus intuliſſe, nec legitimæ familiæ conſutemur procuraſſe compendia, quorum promotionibus ſuper anni metas ſex menſes nihilominus ſubrogamus. Quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare convenit inter perſonam divino cultui deditam, & de Laïcorum converſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis Eccleſiis, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renoventur. Quatenus his Deo propitio reſtitutis in Eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis, Canonum paternorum vetus forma ſervetur, nec contra eos ullâ ratione prævaleat, quod pro accedentis defectûs remedio providetur, non adverſus ſcita majorum novâ lege proponitur, cæteris Eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus convenit tenere ſententiam, quo magis hâc oportunitate commoniti obſervantiam venerandorum Canonum propenſiùs delegamus, ſingulorum graduum conſcientias admonentes, nè * illicitos prorumpere moliantur exceſſus.

Cauta diſpenſatio.

* Addo *in.*

Diſt. 50. c. Non conſidat.

Nec fas eſſe conſidat quiſque Pontificum bigamos, aut conjugia ſortientes ab aliis derelicta, ſive quoſlibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nullâ temporis congruentis expectatione diſcuſſos diviuis ſervituros applicare myſteriis, neque pro ſuo libito jura ſtudeant aliena pervadere abſque Sedis Apoſtolicæ juſtâ diſpoſitione mandante.

Ut ab Epiſcopis, præceptione Papæ, novæ Baſilicæ dedicentur.

De conſecrat. Diſt. 1. Baſilicas.

CAP. IV. Baſilicas noviter inſtitutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare non audeant, non ambiant ſibimet vindicare Clericos poteſtatis alienæ.

Ut nulla prædia de baptizandis, conſignandiſque fidelibus exigantur: quòd ſi qui perpetrare fuerint deprehenſi, honoris ſui ſint periculum ſubituri.

2. q. c Baptizandis.

CAP. V. Baptizandis, conſignandiſque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuſlibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes, quoniam quod

Matth. 10.

gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati redemptionis ſuæ cauſas adire deſpiciant: certum habentes, quòd qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potiùs ſuâ ſponte correxerint, periculum ſubituri proprii ſint honoris.

Ut Presbyteri modum debitum ſervent, non Chriſma conficiant, non conſignent, nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi jubeantur ab ipſo, vel orare, vel ſedere præſumant, nec Acolythum, vel Subdiaconum faciant.

Diſt. 95. c. Preſbyteros.

CAP. VI. Nec minùs etiam Preſbyteros, ultra ſuum modum tendere prohibemus, nec Epiſcopali faſtigio debita, ſibimet audacter adſumere: non conficiendi Chriſmatis, non conſignationis Pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem: non præſente quolibet Antiſtite, niſi fortaſſe jubeantur, vel orationis vel actionis ſacræ ſuppetere ſibi præſumant licentiam, neque ſub ejus aſpectu, niſi jubeantur, aut ſedere præſumant, aut venerabilia tractare myſteria, nec ſibi meminerint ullâ ratione concedi, ſine ſummo Pontifice, Subdiaconum, vel Acolythum jus habere faciendi; nec prorſus addubitent, ſi quicquam ad Epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinens ſuo motu putaverint exequendum, continuò ſe Presbyterii dignitate, & ſacrâ communione privari. Quod fieri neceſſe eſt, cenſemus, ſi eorum Præſule deferente, hujuſmodi fuerit prævaricatio comprobata, nec ipſo eorum Epiſcopo à culpa conniventiæ, & ultione vacaturo, ſi immoderata facientes diſſimulaverit vindicare.

Similiter ut Diaconi menſuram propriam juxta Patrum decreta cuſtodiant.

CAP. VII. Diaconos quoque propriam conſtituimus ſervare menſuram, nec ultra tenorem paternis Canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis ordinibus propriè decrevit antiquitas. Abſque Epiſcopo, vel Presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis forraſſis officiis longiùs conſtitutis neceſſitas extrema compellat, quod & Laïcis Chriſtianis facere plerumque conceditur.

Nic. Conc. c. 18.

CODEX. CANONUM. DECRETA GELASII.

Quòd Diaconi in Presbyterio reſidere non poſſint, nec cùm tractatus habetur Eccleſiaſticus, nec ſacri corporis prærogationem, præſentibus debeant uſurpare Presbyteris.

CAP. VIII. Non in Presbyterio reſidere, cùm divina celebrantur, vel Eccleſiaſticus habetur quicunque tractatus, ſacri corporis prærogationem ſub conſpectu Pontificis, ſeu Presbyteri, niſi his abſentibus, jus non habeant exercendi. Cùm enim decreta venerabilium ſanctionum nos quoque magnopere cuſtodire nitamur, ac ſine eorum diſpendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis fortaſſe compendio videantur, laxanda dicamus.

Quòd Apoſtolica Sedes paternos Canones pio ſtudio, devotoque cuſtodiat.

Authoritas Canonum & Sedis Apoſtolicæ.

CAP. IX. Cùmque nobis contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cùm Sedes Apoſtolica
Al.* *Domino.* ſuper his omnibus, favente * Deo, quæ paternis Canonibus ſunt præfixa, pio, devotoque ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt quemquam vel Pontificum vel Ordinum ſubſequentium hanc obſervantiam refutare, quam beati Petri Sedem & ſequi videat, & docere: ſatiſque conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum. Dicente autem ſcriptura, Ordinate in me charitatem, & item, Omnia cum ordine fiant, atque iterum Pſalmiſta prædicante, Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus ejus, ponite corda veſtra in virtute ejus, & diſtribuite gradus ejus, ut enarretis in progenie altera, quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſæcula. Hic procul dubio, qui in Eccleſiaſticarum narratur altitudine dignitatum, & in cujus virtute bonis operibus corda ponenda ſunt, gradibus utique diſtributis cunctis Deus noſter, & rector populis prædicandus eſt Chriſtianis, ubi nemo ſibimet aliquid æſtimet imminutum: cùm & de uniuſcujuſque gradûs perfectione nil deperit, & convenienter retinendo, quod cæleſti diſpenſatione collatum eſt, pariter nobis & cognoſcibilem Deum fieri, & tribuit eſſe rectorem. Nam & ſi quid indulgetur de temporum quantitate moribus * adgregati, & ſtrenuitate penſatur: ſi vitæ * jam propoſito contineatur, quod protelatâ fuerat ætate curandum, dummodo nullatenus diſſimulata ſubripiant: quorum quodlibet ineſſe claruerit meritò Clericalibus inſulis reprobabilem * conſtat eſſe perſonam. Et ſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ ſi cæterorum conſtet integritas, ſola nocere non valeant: illa tamen ſunt magnopere præcavenda, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. Et ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum, tem-

Can. 2. 1. Cor. 14. Pſal. 47.

* Fortè *adgregatur.*

Al. * *etiam.*

Al. * *convincat.*

2. q. 7. c Et ſi illa.

porumque cogit intuitus, vel acceleratæ proviſionis reſpectus excuſat: quantò magis illa nullatenus mutilanda ſunt, quæ nec ulla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorſus extorquet utilitas?

Ut præter Paſchale tempus, vel Pentecoſten nemo baptizare præſumat, niſi omnes tantùm, quos ægritudo extrema compulerit.

De conſecrat. Diſt. 4. Baptizandi. CAP. X. Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quocunque tempore nullam credat ineſſe fiduciam, præter Paſchale feſtum, & Pentecoſten venerabile ſacramentum, excepto duntaxat graviſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, nè morbi creſcente periculo ſine remedio ſalutari fortaſſis ægrotans exitio præventus abſcedat.

Presbyterorum, & Diaconorum ordinationes certis celebrari poſſe temporibus.

Diſt. 75. c. ſi CAP. XI. Ordinationes etiam Presbyterorum, Diaconorumque niſi certis temporibus, & diebus exercere non debeant, id eſt, primi, & quarti menſis jejunio ſeptimi & decimi: ſed etiam quadrageſimalis initii, ac medianâ quadrageſimæ die, ſabbati jejunio circa veſperam noverit celebrandas. Nec cujuſlibet utilitatis * ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum his præferre, qui antè ipſos fuerint ordinati.

* Addo *cauſa*

Ut præfixis diebus Virgines ſacræ velentur.

20. q. 1. Devotis. CAP. XII. Devotis quoque Virginibus, niſi aut in Epiphaniorum, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalibus ſacrum minimè velamen imponant: niſi forſitan, ſicut de baptiſmate dictum eſt, gravi languore correptis, nè ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur.

Ut viduæ non velentur.

CAP. XIII. Viduas autem velare Pontificùm nullus attentet: quod nec authoritas Divina delegat, nec Canonum forma præſtituit. Non eſt ergo penitus uſurpandum, eique ſic Eccleſiaſtica ſunt inſerenda præſidia, ut nihil committatur illicitum.

Ut nullus Præſul vel Eccleſiæ, vel Monaſterii ſervum, aut originarium, nolentibus Dominis, ſub nomine religioſo defendat: honoris & communionis periculum ſubiturus quiſquis hoc perpetrare tentaverit.

CAP. XIV. Generalis etiam querelæ vitanda præſumptio eſt, quâ propemodum cauſantur univerſi paſſim ſervos, & originarios Dominorum jura poſſeſſionemque fugientes ſub religioſæ converſationis obtentu vel ad Monaſteria ſeſe conferre, vel ad Eccleſiaſticum famulatum, cohibentibus quoque Præſulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus eſt amovenda pernicies: nè per Chriſtiani nominis inſtitutum aut aliena pervadi, aut publica videatur diſciplina ſubverti. Præcipuè, cùm nec ipſam miniſterii Cleri-

Diſt. 54. Generalis.

CODEX CANONUM. DECRETA GELASII.

calis hâc obligatione fuſcari conveniat dignitatem, cogaturque pro ſtatu militantium ſibi, conditioneque jurgari, aut videri (quod abſit) obnoxia quibus ſollicitâ competenter interdictione prohibitis. Quiſquis Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus, vel eorum, qui Monaſteriis præeſſe noſcuntur, hujuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps vel Eccleſiaſticæ ſervituti, vel religioſis congregationibus putaverint applicandas, niſi voluntate forſitan Dominorum ſub Scripturæ teſtimonio primitus abſolutas, aut legitimâ tranſactione conceſſas: periculum ſe honoris proprii non ambigant, communioniſque ſubituros, ſi * ſuper hac re cujuſquam vera nos querela pulſaverit. Magnis quippe ſtudiis ſecundùm beatum Apoſtolum præcavendum eſt, nè fides, & diſciplina Domini blaſphemetur.

Al. * *ſub.*

Rom. 15. *3. Timoth.* 6.

Ut Clerici nullas negotiationes inhoneſtas, nec turpia lucra ſectentur.

Diſt. 88. *Conſequens.*

CAP. XV. Conſequens fuit, ut illa quoque, quæ de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciavit, non prætereunda putaremus, id eſt, plurimos Clericorum negotiationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes Evangelicam lectionem, quia ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe. Nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait, Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Pſalmiſtam quoque David ſurdâ diſſimulantes aure cantantem: Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde hujuſmodi aut ab indignis poſthac quæſtibus noverint abſtinendum, & ab omnibus cujuſlibet negotiationis ingeniis, cupiditateque ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à Clericalibus officiis abſtinere cogantur, quoniam domus Dei domus orationis & eſſe debet, & dici: nè officina negotiationis, & ſpelunca potiùs ſit latronum.

Matth. 21. *Joan.* 2. *2 Timoth.* 23

Pſal. 70.

14. q. 4. Clerici ab indignis.

Luc. 15. *Eſa.* 56.

Ut nemo litteras neſciens, vel aliquâ parte corporis imminutus promoveatur ad Clerum.

CAP. XVI. Illiteratos quoque, & nonnullâ parte corporis imminutos ſine ullo reſpectu ad Eccleſiaſticum didicimus venire ſervitium, quod ſimul antiqua traditio, & Apoſtolicæ Sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens ſacris eſſe poteſt aptus officiis, & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta ſanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quiſquam talis ſuſcipiatur in Clerum. Si qui verò vel temeritate propriâ, vel incuriâ Præſidentium tales antè ſuſcepti ſunt, in his, quibus conſtituti ſunt locis eatenus perſeverent, ut nihil unquam promotionis arripiant, ſatiſque habeant, hoc ipſum ſibi pro nimia miſeratione permiſſum.

Diſt. 36. c. *Illiteratos.*

Levit. 21.

1. q. 7. Si quis vel propria.

De his

De his qui ſeipſos abſcindunt.

Nic. Conc. c. 1. CAP. XVII. De his autem, qui ſemeripſos abſciderint paterni Canones evidenter ſequenda poſuerunt, quorum tenorem ſufficiet indidiſſe. Dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, à munere Clericali debere ſecludi, quod modis omnibus cuſtodire nos convenit, quia fas eſſe nulli ſuppeditat, præter illa quicquam, quæ memorabilis decreverit forma, cenſere.

Quòd ad Clerum criminoſi nequeant promoveri, & in Clero poſiti, ſi in aliquibus fuerint inventi criminibus, à ſuis officiis arceantur.

2. Tim. 5. CAP. XVIII. Comperimus etiam horrendis quibuſdam criminibus implicatos, rotâ diſcretione ſubmotâ, non ſolùm de factis atrocibus neceſſariam pœnitudinem non habere, ſed nec aliquâ correptione penitus ſuccedente ad Divinum miniſterium, honoremque contendere. Nonnullos autem in ipſis ordinibus conſtitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli: cùm & *Nic. Conc. c. 9. & 10.* Apoſtolus clamet, Nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: & majorum veneranda conſtituta pronuncient, hujuſmodi, etiamſi ſorrè ſubrepſerint, tam qui antè peccaverunt, detectos oportet depelli, quàm ſacræ profeſſionis oblitos, prævaricatoreſque ſancti propoſiti procul dubio ſubmovendos.

Quòd Dæmoniis, aliiſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat.

CAP. XIX. Uſque adeò ſanè comperimus illicita quæque prorumpere, ut Dæmoniis, ſimili- *Diſt. 55. c. Uſque adeò.* buſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur, quibus ſi hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis de ſua fidelium ſalute confidat, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ tantâ perſpexerit calamitate vexari? Atque ideo *Rom. 14. 2. Corinth. 5. Levit. 22.* neceſſariò removendi ſunt, nè quibuſlibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremò ſi corpore ſauciatum fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex divina permiſit, quantò magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non convenit, quod eſt deterius, mente perculſos?

Quòd hi qui ſe Sacris Virginibus ſociant, & fœdera inceſta commiſcent, communicare non poſſint, niſi forte publicam pœnitentiam geſſerint.

CAP. XX. Virginibus ſacris temere ſe quoſdam ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere: quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi, * ſed tamen his Al. * *aut his certè.* viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.

CODEX CANONUM.

DECRETA GELASII. 27. q. 1. De viduis.

Quòd Viduæ, ut ſuprà dictum eſt, non velentur; & ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcaverint, ipſæ pro ſerationem Deo pro ſuis ſint actibus reddituræ.

CAP. XXI. Nam de Viduis ſub nulla benedictione velandis, ſuperiùs * latiùs diximus diſſerendum, quæ ſi propriâ voluntate profeſſam priſtini conjugii caſtitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant ſatisfactione placare. Sicut enim, ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundùm 1. Timoth. 5. Apoſtolum nullatenus nubere vetabantur, ſic habitâ ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuerunt coſtodire. Nos autem nullam talibus laqueum debemus injicere, ſed ſolas adhortationes præmii ſempiterni, pœnaſque proponere divini judicii: ut noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cavendum eſt quippe, quæ de earum moribus, actibuſque beatus Ibidem. Paulus teſtatur Apoſtolus, quod planiùs exponere præterimus, nè ſexus inſtabilis non tam deterreri, quàm admoneri videatur.

Al. * *Latè.*

Quòd ſecunda conjugia Sæcularibus non negentur, quibus tamen ad Clerum pro hoc facto minimè venire conceditur.

CAP. XXII. Secundas nuptias ſicut ſæcularibus inire conceditur, ita poſt eas nullus ad Clericale ſinitur venire collegium. 1. Corinth. 7. Alia eſt enim humanæ fragilitati generaliter conceſſa licentia, alia debet eſſe vitâ divinarum rerum ſervitio dedicata.

Ut ſi quis ſuſceperit Eccleſiæ propriæ deſertorem, & in aliqua provexerit dignitate, utrique ſententiæ ſubjaceant, quam Canones præfixerunt.

CAP. XXIII. Quiſque propriæ deſertor Eccleſiæ, nullis exiſtentibus cauſis, ad aliam putaverit tranſeundum, temereque ſuſceptus fuerit, & promotus, reverendorum Canonum vel ipſe vel receptor ejus, atque provector conſtituta non effugiet, quæ de hujuſcemodi præſumptoribus præfixere ſervanda. Nic. Conc. c. 15.

Quòd ſi qui ex Monachis, & Laïcis, de quibus ſuprà dictum eſt, eliguntur ad Clerum, cùm nulla cogit neceſſitas, antiqua de eis debent inſtituta ſervari. Quòd ſi probentur ſacram mercati eſſe pretio dignitatem, ab officio deponantur: nam dantem, & accipientem Simonis Magi crimen involvit.

CAP. XXIV. De Monachis, Laïciſque in prima copioſiùs præceptionis hujus parte digeſta ſunt quæ, vel quatenus pro rerum, temporumque neceſſitate conceſſa ſunt, quemadmodum ubi nullius facti neceſſitas intereſſe probabitur, non niſi vetus inſtitutio debeat cuſtodiri. Quos verò conſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non ſine periculo ſacinus tale * perpetrantes, quia dantem pariter, accipientemque damnatio Simonis, quam ſacra lectio teſtatur, involvit. Supra. c. 2. & 3. 2. q. 1. c. Quos conſtiterit. Al. * patrantes. Act. 8.

De ſacris locis noviter inſtitutis quamvis ſuperiùs dictum ſit, hoc nunc tamen adjicitur, ut nulla Baſilica ſub defunctorum conſtructa nomine dedicetur.

De conſecrat. Diſt. 2. De locorum.

CAP. XXV. De locorum conſecratione ſanctorum, quamvis ſuperiùs ſtrictim fuerit comprehenſum: nobis quoque pateſactum eſt, quòd abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli ſactas Eccleſias, vel oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſumus tamen indicio deteſtabiliori permoti, quòd in quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fidelium conſtructiones ædificatas ſacris profeſſionibus audacter inſtituere memorantur, quæ quoniam tam acerba, tam dura ſunt, ut eadem vix noſter ferre poſſit auditus: ſi revera Chriſtianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus eſt, & diſtrictiùs iſta quærantur, & à quibus fuerint geſta prodantur; quoniam ſicut latentibus in hac atrocitate nominibus, non extat in quem ſententia debita proferatur, ita cùm manifeſtis fuerit documentis expoſitus quam ſceleris tanti poſcit immanitas, non * effugiet ullatenus ultionem.

Al. * *vitabit.*

Quòd nefas ſit Fœminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ Virorum ſunt officiis deputata præſumere.

CAP. XXVI. Nihilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum ſubiſſe deſpectum, ut Fœminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctaque non niſi Virorum famulatui deputata ſexum, cui non competit, exhibere. Niſi quòd omnium delictorum, quæ ſingillatim perſtrinximus, noxiorum reatus omnis, & crimen eos reſpicit Sacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè publicando pravis exceſſibus ſe ſavere ſignificant: ſi tamen Sacerdotum jam ſint vocabulo nuncupandi, qui delegatum ſibi religionis officium ſic proſternere moliuntur, ut in perverſa quæque, prophanaque declives ſine ullo reſpectu regulæ Chriſtianæ præcipitia funeſta ſectentur. Cumque ſcriptum ſit, *Eccl. 19.* Minima qui ſpernit, paulatim decidit: quid eſt de talibus æſtimandum, qui immenſis, ac multiplicibus pravitatum molibus occupati ingentem ruinam multimodis impulſionibus ediderunt, quæ non ſolùm ipſos videatur obruere, ſed Eccleſiis univerſis mortiferam, ſi non ſanentur, inſerre perniciem. Nec ambigunt, qui hæc exercere ſunt auſi, ſed etiam, qui hactenus cognita ſiluerunt, ſub honoris proprii ſe jacere diſpendio, ſi non tantâ, quâ poſſunt, celeritate feſtinent, ut lethalia vulnera competenti medicatione * curentur. Quo enim more teneant jura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus injuncta diſſimulant, ut contraria domui Dei, cui præſident, potiùs operentur? Quantumque apud Deum poſſent, ſi non niſi convenientia procurarent, tantùm quid mereantur aſpiciant, cùm execrabili ſtudio ſectentur adverſa, & quaſi magis hæc regula ſit,

Contra negligentiam Prælatorum.

Al. * *ſalventur.*

quâ Eccleſia debeat gubernari, ſic quicquid eſt Eccleſiaſticis inimicum regulis, perpetratur: cùm & ſi cognitos habuit Canones unuſquiſque Pontificum, intemerata debuerit tenere cuſtodia, & ſi forſitan neſciebat, conſulere fidenter oportuerit ſcientem. Quo magis excuſatio nulla ſuccurrit errantibus: quia nec ſciens propoſuit ſervare, quod noverat, nec ignorans curavit noſſe, quod gereret.

CODEX CANONUM.

DECRETA GELASII.

Quòd in unaquaque Eccleſia, cui Epiſcopus præeſt, quatuor tam de redditu, quàm de oblatione fidelium fieri debeant portiones, ut una ſit Epiſcopi, altera Clericorum, tertia Pauperum, & quarta Fabricis Eccleſiaſticis applicetur.

12. q. 2. *Quatuor autem.*

CAP. XXVII. Quatuor autem tam de redditu, quàm de oblatione fidelium, prout cujuſlibet Eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) convenit fieri portiones, quarum ſit una Pontificis, altera Clericorum, Pauperum tertia, quarta Fabricis * ampliandis Eccleſiæ. De quibus, ſicut Sacerdotis intererit integram miniſtris Eccleſiæ memoratam dependere quantitatem, ſic Clerus ultra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter noverit expetendum. Ea verò, quæ Eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prorogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum, quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis in lucrum ſuum Præſul impendia his deſignata convertat: ipſam nihilominus adſcriptio pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur, tamen juxta quod ſcriptum eſt, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, oportet enim præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.

Al. * *applicanda.*

Matth. 5.

Quòd ſi Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, à quocumque Clerico veraciter fuerit accuſatus, quia contra hæc conſtituta fecerit, poteſt ſine dubitatione percelli, ſui etiam honoris Epiſcopus periculum ſubiturus, ſi hæc omni Eccleſiæ noſcenda tacuerit.

2. q. 7. *Quapropter.*

CAP. XXVIII. Quapropter, nè Clericorum quiſquam ſe hujus offenſæ futurum confidat immunem, ſi in his, quæ ſalubriter ſequenda deprompſimus, ſive Epiſcopum, ſive Preſbyterum, ſeu Diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures noſtras deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut tranſgreſſoris ultio fiat, & ceteris interdicto delinquendi. Sui verò modis omnibus erit unus quiſque Pontificum ordinis, & honoris eliſor: ſi cuiquam Clericorum, vel Eccleſiæ totius auditui hæc putaverit ſupprimenda. Datum v Id. Marriarum, Aſterio & Præſidio VV. CC. Conſſ. **

** *Anno Chriſti.* 494.

Expliciunt Decreta Papæ Gelaſii.

PLATINA DE ANASTASIO II.

ANASTASIUS ſecundus, patriâ Romanus, patre Fortunato, Anaſtaſio imperante fuit, quo tempore Traſimundus, Vandalorum Rex, & Catholicas Eccleſias claudit, & CXX Epiſcopos exulatum in Sardiniam mittit. Anaſtaſius verò (ut quidam Scriptores referunt) Anaſtaſium Imperatorem excommunicavit, quòd Acatio faveret. Tametſi poſtea ipſe ab Acatio ſeductus, dum eum revocare clanculum tentat, Clerum à ſe graviter alienavit, qui ſe à communione Pontificis tum maximè ſubtraxit, quòd etiam ſine Catholicorum conſenſu Photino, Theſſalonicenſi Diacono, communicâſſet, qui tamen Acatii errorem imitabatur. Hanc ob rem ferunt divino nutu hominem ſubito morbo correptum interiiſſe. Sunt qui dicant eum in latrinam effudiſſe inteſtina, dum neceſſitati naturæ obtemperat. Hæc de Anaſtaſio, & ejus Pontificatu, qui ex ſacris ordinibus ſemel Decembri menſe in urbe habitis, Presbyteros XII, *Epiſcopos* XVI *creavit. Sepultus eſt autem in Baſilica Petri* XIII *Kal. Decembris. Sedit annum unum, menſes* X, *dies* XXIV.

Dira de hoc Pont. fama. Vide Diſt. 19. c. Anaſtaſius.

Tituli Decretorum Papæ Anaſtaſii, numero VIII.

1 QUOD pro Chriſto fungatur legatione, dum pro pace precatur Eccleſiæ.

2 Quòd non ſit temerè judicandum de his qui jam ad Dominum migraverunt.

3 Ut ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acatii.

4 Quòd magnopere contentio ſit cavenda.

5 Ut Alexandrinos Imperator admoneat ad fidem ſinceram, & pacem redire Catholicam.

6 Admonetur Imperator, ut conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet.

7 Quòd eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizavit, vel ordinavit Acatius, nulla portio læſionis attingat.

8 Quòd mali, bona miniſtrando, ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent.

CODEX CANONUM. DECRETA ANASTASII.

EPISTOLA PAPÆ ANASTASII URBIS ROMÆ Ad Imperatorem Anaſtaſium pro pace Eccleſiarum.

Glorioſiſſimo & Clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius Epiſcopus.

EXORDIUM Pontificatûs mei primitus oblatâ populis pace pronuncio, conſequenter pro fide Catholica humilis pietati tuæ precator occurro, in quorum primo mihi divinum favorem propinquaſſe confido, quod conſonantia in me, & auguſtiſſimi nominis tui non dubium præſtat auxilium, ut ſicut præcelſum vocabulum pietatis tuæ per univerſas gentes toto orbe præfulget, ita per miniſterium meæ humilitatis Sedes beatiſſimi Petri in univerſali Eccleſia (ſicut ſemper eſt) aſſignatum ſibi à Domino Deo teneat principatum, nec propter unum mortuum diutius tunica illa ſalutaris deſuper contexta per totum, malæ ſortis patiatur incertum: quæ ſola in diſciſſionem pro firmitate ſui venire non potuit. Cui etiam in privata tantum circa ſinceræ religionis * ſtudium fuit, ut ſicut fama certiſſima celebravit, nemo magis vel inter præcipuos Sacerdotes præfixas à ſanctis Patribus regulas Eccleſiæ cuſtodiſſe dicatur, quod ſanctum ſtudium cum majeſtate imperii creviſſe confidimus.

Principatus Rom. Eccl.

Joan. 19.

Laus Principis à religione.

*Addendum forte * obſervantiam.*

Quòd pro Chriſto fungatur legatione, dum pro pace precatur Eccleſiæ.

Poſt mortem alius habetur judex meritorum.

CAP. I. Legatione itaque fungimur pro Chriſto, nè eos propter offenſionem, vel ſcandalum patiamini publicè nominari: quorum merita, vel actus illum judicem latere uon poſſunt, in cujus jam ſunt judicio conſtituti, nec illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolùm confeſſio facit aperta merita ſingulorum: ſed etiam ſilentii ipſius non poteſt latere ſecretum. Namque & prædeceſſor noſter Papa Felix, ſed etiam Acatius illic procul dubio ſunt, ubi unuſquiſque ſub tanto judice non poteſt perdere ſui meriti qualitatem.

Acatius Epiſcopus Conſtantinopolis.

Quòd non ſit temerè judicandum de his qui jam ad Deum migraverunt.

CAP. II. Itaque monente nos beatiſſimo Paulo Apoſtolo, nè quod ſit in hoc offendiculum in Eccleſia, dum quod facere non poſſumus, de his qui jam tranſierunt judicare conemur, obſervandum eſſe tranquillitas tua cognoſcat. Ait enim de his, qui de rebus ad Deum ſolum pertinentibus judicare præſumunt: nemo enim noſtrûm ſibi vivit, & nemo ſibi moritur, ſive enim vivimus, Domino vivimus; ſive morimur, Domino morimur; ſive

Rom. 14.

enim vivimus, ſivè morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus reſurrexit à mortuis, ut & vivorum & mortuorum dominetur, tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? omnes enim ſtabimus antè tribunal Dei.

Eſa. 45. Scriptum eſt enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo ampliùs invicem judicemus, ſed hoc judicate magis, nè ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. Monet igitur beatus Apoſtolus, nè de his nobis præſumendo judicium, de quibus nemo poteſt veriùs, vel meliùs judicare, quàm Deus: in hoc ſibi quiſpiam temerarios auſus uſurpet, & propter hoc pax, atque unitas Eccleſiæ diſſipetur. Nam & in Regnorum libro dicitur, Non quomodo videt homo, videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde. Item in Paralipomenon libro primo: Et nunc Salomon, ſcito Deum Patrum tuorum, & ſervi illi in corde perfecto, & animo volente, quoniam omnia corda ſcrutatur Dominus, & omnem cogitationem novit. Item in Ezechiele hæc dicit Dominus, Sic dixiſtis domus Iſrael, & cogitationes ſpiritus veſtri novi ego. Unde & de Domino judice dicitur in Evangelio, Sciens autem Jeſus cogitationes eorum dixit, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?

Solus Deus novit abſcondita cordium.

2. Reg. 16.

1. Paral. 28.

Ezech. 11.

Ut ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acatii.

CAP. III. Precamur itaque clementiam veſtram, ut ſpecialiter nomen, quod multis ex cauſis ſcandalum, vel offendiculum Eccleſiæ concitavit, ſpeciali appellatione taceatur, cùm, ſicut diximus, in generalitate Sacerdotum uniuſcujuſque meritum illum judicem latere non poſſit, quid cuique tribuendum ſit pro æſtimata diſpenſatione meritorum, cui ſoli cogitationes quoque manifeſtæ ſunt. Quantos verò exceſſus, atque præſumptiones habuerit Acatius, nè clementiæ tuæ per ſingula ſuggerere fortaſſe videatur oneroſum, Creſconio, vel etiam Germano, fratribus & Coepiſcopis meis, quos miſimus ad ſerenitatem tuam, de cauſis ſingulis Acatii. Qualis fuerit, inſtructionem pleniſſimam dedimus, clementiæ veſtræ ſpecialiùs recenſendam, ſi hoc pietati tuæ placuerit curioſiùs indagare, nè in aliquo ſuggeſtionis noſtræ veritas defuiſſe videatur, ut pro divina ſapientia veſtra perſpicuè videre poſſitis, non ſuperbiâ, vel elatione Sedis Apoſtolicæ in Acatium talem proceſſiſſe ſententiam, ſed facinoribus certis (quantum nos extra ullum judicium, quod ſolum falli non poteſt, æſtimamus) zelo magis divinitatis * exortam.

Legavit ad Imp. in cauſa Acatii.

Al. exortam.

Quòd magnopere contentio ſit cavenda.

CAP. IV. Nos verò humiliter

CODEX CANONUM. *DECRETA ANASTASII.*

ſupplicantes, controverſiam in Eccleſia remanere nolumus, cùm magis vitanda contentio ſit, ſicut dicitur in Proverbiis, Odium ſuſcitat contentio. Omnes enim qui non contendunt protegit amicitia. Nam & Apoſtolus ad Corinthios ait, Cùm enim ſint inter vos æmulationes, & contentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Item ad Philippenſes, Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi qua alloquutio charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritûs, ſi qua viſcera, & miſerationes, implete gaudium meum, ut id ipſum dicatis omnes, eandem charitatem habentes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate mentis invicem æſtimantes ſibimetipſos ſuperiores, non ſua ſinguli reſpicientes, ſed aliorum.

Proverb. 20. *1. Cor.* 3. *Philip.* 2.

Ut Alexandrinos Imperator admoneat ad fidem ſinceram, & pacem redire Catholicam.

CAP. V. Hoc tamen præcipuè inſinuo ſerenitati tuæ, glorioſiſſime, & clementiſſime fili Auguſte, ut cùm cauſæ Alexandrinorum patuerint piiſſimis auribus veſtris, ad ſinceram, & Catholicam fidem eos authoritate, ſapientiâ, diviniſque veſtris monitis redire faciatis. Numquid tenendum ſit in religione Catholica ſecundùm definita Patrum, & prædicationem omnium Sacerdotum, qui in Eccleſia floruerunt, ſi hoc quoque præceperitis, ſcientibus in memoriam tranſmittendo renovabimus, ignorantibus ad diſcendum pro officio noſtræ inſtructionis offerimus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia, vel pravitas audiatur.

Dogmata Patrum tenenda.

Admonetur Imperator, ut conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet.

CAP. VI. Illud verò peculiarius pro amore imperii veſtri, & beatitudine, quæ conſequi poterit regnum, pro Apoſtolico officio prædicamus, ut, ſicut decet & Spiritus Sanctus dictat, monitis noſtris obedientia præbeatur, ut bona omnia veſtra Reſpublicam conſequantur, ſicut in Exodo promittitur, Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent, feceris coram ipſo, & obedieris præceptis ejus, & cuſtodieris omnem juſtitiam ejus, omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis, non importabo in te: Ego enim ſum Dominus, qui ſalvum facio te. Et illic iterum tuba potentiſſima canitur: Et nunc Iſraël quid Dominus Deus tuus poſtulat à te aliud, quàm ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules * in omnibus viis ejus, & diligas eum, & ſervias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua? Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, & juſtitias ejus, quas ego mando tibi. Hæc me ſuggerentem frequentiùs non ſpernat pietas tua, antè oculos habens Domini in Evangelio verba: Qui audit vos, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Nam & Apoſtolus concinens Salvatori noſtro

Obediendum Papæ monitis.

Exod. 15.

Tuba, per Moyſen. Deut. 10.

Al.* *omnes vias ejus.*

Luc. 10.

1. Theſſal. 4.

noſtro ita loquitur, Quapropter qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit Spiritum Sanctum in nobis. Pectus clementiæ veſtræ ſacrarium eſt publicæ ſelicitatis, ut per inſtantiam veſtram (quam velut Vicarium præſidere juſſit in terris) Evangelicis, Apoſtoliciſque præceptis, non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ ſunt ſalutifera, compleantur.

Quòd eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizavit, vel ordinavit Acatius, nulla portio læſionis attingat.

Diſt. 29. c. Secundum. CAP. VII. Nam ſecundùm Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus * agnoſcat, quòd nullum de his, vel quos baptizavit Acatius, vel quos Sacerdotes, ſive Levitas ſecundùm Canones, ordinavit, ulla eos ex nomine Acatii portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minùs firma videatur. Nam & baptiſmum, quod procul ſit ab Eccleſia, ſive ab adultero, vel à fure ſuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa, quæ ſonuit per Columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit. Quod declaratur cùm dicitur: Hic eſt, qui baptizat in Spiritu, & igne. Nam ſi viſibilis ſolis iſtius radii, cùm per loca ſœtidiſſima tranſeant, nullâ contactûs inquinatione maculantur; multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit, virtus nullâ miniſterii indignitate conſtringitur. Nam & Judas cùm fuerit ſacrilegus, atque fur, quicquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſimâ voce: *Matth. 23.* Scribæ (inquit) & Phariſæi ſuper Cathedram Moſis ſedent, quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in Eccleſia Miniſter pro officio ſuo videtur operari, hoc totum contineri implendo divinitatis effectum, ita ille, per quem Chriſtus loquitur, Paulus adfirmat: Ego *I. Cor. 3.* plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet, ut invidos etiam bene Chriſtum prædicare confirmet. Quo malo *Philip. 1.* diabolis ipſe dejectus eſt, & hoc ipſo prædicare non deſinit.

Al.* *cognoſcat.*

Indignitas miniſtri ſacramenti gratiam non impedit.

Joan. 1.

Quòd mali bona miniſtrando ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent.

CAP. VIII. Ideo ergo & hic, cujus nomen dicimus eſſe reticendum, malè bona miniſtrando ſibi tantùm nocuit. Nam inviolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit. Quod ſi eo aliquorum in tantum ſe extendit curioſa ſuſpicio, ut

CODEX CANONUM. *DECRETA ANASTASII.*

imaginetur prolato à Papa Felice judicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis, quæ Acatius uſurpavit, egiſſe, * hac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt, nè irrita beneficia divina videantur, meminerunt in hanc quoque partem ſimiliter tractatum prævalere ſuperiorem, quia non ſine uſurpatione Sacerdotii adjudicatus hoc egit. In quo virtutem ſuam obtinentibus * myſteriis, in hoc quoque aliis rea ſibi perſona non nocuit; nam ad illum pertinet, quod tuba David ita canitur, Veruntamen Deus conquaſſavit capita inimicorum ſuorum, verticem cipilli perambulantium in delictis ſuis. Nam ſuperbia ſemper ſibi, non alii facit ruinam, quod univerſa ſcripturarum cœleſtium teſtatur authoritas, ſicut per Spiritum Sanctum etiam dicitur in Prophera, Non habtiavit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Unde cùm ſibi Sacerdotis nomen vendicaverit condemnatus, in ipſius verticem ſuperbiæ tumor inflictus eſt, quia non populus, qui in myſteriis donum ipſius fitiebat, incluſus eſt, ſed anima ſola illa, quæ peccaverat, juſto judicio propriè erat obnoxia, quòd ubique numeroſa ſcripturarum teſtatur inſtructio. Unde remotis hominum ſtudiis, ſive verſutiis in hac adhuc præſenti fragilitate poſitorum, ſecundùm preces noſtras, adniſu, & authoritate Imperiali offerente Deo noſtro unam Catholicam Eccleſiam, & Apoſtolicam, quia hoc ſolum eſt, in quo non ſolùm in terris, ſed etiam in cœlo triumphare ſine fine poſſitis. Subſcriptio. Omnipotens Deus regnum, & ſalutem tuam perpetuâ protectione cuſtodiat, glorioſiſſime, & clementiſſime ſemper Auguſte.

* Lego *ac proinde.*

Al.* *miniſteriis.*

Pſal. 67.

Pſal. 100.

Ezech. 28.

Explicit Epiſtola Papæ Anaſtaſii.

CODEX CANONUM. *DECRETA SYMMACHI.*

PLATINA DE SYMMACHO PAPA.

Schiſma in electione Sym.

SYMMACHUS, natione Sardus, patre Fortunato, mortuo Anaſtaſio, Pontifex creatur, non ſine magna diſcordia. Nam dum pars Cleri Symmachum apud Baſilicam Conſtantinianam Pontificem decernit, pars altera apud Baſilicam Mariæ in via nova Laurentium, in locum demortui Anaſtaſii ſufficit. Seditio ingens in Senatu, ac populo Romano bifariam diviſo orta eſt, unde omnium conſenſu Concilium Ravennæ indicitur: diſcuſſâque re, præſente Theodorico, Symmachus tandem in Pontificatu confirmatur.

Schiſma alterum & ſeditio contra Sym.

Qui certè magnâ clementiâ uſus, Laurentium competitorem Nucerinis Epiſcopum dedit. Verùm anno quarto poſt, Clerici quidam ſeditionibus gaudentes, adjuvantibus Feſto & Probino Senatorii ordinis viris, Laurentium revocant, qua ex re indignatus Rex, Petrum Altini Epiſcopum Romam mittit, qui pulſo utroque Sedem teneret. Verùm Symmachus habitâ centum & viginti Epiſcoporum Synodo, & objecta conſtanti animo diluit, & omnium ſententiis obtinuit, ut Laurentius, & Petrus, malorum omnium capita, relegarentur. Orta autem ob hanc rem tanta ſeditio Romæ eſt, ut multi tum ex Clero, tum ex populo, paſſim cæderentur, nec ſacris Virginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus Presbyter, vir optimus, ad vincula Sancti Petri. Nec finis tantæ cædis factus fuiſſet, ni Fauſtus Conſul Clericos miſeratus contra Probinum tanti mali authorem, arma ſumpſiſſet. Reſpirante deinde aliquantulum Republicâ Chriſtianâ, Clodoveus, pulſis Arianis Hæreticis, & Catholicos reduxit, & Pariſiorum civitatem regni caput conſtituit.

Clodoveus Rex Francorum.

Opera Symmachi Papæ.

Symmachus verò Manichæos tum ab urbe expulit, eorumque libros antè fores Conſtantinianæ Baſilicæ concremavit. Baſilicas verò multas aut ornavit, aut à fundamentis erexit. Nam & templum beati Andreæ Apoſtoli apud Sanctum Petrum ædificavit, multoque argento & auro exornavit. Et templum ipſius Apoſtolorum Principis, ac porticum marmoribus opere vermiculato in auguſtiorem formam redegit. Gradus quoque ipſius Baſilicæ ampliores fecit, alioſque gradus ſub divo dextra, levaque. Epiſcopia præterea conſtruxit. Ædificavit etiam Baſilicam Agathæ Martyris viâ Aureliâ in fundo Lardario, Baſilicam Sancti Pancratii cum arcu argenteo librarum xv. In Baſilica Pauli renovavit abſidem, cui ruina imminebat, picturiſque ornavit. Poſt abſidem verò aquam introduxit, balneumque à fundamento erexit. In urbe autem Baſilicam Sanctorum Sylveſtri, & Martini à fundamentis extruxit,

juxta Trajani thermas, ubi & ſupra altare Cyborium fecit argenteum librarum cxx, Arcus argenteos librarum x, Confeſſionem argenteam librarum xv. Suggeſtum quoque erexit porphyreticis, & cruſtis marmoreis inſignem fecit, & gradus Baſilicæ Joannis & Pauli poſt abſidem. Auxit & Baſilicam Archangeli Michaëlis, aquamque introduxit. Sanctorum Coſmi & Damiani oratoria à fundamentis erexit viâ Tiburtinâ, in fundo Paciano, adjuvantibus Albino & Glaphyro, illuſtribus viris. Pauperibus quoque ad Baſilicas Petri & Pauli habitacula extruxit, curavitque nè quid eis deeſſet, quod ad victum pertineret: amator enim pauperum fuit. Et Epiſcopis, ac cæteris Clericis in Africa, & Sardinia propter Catholicam fidem exulantibus pecunias & veſtes ſubminiſtrabat. Reparavit etiam Baſilicam Sanctæ Felicitatis, & abſidem beatæ Agnetis cùm Baſilica, quæ ruinam minabantur in meliorem formam reſtituit. Redemit & captivos in diverſis Provinciis multâ pecuniâ. Nil poſtremò omiſit quod ad omnipotentis Dei gloriam pertineret. Creatis autem duobus & xc Presbyteris, Diaconis xvi, Epiſcopis cxviii, habitis de more ſacris ordinibus, moriens ad Baſilicam Petri ſepelitur xiv kal. Auguſti. Sedit annis xv, Menſ. vi, Diebus xii.

Codex Canonum. Decreta Symmachi. Amator pauperum Sym.

Tituli Decretorum Papæ Symmachi, numero IV.

1 Suggestio Fulgentii Archidiaconi Eccleſiæ Romanæ de congregata Synodo ex præcepto Papæ Symmachi, ut Epiſcopalis ambitus radicitus amputetur.

Diſt. 79. Si quis Papa. 2 Sententia Synodi, ut ſi quis, Papâ ſuperſtite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præſtare convincitur, loci ſui ordine, vel communione privetur.

3 Ut ſi Papa morte præventus non potuerit antè de ſui ſucceſſoris electione decernere, is ordinetur Antiſtes, quem cunctus Clerus, aut certè pars major elegerit.

4 Ut ſi quis ambientes, vel fautores ambientium, conjuratoreſque prodiderit, non ſolùm purgatus videatur eſſe, ſi fuerit particeps, verumetiam remuneratione digniſſimus æſtimetur.

* *PC. Paulini VC. die Kalendarum Martiarum* ** *in Baſilica beati Petri Apoſtoli, Synodo præſidente beatiſſimo Papâ Symmacho, Fulgentius Archidiaconus dixit:*

CODEX CANONUM. *DECRETA SYMMACHI.*

Al. * Poſt. Legendum forſitan eſt, Poſt Conſulatum Paulini viri clariſſimi, die Kal. &c.

** *Ann. Chriſti 499.*

1. BEATITUDO veſtra, directis antehac per Provincias authoritatibus, frequenter Italiæ Sacerdotum Synodum convocavit, quorum præſentia in veſtris videtur oculis conſtituta, nunc beatitudo veſtra, quæ ad Eccleſiaſticas indemnitates, vel ad pacem totius Eccleſiæ pertinent, ſive concordiam dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum eſt ab omnibus Epiſcopis, & Preſbyteris: Exaudi, Chriſte, Symmacho vita. Dictum eſt X. Cujus ſedem, & annos. Dictum eſt VIII. Ut facias rogamus. Dictum eſt X.

Acclamatio I.
X. Decies.
VIII. Octies.

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit:

CONCILIUM dilectionis veſtræ, neglectâ hyemis aſperitate, ſollicitudo noſtra pro Eccleſiaſtica indemnitate ſpecialiter congregavit, ut Epiſcopalem ambitum, & confuſionis incertum, vel popularem tumultum, quem per ſubreptionem conſtat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum poſſimus robuſtè ac vivaciter amputare, atque ideo caveamus in poſterum, nè ſubverſo diſciplinæ, aut audacia præſumentum geſtiat tentare ſimilia, & pari donatione tractemus, expreſſis ſcilicet ſententiis ſancientes, quod circa Romani Epiſcopi ordinationem debeat cuſtodiri. Univerſi Epiſcopi, vel Preſbyteri dixerunt, Ut fiat, rogamus. Dictum eſt X. Ut ſcandala amputentur, rogamus. D. IX. Ut ambitus extinguatur, rogamus. D. * XII. Exaudi, Chriſte, Symmacho vita. D. VI. Cujus ſedem, & annos. D. V. Ut de præſentia fiat. Dictum eſt X.

Tumultus populi olim in electione Papæ.

Acclam. II.

Al.* *XV.*

Symmachus Epiſcopus dixit:

QUONIAM fraternitas veſtra curam proviſionis noſtræ ſuis exhortationibus incitavit, & parilem circa Eccleſiæ tranquillitatem, Dei noſtri contemplatione, animum preſtat: ſicut præfati ſumus, deliberatione in præſenti habitâ, quid placeat ex omnibus veſtris informate ſententiis, quæ in hoc venerabili Concilio per Eccleſiaſtica recitentur officia. Cùmque ſurrexiſſent, & paulo poſt iterum conſediſſent, Æmilianus Notarius Synodi decreta vulgavit.

II. Propter frequentes ambitus, atque Eccleſiæ nuditatem, vel populi colliſionem, quæ moleſta incompetenter Epiſcopatum deſiderantium generavit aviditas, ut extinguatur futuris præſumptio tam perniciosa temporibus, conſtituit ſancta Synodus, ut ſi quis

Diſt. 79. c. Si quis Papa. §. Si quis Preſbyter.

Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus, Papâ incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut Pitatio * committere, aut Sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certè suffiragium pollicери, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate, vel communione privetur. Universa Synodus surgens acclamavit, Exaudi, Christe, Symmacho vita. D. X. Hic pax cum Symmacho. D. XV. Cujus sedem & annos. D. VIII.

CODEX CANONUM. DECRETA SYMMACHI. Al. * *promittere.* *Acclam. III.*

Pari severitate feriendo eum, qui hoc vivo (sicuti dictum est) Pontifice, quolibet modo fuerit ambisse convictus, aut certè tentasse, omnibus pariter hujus culpæ reis anathematis pœna plectendis.

Symmachus Episcopus dixit:

III. ERGO Universitati placet, & ab omnibus recognoscitur, vel probatur ista sententia? Universa Synodus dixit, Placet, & quod omnibus placet, fiat.

Ea dist. c. Si transitus. Si, quod absit, transitus Papæ inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris, ut suprà placuit, non possit antè decernere, siquidem in unum totius inclinaverit Ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus Episcopus. Si enim, ut fieri solet, studia cœperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum, sic tamen, ut Sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto judicio, de electione decreverit. Synodus dixit: Placet. Dictum est decies.

IV. Propter occultas autem fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas hujus sententia distinctionis consequitur, si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam, consilia eorum, qui contra hanc Synodum de Pontificali egerit ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps actionis hujusmodi, non solùm purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, *Acclam. IV.* sublevetur. Universa Synodus surgens acclamavit, Placet. Et adjecit: Exaudi, Christe, Symmacho vita. Dictum est XXX. Ut ita serventur, rogamus. D. X. Ut nullus aliter ad Episcopatum Romanum deinceps veniat, precamur. D. X. Ut decreta nostra confirmes, rogamus. D. X.

Symmachus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ dixit:

ACCLAMATIONES vestras, Synodique judicium præsentia gesta suscipient. Et adjecit, ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores, vel insensos rebus Ecclesiasticis ægritudinis morbos quibus universalis afficiebatur Ecclesiæ deliberatio religioni congrua, pacique constituit, firmitatem perpetim sortientur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat bonarum, Syno-

dalis ordinatio vigeat, atque * omnes, ſine perſonæ alicujus diſtinctione * venire præſumpſerit, inditâ ſuperiùs diſtrictione plectetur.

CODEX CANONUM. DECRETA SYMMACHI.

* Lego *omnis.*
* Lego *qui contra venire.*

ET SUBSCRIPSERUNT

Cælius Symmachus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ, his conſtitutis Synodalibus, à me probatis atque firmatis, conſentiens ſubſcripſi.

Cælius Ruſticus Epiſcopus civitatis* Meturnenſis ſubſcripſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

* Fortè *Minturnenſis.*

Cælius Boniſacius Epiſcopus Eccleſiæ Veliternenſis ſubſcripſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Miſſenus Cumanus. *Creſconius* Tudertinus. *Baſilius* Tollentinatis. *Decius* Triumtabernarum. *Valentinus* Amiterninus. *Vitalis* Faneſtris. *Maximus* Blenarus. *Benignus* Aquævivenſis. *Palladius* Sulmontinus. *Conſtantius* Otriculanus. *Germanus* Piſaurenſis. *Candidus* Tiburtinus. *Vitalianus* Narnienſis. *Juſtus* Acherontinus. *Stephanus* Nurſinenſis. *Fortunatus* Anagninus. *Ruſinus* Canuſinus. *Clarus* Aliſanus. *Vitalis* Fundanus. *Innocentius* Mibanatis. *Baſſus* Ferentininovi. *Vitalianus* Roſellanus. *Conſtantinus* Capuanus. *Fortunatus* Sueſſanus. *Vindemius* Antiatinus. *Joannes* Ariminenſis. *Martyrius* Terracinenſis. *Laurentius* Tribienſis. *Serenus* Nomentanus. *Adeodatus* Cerrenſis. *Dulcitius* Sabinenſis. *Paſchaſius* Vulturnenſis. *Fortunatus* Epiſcopus Eccleſiæ Anagninæ, *pro Sanctulo* Epiſcopo civitatis Signinæ, *quia ſubſcribere non potuit, pro eodem ſubſcripſi. Valerius* Calenotanus. *Feliciſſimus* Foroſempronienſis. *Valentinus* Amiterninus, *pro Romano* Epiſcopo Eccleſiæ Pitinanatium *ſubſcripſit. Colonius* Foroclodienſis. *Joannes* * Spoletinus. *Maximianus* Peruſinus. *Lucianus* Tarquinienſis. *Florentius* Peſtanus. *Fortunatus* Fulgentanus. *Gaudentius* Tudinatis. *Felix* Nepeſinus. *Aucupius* Puteolanus. *Roſarius* Surrentinus. *Epiphanius* Beneventanus. *Conſtantius* Venafranus. *Saluſtius* Amerinus. *Malenſis* Centumcellenſis. *Maximianus* Subauguſtanus. *Joannes* Vivonenſis. *Mercurius* Sutrinus. *Serenus* Nolanus. *Timotheus* Abellinatis. *Stephanus* Neapolitanus. *Roſarius* Epiſcopus, *pro fratre meo Urſo* Epiſcopo *ſubſcripſi. Gaudentius* Volſinenſis. *Item Gaudentius* Epiſcopus Volſinenſis, *pro Projectitio* Epiſcopo Foronovano. *Quintus* Theanenſis. *Bellator* Oſtienſis. *Lampadius* Urbis Albenſis. *Urſus* Stabianus. *Gaudentius* Salernitanus. *Marius* Tiſerninus. *Adeodatus* Formienſis. *Saturninus* Herdonitanus.

Al. * Spolitanus.

Subſcripſerunt Epiſcopi, numero LXXIII.

Cælius Laurentius Archipresbyter tituli (a) *Braxedis hic ſubſcripſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.*

Januarius Preſbyter tituli Veſtinæ. *Martianus* Presb. tit. Sanctæ

(a) *Braxedis*] *Praxedis.*

Cæciliæ. *Gordianus* Presb. tit. Pammachii. *Petrus* Presb. tit. Sancti Clementis. *Urbicus* Presb. tit. Sancti Clementis. *Paulinus* Presb. tit. Sancti Julii. *Valens* Presb. tit. Sanctæ Sabinæ. *Petrus* Presb. tit. Chryſogoni. *Soranus* Presb. tit. Veſtinæ. *Aſterius* Presb. tit. Pudentis. *Juſtinus* Presb. tit. Pudentis. *Felix* Presb. tit. Equitii. *Redemptus* Presb. tit. Chryſogoni. *Projectitius* Presb. tit. Damaſi. *Jovinus* Presb. tit. Æmilianæ. *Bonus* Presb. tit. Creſcentianæ. *Paſchaſius* Presb. tit. Euſebii. *Joannes* Presb. tit. Pammachii. *Sebaſtianus* Presb. tit. Nicomedis. *Martinus* Presb. tit. Cyriaci. *Andreas* Presb. tit. Sancti Matthæi. *Servus Dei* Presb. tit. Sancti Clementis. *Opilio* Presb. tit. Veſtinæ. *Petrus* Presb. tit. Chryſogoni. *Romanus* Presb. tit. Tigridæ. *Marcellinus* Presb. tit. Julii. *Dominicus* Presb. tit. * Creſcentianæ. *Abundantius* Presb. tit. Sabinæ. *Marcellus* Presb. tit. Romani. *Aſellus* Presb. tit. Vizantis. *Sebaſtianus* Presb. tit. Equitii. *Agatho* Presb. tit. Vizantis. *Valentinus* Presb. tit. Euſebii. *Anaſtaſius* Presb. tit. Anaſtaſiæ. *Geneſius* Presb. tir. Nicomedis. *Dionyſius* Presb. tit. Æmilianæ. *Epiphanius* Presb. tit. Apoſtolorum. *Acontius* Presb. tit. Faſciolæ. *Paulinus* Presb. tit. Faſciolæ. *Agapetus* Presb. tit. Apoſtolorum. *Adeodatus* Presb. tit. Equitii. *Benedictus* Presb. tit. Gaii. *Dominicus* Presb. tit. Priſcæ. *Redemptus* Presb. tit. Trigridæ. *Severus* Presb. tit. Gaii. *Stephanus* Presb. tir. Marcelli. *Creſcentius* Presb. tit. Apoſtolorum. *Julianus* Presb. tit. Anaſtaſiæ. *Septiminus* Presb. tit. Julii. *Cyprianus* Presb. tit. Marci. *Epiphanius* Presb. tit. Faſciolæ. *Bonifacius* Presb. tit. Cæciliæ. *Petrus* Presb. tit. Praxedis. *Timotheus* Presb. tit. Marcelli. *Hilarius* Presb. tit. Lucinæ. *Victorius* Presb. tit. Sabinæ. *Laurentius* Presb. tit. Sancti Laurentii. *Eutyches* Presb. tit. Æmilianæ. *Julianus* Presb. tit. Anaſtaſiæ. *Marcus* Presb. tit. Lucinæ. *Unicemalus* Presb. tit. * Creſcentianæ. * *Aburibus* Presb. tit. Marci. *Venantius* Presb. tit. Marcelli. *Stephanus* Presb. tit. Euſebii. *Paulinus*. Presb. tit. Sancti Laurentii.

CODEX. CANONUM. DECRETA SYMMACHI.

Al. * Creſcentinæ.

Al. * Creſcentinæ. *Al.* * Abundius.

Subſcripſerunt Presbyteri, numero LXVII.

SUBSCRIPTIO DIACONORUM.

Cyprianus Diaconus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, regionis VII, his ſubſcriſpſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Anaſtaſius, Diaconus regionis primæ, ſubſcripſi.
Citonatus, Diaconus regionis quintæ ſubſcripſi.
Joannes, Diaconus regionis ſecundæ ſubſcripſi.
* Tarrenis, Diaconus regionis primæ ſubſcripſi.
Tertullus, Diaconus regionis quartæ ſubſcripſi.

Al.* *Tarrenſis.*

Exemplar

CODEX CANONUM. DECRETA SYMMACHI.

Exemplar conſtituti facti à Domino Symmacho Papa de rebus Eccleſiæ conſervandis.

Flavio * Aviento V. C. juniore, Coſ. ſub die VIII iduum Novembrium, ** in Baſilica beati Petri Apoſtoli, præſidente venerabili viro Papa Symmacho, unà cum venerabilibus viris

Al.* *Aviané* **Ann. Chriſti 502.

*Laurentio, Æmiliano, Creſcone, Innocentio, Joanne, Fortunato, Jocundo, Eutychio, Mercurio, Aſello, Paſchaſio, Hilaro, Colonico, Severino, Sebaſtiano, Petro, Felice, Benigno, Maximo, Eulalio, Euſtachio, Fortunato, Aprile, Fortunato, Stephano, Memore, Innocentio, Maximiliano, Martyrio, Vindemio, Dulcitio, Servo Dei, Felice, Chryſogono, Probo, Mercurio, Maximo, Tigridio, Pacatiano, Joanne, Sereno, Laurentio, Candido, Elpidio, Hilario, Innocentio, Vitale, Venerioſo, Siluno, Propinquo, Romano, Laurentio, Baſſiano, * Refentio, Stephano, Proculejano, Martiano, Felice, Innocentio, * Conandio, Gerontio, Severino, Caſto, Ariſtone, Valentino, Victore, Urſo, Adeodato, Euſebio, Venantio, Amando, Aſello, Aſterio, Auguſto, Ruſtico, Baſilio, Martiniano, Projectitio, Salluſtio, & Florentio*, Epiſcopis reſidentibus.

Al.* Ruſentio. Al.* Concordio.

Etiam *Projectitio, Servo Dei, Abundantio, Marcello, Paſchaſio, Adeodato, Hilario, Venantio, Littorio & Fortunato, Epiphanio, Octaviano, Paulino, Benedicto, Severo, Timotheo, Marco, Petro, Martino, Epiphanio, Vicomalo, Agathone, Juliano, Joanne, Adeodato, Petro, Chryſogono, Sebaſtiano, Anaſtaſio, Juliano, Creſcentiano, Paulino, Laurentio, Stephano, Chryſogono, Tinulo* vel *Maximo*, al. *Maximino*, Presbyteris.

ADSTANTIBUS QUOQUE DIACONIS Anaſtaſio, Hormiſda, Joanne & Agapeto.

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit:

I. BENE quidem fraternitas veſtra Eccleſiaſticis legibus obſequuta ſub divini timore judicii quæ * erat ſtatuenda, definivit, & ad juſtitiæ cumulum pervenit, dum ſufficienter univerſa complectitur, nec adjectione indiget plenitudo, maximè de Clericis, quos amor dominationis invaſit, & jugum diſciplinæ Eccleſiaſticæ fecit reſpuere, quos propterea ſchiſma feciſſe apud * vos conſtitit; quibus miſericordiam tamen, quam Deus mandat univerſis impendi, ſicut oportuit, non negaſtis, ſi duritia cordis eorum non

Diſt. 96. Bene quidem.

*Lego *erant.*

*Fortè *nos.*

CODEX CANONUM.

DECRETA SYMMACHI.

Quædam ſcriptura producitur.

ſibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia quorum exceſſus enarrare difficile eſt. Unum tamen, quod occurrit, venerando ordini veſtro intimare non differo. Dixerunt inter alia Scripturam quandam illuſtris memoriæ Baſilium quaſi pro Eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ conſcripſiſſe, in qua nullus Romanæ Eccleſiæ nec interfuit, nec ſubſcripſit Antiſtes, per quem potuiſſet fortiri legitimam firmitatem. Nè ergo inde diſputem, unde poteſt veſtrum judicare Concilium, requiratur, & reſeratur in medium, ut lectione agnoſcatis cujuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. Sancta Synodus reſpondit: Deferatur in medium, ut cujuſmodi ſit, poſſit agnoſci, & dum diceret, Hormiſda Diaconus recitavit.

Exemplaria Scripturæ.

Geſta ſub Simplicio.

II. CUM in unùm apud beatum Petrum Apoſtolum reſediſſent, ſublimis, & eminentiſſimus vir, Præfectus prætorio, atque Patritius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris, Baſilius dixit: Quanquam ſtudii noſtri & religionis interſit, ut in Epiſcopatûs electione concordia principaliter ſervetur Eccleſiæ, nè per * occaſionem ſeditionis ſtatus civitatis vocetur in dubium, tamen admonitionem beatiſſimi viri Papæ noſtri Simplicii, quam antè oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, ut propter illum ſtrepitum, & venerabilis Eccleſiæ detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cujuſlibet celebretur electio. Et cùm legeret, Creſconius Epiſcopus civitatis Tudertinæ Eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu, dixit: Hic perpendat ſancta Synodus, * ut præter miſſas perſonas religioſas, quibus maximè cura eſt de tanto Pontifice, in ſuam redigerent poteſtatem. Quod contra Canones eſſe manifeſtum eſt. Item Hormiſda Diaconus legit: Nè quid confuſionis, atque diſpendii venerabilis Eccleſia ſuſtineret, miramur prætermiſſis nobis quicquam fuiſſe tentatum, cùm Sacerdote noſtro ſuperſtite nihil debuiſſet * adſumere. Quare, ſi amplitudini veſtræ vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſâ * oneratione ſervemus, hanc legem ſpecialiter præſcrentes, quam nobis hæredibuſque noſtris Chriſtianæ mentis devotione ſancimus.

Verba Baſilii PP.

Al.* *occaſiones.*

Simplicius quartus antè Symmachum.

Interloquutio Creſconii.

Gra. *utrum prætermiſſi religioſis perſonis, quibus maximè cura eſt de tanto Pontifice.*

Laici electionem ejus in ſuam poſſint red. pot.

Verb. Baſilii.

* Fortè *adſumi.*

Nè unquam prædium, ſeu ruſticum, ſeu urbanum, vel ornamenta, aut miniſteria Eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuſlibet titulis ad Eccleſiarum jura pervenerint, ab eo, qui nunc Antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſæculis ſequentur, quocunque titulo, atque commento alienare voluerit, inefficax atque irritum judicetur, ſitque facienti

Gra. * *veneratione.*

Ex Baſilii.

vel consentienti, accipientique anathema. Maximus Episcopus * Bledanæ Ecclesiæ dixit: Modò sancta Synodus dignetur edicere, licuit Laïco homini anathema * in ordine Ecclesiastico dictare? Aut si potuit Laïcus Sacerdoti anathema dicere, & contra Canones (quod ei non competebat) constituere? Dicite, vobis quid videtur de me? Licuit Laïco legem dare? Sancta Synodus dixit: Non licuit, & adjecit: Lege sequentia. Hormisda Diaconus legit: Et is, qui prædium rusticum, vel urbanum juris Ecclesiastici fuerit consequutus, noverit se nullâ lege, vel præscriptione munitum, sed sive is, qui alienaverit, sive qui eum sequentur, voluntate contrariâ prædium hujusmodi alienatum revocare tentaverit, id cum fructibus restituat, qui illud fuerit consequutus. Et cùm legeret, Stephanus Episcopus Venusinæ Ecclesiæ, surgens è consessu, dixit, Perlegatur. Hormisda Diaconus legit.

Supra * *Blenare*

Interloquutio Maximi.

Gra. * *in ordinem Ecclesiasticum.*

Quam etiam pœnam placuit accipientes hæredes, prohæredesque respicere. In qua re cuilibet Clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit, ab iis, quos hoc maximè servare convenerat, * in altitudine transferatur. Planè quæcunque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & vestibus minùs apta usibus, vel ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ servari, ac diu manere non possunt, sub justa æstimatione vendantur, & erogatio religiosè proficiat. Cùmque lecta fuisset, Laurentius Mediolanensis Ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare Pontificem, quia non licuit Laïco statuendi in Ecclesia, præter Papam Romanum, habere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi, maximè, cùm nec Papa Romanus subscripserit, nec alicujus secundùm Canones Metropolitani legatur assensus. Petrus Episcopus Ravennatis Ecclesiæ dixit: Scriptura quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est, quia nec Canonibus convenit, & à Laïca persona concepta videtur, maximè quia in ea nullus Præsul Sedis Apostolicæ interfuisse, vel propriâ subscriptione firmasse monstratur. Eulalius Episcopus Syracusanæ Ecclesiæ dixit: Scriptura, quæ in Sacerdotali Concilio recitata est, evidentissimis documentis constat invalida. Primum, quod contra Patrum regulas à Laïcis, quamvis Religiosis, quibus nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, facta videtur; deinde, quod nullius Præsulis Apostolicæ Sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cujusliber Provinciæ Sacerdotes, intra suos terminos, Concilio habito, quicquid sine Metropolitani sui Antistitis authoritate tentaverint, irritum esse

Verba legis ejusdem.

Ne fraudentur defuncti in fundationibus suis.

* Lego *in alterum transferantur.*

Invalidam esse istam scripturam.

26. q. 7. c. Non placuit. Nic. Conc. c. 4. & 6.

Secundo.

Tertio.

26.q.7.Laicis quamvis relig.

Nic. Conc. ubi supra.

CODEX CANONUM *DECRETA SYMMACHI.*

debere Patres ſancti ſanxerunt; quantò magis, quod in Apoſtolica Sede, non exiſtente Præſule, qui prærogativam beati meriti Apoſtoli Petri per univerſum orbem Primatum obtinens Sacerdotii ſtatutis Synodalibus conſuevit tribuere firmitatem, à Laïcis, licèt conſentientibus aliquantis Epiſcopis (qui tamen Pontifici, à quo conſecrari probantur, præjudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri.

Rom. Pont. Primatum obtinet per totum orbem.

III. Sancta Synodus dixit: Licèt ſecundùm proſequutionem venerabilium fratrum noſtrorum, Laurentii, Petri, Eulalii, Creſconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti, quæ etiam ſi aliquâ poſſet ſubſiſtere ratione modis omnibus in Synodali conventu, providâ beatitudinis veſtræ ſententiâ enervari conveniebat, & in irritum deduci, nè in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet Laïcis, quamvis Religioſis, vel Potentibus, in quacunque civitate, quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis Sacerdotibus diſponendi indiſcuſſè à Deo cura commiſſa docetur.

Quarto.

Symmachus Epiſcopus dixit: Modò, quia Deus præſentiam veſtram votivam mihi ſub qualibet occaſione conceſſit, volo, ſi placet, rem fieri firmam, quam credo Eccleſiaſticis facultatibus convenire, ut agnoſcant omnes, quos in me vanus furor excitavit, nihil me magis ſtudere, quàm ut ſalvum eſſe poſſit, quod mihi eſt à Deo ſub diſpenſatione commiſſum, ſed etiam quibuſlibet ſucceſſoribus Deum timentibus gratum eſſe debeat, & ad Eccleſiaſtici cuſtodiam patrimonii pertinere.

Sancta Synodus dixit: Scimus proviſionem veſtram neceſſariis ſtudere, & ideo in veſtra eſt poteſtate ſequenda diſponere.

Præfatio Papæ in ſubſequens decretum.

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit: Magna quidem venerando & Sacerdotali debetur cultura propoſito, cui imminet de ſtudio, quæ recta ſunt, non de neceſſitate diſponere. Sed quoniam in aliquibus aliena poſtulantibus, vitiorum mater avaritia, repudiatis honeſtatis repagulis, totum putat expedire quod licet, & ita, dum prædæ inhiat, patientia ſupernæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem * cœlo moderante, judiciis ſe exiſtimant non teneri, & clarum ſit, quòd apud certos in occaſionem rapiendi procedat divinæ mora ſententiæ. Sed nobis, quos paſtoralis cura, & Eccleſiaſticæ adſtringit pro diſpenſatione credita ratio reddenda ſubſtantiæ, opus eſt, ut ſollicitudinem noſtram non ſolum ad præſentia, ſed etiam ad ſecutura ſæcula porrigamus, nè ad animæ noſtræ detrimenta contingat, ſi hi, qui poſſunt, ſtatutis debere innocentia præſumentis de libertate deliquerit, cùm religioſa poſſint & nos, & ſucceſſores noſtri poteſtate fulciri, legibus Eccleſiaſticis ſervientes.

* Fortè *ſelo.*

IV. His ergo perpenſis, manſuro cum Dei noſtri conſideratione decreto ſancimus, ut nulli Apoſtolicæ Sedis Præſuli à præſenti die, donec diſponente Domino Catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris, liceat prædium ruſticum, quantæcunque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cujuſlibet jura transferre, nec cujuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu. Quippe cùm non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis Clericorum, vel Laïcorum ſub hac occaſione accepta tueatur, ſed nec in uſufructum jura aliquibus dari liceat, nec data retineri, præter Clericos & captivos, atque peregrinos, nè malè tractationis miniſtretur occaſio, cùm liberalitati illi alia itinera reſerventur.

CODEX CANONUM DECRETA SYMMACHI. 12. q. 2. *Non liceat Papæ.*

V. Sanè tantùm domus in quibuſlibet urbibus conſtitutæ, quarum ſtatum neceſſe eſt expenſa non modica ſuſtentari, acceptis, ſi auferri contigerit, ſub juſta exiſtimatione redditibus, & divini timore judicii commutentur.

VI. Pari etiam Eccleſiarum per omnes Romanæ civitatis titulos, qui ſunt Presbyteri, vel cuicunque fuerint, adſtringi volumus lege cuſtodes, quia nefas dictu eſt obligatione, quâ ſe per charitatem Chriſti connectit ſummus Pontifex, eâ hominem ſecundi in Eccleſia ordinis non teneri. Quicunque tamen oblitus Dei, & decreti hujus immemor, cujus Romanæ civitatis Sacerdotes volumus religioſis nexibus devinciri, in conſtitutum præſens committens,* quicquam de jure titulorum, vel Eccleſiæ ſuperiùs præfatæ quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque, ſi ſunt, vel ſi acceſſerunt, aliquæ mobilia ad ornamenta divina minimè pertinentia perpetuo jure, exceptis duntaxat ſub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione multetur.

17. q. 4. *Quicunque.*

VII. Præterea, qui petierit, aut acceperit, vel qui Presbyterorum, aut Diaconorum, ſeu deſenſorum danti ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: ſitque accipienti, vel ſubſcribenti de perſonis ſuperiùs comprehenſis, id eſt, quas anathemate feriri cenſuimus, in ſtatuta ** plena contubernium, ſervatâ, quam præmiſimus in alienatore, vindictâ. Niſi fortè & alienator ſibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri reſtitutione proſpexerit.

Anathemate percutit Deus iratus animas.

Al.* *pœna.*

* Fortè *præſentia committentium.*

VIII. Quòd ſi minore animæ ſuæ curâ quiſquam remedium oblatum ſortè neglexerit, ſupra ea pœnarum genera, quæ ſuperiùs tenentur adſcripta, contra fas, ſi quod conceptum fuerit documentum, univerſis viribus (quamvis ab initio nullas habuerit) affectetur. Sed etiam liceat quibuſcunque Eccleſiaſticis perſonis vocem contradictionis afferre, & Eccleſiaſticâ authoritate fulciri, ita ut cum fructibus poſſit * aliéna repoſcere, nec aliquo ſe antè tribunal

Contra dicendum alienationi.

* Fortè, *alienata.*

Christi obstaculo muniat, quia religiosis animabus ad subsistantiam pauperum derelicta contra fas, sine aliqua pietatis consideratione, dispergit. Hujus autem constitutionis legem in Apostolica tantùm volumus Sede servari, universis Ecclesiis per Provincias secundùm animarum considerationem, quem proposito religionis convenire Rectores earum viderint, more servato.

CODEX CANONUM. DECRETA SYMMACHI.

ET SUBSCRIPSERUNT

Cælius Symmachus Episcopus Ecclesiæ Romanæ, huic constituto, à nobis facto, subscripsi.

Cælius Laurentius Episcopus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, huic constituto, à venerabili Papa Symmacho facto, subscripsi.

Petrus Episcopus Catholicæ Ravennatis Ecclesiæ, huic constituto, à venerabili Papa Symmacho facto subscripsi.

Eulalius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Syracusanæ, huic constituto, à venerabili Papa Symmacho facto, subscripsi.

Felix Interamnensis. *Æmilianus* * Tetelensis. *Tigridius* Taurinatis. *Passus* Mutinensis. *Maximus* Bleranus. *Rusentius* Ignatinus. *Martinianus* Ostiensis. *Fortunatus* Vessanensis. *Eucarpus* * Messanensis. *Stephanus* Venusinus. *Romulus* Prænestinus. *Vindemius* Antiatinus. *Fortunatus* Fulgenatis. *Martianus* Aëcanensis. *Chrysogonus* Albanensis. *Laurentius* Vobianensis. *Paschasius* Vulturnensis. *Aprilis* Nucerinus. *Innocentius* Forosempronien. *Felix* Nepesinus. *Amandus* Potentanus. *Colonius* Foroclodien. *Projectus* Forinovi. *Bonifacius* Foroflaminien. *Rusticus* Bursentinus. *Victor* Dunensis. *Sylvimus* Veliterninus. *Ariston* Ostiensis. *Felix* Nepesinus. *Asterius* Aquinatis. *Eusebius* Fanestris. *Cresconius* Tudertinus. *Jocundus* * Augustinus. *Vitalis* Fundanus. *Pacatianus* Coasilienſis. *Martyrius* Terracinensis. *Basilius* Tollentinas. *Benignus* Aquævivensis. *Severinus* Tyndarinen. *Joannes* Spoletinus. *Valentinus* Amiternius. *Probus* Carmejanen. *Candidus* Tiburtinus. *Proculejanus* Sepinatis. *Maximianus* Perusinus. *Eutychius* * Tranensis. *Fortunatus* Anagninus. *Marcus* Samninus. *Memor* Canusinus. *Florentius* Blestinen. *Concordius* * Mesetanis. *Asellus* Populonien. *Elpidius* Veliterninus. *Venerioſus* Pellensis. *Sebastianus* Syranus. *Venantius* Senogalicn. *Innocentius* Tiphernus. *Justus* Signiensis. *Augustus* Liparitanus, pro *Urso*. *Propinquus* Trebiatis. *Romanus* Nomentanus.

Al. * Vetellensis.

Al. * Mensanensis.

* *Forte* sub Augustanus ut sup.

Al. * Manensis.

Al. * Mesenatis.

Item Tituli ejuſdem Concilii. *

CODEX CANONUM. *DECRETA SYMMACHI.* * *Addo* ſupra-poſiti.

1 DE præloquutione Papæ Symmachi, qui Synodi ſtatuta collaudans Clericorum ſuorum culpat exceſſus, quod inter alia etiam propter conſtitutum illuſtris memoriæ Baſilii à ſua communione deſciverint.

2 Exemplar ipſius conſtituti Synodo recenſetur.

3 Sententia ipſius Synodi, quâ præfatum conſtitutum nullius eſſe momenti decernitur.

4 Ut nulli Apoſtolicæ Sedis Præſuli poſſeſſionem Eccleſiæ magnam, vel parvam in perpetuum liceat alienare, vel commutationis obtentu ad cujuſlibet jura tranſvertere.

5 De domibus Eccleſiaſticis, quæ ſunt in urbibus, commutandis.

6 Ut non liceat Presbyteris urbis Romæ, titulorum ſuorum prædia, ſeu quicquid juris eorum fuerit, quolibet alienare commento: qui verò hoc agere tentaverit, ordinis ſui amiſſione plectatur.

7 Ut qui petierit prædium Eccleſiæ, & acceperit, aut ſi quis Presbyterorum, aut Diaconorum, neç non defenſorum danti ſubſcripſerit, anathemate feriatur.

8 Ut ſi quis anathematis pœnam parvi duxerit, etiam documento, quo ſe putat Eccleſiæ prædium poſſidere, fruſtretur: liceatque cuilibet Eccleſiaſticæ perſonæ vocem contradictionis ad ferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata repoſcere.

Ruffo magno, Fauſto Avieno, VV. CC. Conſſ. ſub die X. Kal. Novembrium. ** *Quarta Synodus habita* (a) *Romæ palmaris.* ** *Ann. Chriſti* 502.

SANCTA Synodus apud urbem Romam ex præcepto glorioſiſſimi Regis Theodorici ex diverſis regionibus congregata in Chriſti nomine dixit: Cùm ex diverſis Provinciis ad urbem Romam convenire Sacerdotes Regia præcepiſſet authoritas, ut de his, quæ de venerabili Papa Symmacho Apoſtolicæ Sedis Præſule, ab adverſariis ipſius dicebantur impingi ſanctum Concilium judicaret, Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum Epiſcopis, quos ad præſentiam Principis * ſpei itineris ductos attraxit, conſulendi Regem incubuit neceſſitas, quæ hos voluiſſet ætate fractos, debilitate corporis invalidos cauſa congregari. Reſpondit præfatus Rex piiſſimus bonæ converſationis affectum, plura ad ſe de Papæ Symmachi actibus horrenda fuiſſe perlata, & in Synodo oportere tractari, ſi vera eſſe inimicorum ejus objectio, judicatione conſtaret. Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occaſio, ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur impetitus, debuiſſe Synodum convocare, ſcientes, quia ejus * Sedis primum Petri Apoſtoli meritum, vel Principatus, deinde, ſequuta * juſſione Domini, Conciliorum venerandorum authoritas, * ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem, nec * antè dictum

Quæ fuerat cauſa Synodi congregandæ.

* Fortè *ſpes aut pes.*

Reſponſio Regis Theodorici.

Solus Papa Synodum convocare debet.

* Fortè *Sedi.*

** Fortè *juſſionem.*

Al. * *ſingulorum.*

* Fortè *antè dicta.*

(a) *Romæ palmaris.*] V. C. *Romanæ palmaris.*

Sedis Antiſtitem minimorum ſubjacuiſſe * judicium, in propoſitione ſimili facilè forma aliqua teſtaretur. Sed * potiſſimus Princeps ipſum quoque Papam in colligenda Synodo voluntatem ſuam litteris demonſtraſſe ſignificavit. A manſuetudine ejus paginæ poſtulatæ ſunt, quas ab eo directas conſtabat, has dari Sacerdotibus ſine tarditate conſtituit, vel quicquid in eodem negotio actum, ſcriptis Romam ex diverſis terrarum, vel regionum partibus Dei proſequutione perventum eſt. Et dum * venerabili collectione de incipiendo haberetur negotio, prout poſcebat cauſa tractatus, ſanctus Papa Symmachus Baſilicam Julii, in qua Pontificum erat congregatio, prout habuit cura, celeriter ingreſſus eſt, & de evocatione Synodali clementiſſimo Regi gratias retulit, & rem deſiderii ſui eveniſſe teſtatus eſt. Cauſa ergo de Sacerdotum animis, quæ de Concilio nondum firmato triſtitiam miniſtrabat, abſciſſa eſt, authoritatem ordini colligendo, ſicut poſcebant Eccleſiaſtica ſtatuta, in omnium, qui ibidem convenerant, Epiſcoporum præſentia, ſe dare profeſſus eſt, ſperans, ut viſitator, qui contra religionem, contra ſtatuta vererum, vel contra regulas majorum à parte Cleri, vel aliquibus Laïcis fuerat poſtulatus, ex ordinatione Antiſtitum, ſicut decebat ſanctum propoſitum, primâ fronte cederet: & omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati ejus ab honorabili Concilio redderentur, & tanti loci Præſul legaliter priùs ſtatui priſtino redderetur, & tunc veniret ad cauſam, & ſi ita rectè videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo Sacerdotum numero, atque ut mereretur, effectum optabant. Decernere tamen aliquid Synodus ſine Rege non præſumpſit, ſed ſuggeſtio juſta per legatorum negligentiam non meruit ſecundùm vota reſponſum. Juſſus eſt Regis præceptionibus Papa Symmachus antè patrimonii vel Eccleſiarum, quas amiſerat, receptionem, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere, qui poteſtatis ſuæ privilegia, & quæ pro conſcientiæ, quantum juſtè æſtimamus, emendatione ſubmiſerat, nec hâc voluit vice reſumere. Sed dum eſſet Synodus in Hieruſalem Baſilica ſeſſoriani palatii conſtituta, aliquibus Sacerdotibus viſum eſt, ut libellus, quem accuſatores paraverant, qui quotidie ſe litionibus appellabant, ſuſciperetur à Synodo, in quo ſuſcepto duo erant quæ vel veritati inimica eſſent, vel ipſi, quantum oſtenditur conventus * Eccleſiaſtico-propoſito repugnare. Unum, quia dicebant crimina memorati ſuperiùs Symmachi Papæ apud Regiam conſtitiſſe notitiam, quod falſum eſſe declaravit, non enim quaſi novam cauſam audientiæ commiſiſſet, ſi ejus conſcientiam convictum de errore ſolum ſe ſciret expectare ſententiam. Aliud, quod per ſervos de his quæ objiciebant, ſe eum loquebatur poſſe convincere, addentes, ut ipſe mancipia traderet, quibus

CODEX CANONUM.

DECRETA SYMMACHI.

* Forte *judicio.*

* Forte *piiſſimus ſeu potentiſſimus.*

* Addo *in* vel *à Adventus Papæ in Synodum.*

Non juſtè actum eſt ibi cum Symmacho.

Extra de reſti. ſpoliatorum per totum.

Juſſio regis.

Patientia Papæ.

Libellus accuſatorum Papæ ſolſus.

* Forte *Eccleſiaſtici.*

2. q. 4. & 5. Per totum.

quibus quantum illi asserebant, posset in judicatione superari. Quæ res Canonibus, & ipsis publicis erat legibus inimica, cùm Patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel accusandi aliquid delegandam non esse licentiam. Et dum inter ista, quæ essent facienda, tractatur, præfatus Papa, ut causam diceret, occurrebat: qui veniens ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis Presbyteris, qui cum ipso erant, per cædem ipsam mortis fuisset occasio, & recentium adhuc vestigia vulnerum illustris vir comes * Aliernus, & sublimes viri, Judila & Vedeulfus, majores domus regiæ perspexissent, quòd se, unde egressus fuerat, ad beati Petri Apostoli septa convexerit. His ita actis, & rebus variâ confusione turbatis, iterum nos ad justitiam contulimus principalem, scientes divinitatem propriam regere Dominum, quæ ad Italiæ gubernacula ipsa provideret, cujus mansuetudini omnia per relationis seriem, sicut res poscebat, ingessimus. Intimantes etiam, sæpe nominatum Papam, post cædem cui subjacuerat cum suis, si voluntatem rursus haberet exeundi ad judicium, fuisse commonitum, sed allegasse eum per directos Episcopos, mandatis Canonibus sibi concessisse affectu purgationis suæ culmen humiliat, quantis periculis penè fuisse oppressos Domnum Regem habere quod vellet faciendi se interim justitiæ renitentem statutis Canonicis non posse compelli. Ad hæc serenissimus Rex taliter, Deo aspirante, respondit: In Synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati Pontificum, ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent: dummodo venerandi provisione Concilii pax esset in civitate Romana Christianis omnibus, quæ cùm justè offertur, Dei mandata complentur. Italiæ suæ dare Rectorem agnoscentes, nullum nobis laborem alium remansisse, nisi ut dissidentes cum humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur, quia unum tantæ rei restabat, unde Deo pareremus, * ut sanctæ Principis voluntati, invitamus Senatum ampliſſimum, quali oportuit legatione destinatâ, monentes & instruentes, causas Dei ipsius judicio committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam: qui dicit, Mihi vindicta, & ego retribuam. Apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta, cogitare prudentes viros oportere, quanta inconvenienter, & præjudicialiter in hujus negotii principio contigissent, & nos viam, per hanc, quam ipsi vocabant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere, qui quod dicebatur majori judicio servamus, instruentes eos, quia per nos illis Christus innotuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris: maximè quia in causa præfata multos, * se dignabantur cognoscere,

CODEX CANONUM.

DECRETA SYMMACHI.

Violentia inimicorum in Papam.

Al. * *Aligenus.*

Dist. 17. Concilia, §. ad hæc.

* Lego * *Oratio Episcoporum ad Senatum.*

Matth. 10.

Ezech. 9.

Rom. 12.

Joan. 10.

* Fortè *qui se.*

& Deo ſatisfacere error involverat. Et quia non poterant plura ſub hac occaſione Eccleſiæ membra diſpergi, ſed magis pet manſuetudinem ſuſtineri, ſicut boni vos operis Paulus inſtruxerat, dicens ſanandos eſſe plurimos per patientiam, & doctrinam. Et quicunque putantur rei, & gravibus peccatis involuti, quamvis nullus eſt qui delicto careat, ſicut Joannes teſtatur Apoſtolus, ſi dicam quia peccatum non habeo, mendax ſum, hos tamen magis preſſuris hominum ſuſtentari, & perterreri has paſſiones, judicia divina ſuſpendi: maximè, cùm illa, quæ præmiſimus, inter alia de authoritate Sedis, * optarent, quia quod poſſeſſor ejus quondam beatus Petrus meruit, in nobilitate poſſeſſionis acceſſit, & claritatem veterem vobis dat, det Chriſti dote Rectoribus. Clamantes, ſcriptum eſſe per Prophetam ex perſona Dei, Nunquid non valet manus mea ad conſumendum eos, qui erraverunt? Hæc eadem ſæpiſſime, ſicut oportuit, commonentes: ut habitâ intentione diſcederent, & factum noſtrum, quod Deus inſpiraverat, juxta mandatum Principis non diſcuterent, ſed ſequerentur, ſicut decebat Eccleſiæ filios, nec ſub hac intermiſſione contenderent, & creſcerent Eccleſiæ detrimenta. Quæ res poſcebat cum feſtinatione ſuccurri, & nobis hujus celeritatis, & illis obedientiæ neceſſitas imminebat: maximè cùm omnem penè plebem cernamus ejus communioni indiſſociabiliter adhæſiſſe, cujus nos non modica cura ſtimulabat, nè in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis, cum Dei noſtri obteſtatione decernimus, harum neceſſitatum, vel religionum conſideratione adſtricti, & * cœleſti, perpenſis omnibus, quæ in cauſa erant, inſpiratione ſecretis, ut Symmachus Papa Sedis Apoſtolicæ Præſul, ab hujuſmodi propoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, quia totum cauſis obliſtentibus ſuperiùs deſignatis conſtat, arbitrio divino fuiſſe dimiſſum, ſit immunis, & liber, & Chriſtianæ plebi ſine aliqua de objectis oblatione, in omnibus Eccleſiis ſuis, ad jus ſedis ſuæ pertinentibus, & tradat divina myſteria, quia eum ob impugnatorum ſuorum impetitionem propter ſuperiùs deſignatas cauſas, obligari non potuiſſe cognovimus. Unde ſecundùm principalia præcepta, quæ noſtræ hoc tribuunt poteſtati, ei quicquid Eccleſiaſtici intra ſacram urbem Romam, vel foris juris eſt, reformamus, totam cauſam Dei judicio reſervantes univerſos hortamur, ut ſacram communionem, ſicut res poſtulat, ab eo percipiant, & Dei, & animarum ſuarum meminerint, quia ipſe & amator pacis eſt, & ipſe pax eſt, qui monet: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et in quacunque civitate pacem eſſe confirmandam adfirmans, beatos eſſe dicit pacificos. Hæc quicunque ex inſtructione noſtra (quod non æſtimamus) vel non admittit, vel retractari poſſe crediderit, videat, quia in divino judicio contemptus ſui rationem eſt, ſicut de Deo confidimus, redditurus. De Clericis memorati.

CODEX CANONUM.

DECRETA SYMMACHI.

2. *Tim.* 4.

1. *Joan.* 1.

Authoritas Sedis Petri.

Al.* *obſtarent.*

Eſa. 50.

Plebs adhæſit Papæ.

Sententia Synodi abſolvens Papam.

Al.* *cæleſtis.*

Joan. 14.

Matth 10.

Ibidem 5.

Altera pars ſententiæ.

Papæ, qui ab Epiſcopo ſuo antè tempus aliquod contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut eos ſatisfacientes Epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur, & officiis Eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui, quia Dominus, & Redemptor noſter oves perditas ab errore lætatur inventas, & ſuper profugum filium paternam * libertatem cœleſtis medicator accommodat. Quiſquis verò Clericorum poſt hanc formam à nobis probatam, quocunque ſacrato Deo loco in Eccleſia Romana miſſas celebrare præſumpſerit, præter conſcientiam Papæ Symmachi, dum vivit Statutis Canonicis, velut ſchiſmaticus percellatur. Iſta ſufficiat cum Dei notitia ſincerè protuliſſe.

CODEX CANONUM. DECRETA SYMMACHI. *Luc.* 23. Al. * *liberalitatem.*

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Laurentius Epiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſis, huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei judicio commiſimus, ſubcripſi.

Petrus Epiſcopus Eccleſiæ Ravennatis, huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei judicio commiſimus, ſubſcripſi.

Felix Interamnenſis. *Maximus* Bleramus. *Maximus* Ticinenſis. *Gerontius* Fundenſis. *Laurentius* Boenſis. *Mercurius* Sutrinus. *Hilarius* Tempſanus. *Innocentius* Ferentinatis. *Vitalis* Fundanus. *Ariſtus* Oſtienſis. *Victor* Lunenſis. *Chryſogonus* Albanenſis. *Romanus* Nomentanus. *Creſconius* Tudertinus. *Joannes* Spoletanus. *Laurentius* Vergomatis. *Rufentius* Agnatinus. *Martianus* Acanus. *Fortunatus* Agninus. *Innocentius* Foroſemprovien. *Hilarius* Tempranen. *Severinus* Tyndariranus. *Sebaſtianus* Soranus. *Felix* Atellanus. *Propinquus* Trebienſis. *Bonifacius* Camentanus. *Vindemius* Antiatinus. *Valentinus* Amiterninus. *Bonifacius* Aquævivenſis. *Æmilianus* Soranus. *Caſſianus* Mutinenſis. *Stephanus* Venuſinus. *Fortunatus* Fulginenſis. *Stephanus* Neapolitanus. *Maximilianus* Peruſinus. *Concordius* Meſinatis. *Caſtus* Pratenſis. *Martyrius* Terracinenſis. *Aſterius* Aquinatis. *Amantius* Potentinus. *Urſus* Reatinus. *Innocentius* * Mivanatis. *Euſtaſius* Cremonenſis. *Eucarpus* Mereſape. *Serenus* Nolanus. *Eutychius* Tranenſis. *Paſchaſius* Vulturnenſis. *Felix* Nepelinus. *Innocentius* Direntium Tiberinorum. *Sylvanus* Veliternus. *Mercurius* Gabinatis. *Ruſticus* Buxentinus. *Adeodatus* Formianus. *Juſtus* Signanus. *Auguſtus* Liparitanus. *Fortunatus* Sueſſanus. *Jocundus* Auguſtanus. *Viticanus* Celenienſis. *Proculejanus* Sepinatis. *Aprilis* Lateranenſis. *Memor.* Canuſinus. *Elpidius* Volaterranus. *Adeodatus* Sylvæ candidæ. *Rogatus* Tauronitanus. *Probus* Carmeganen. *Tigridius* Tauriganus. *Joannes* Ariminenſis. *Candidus* Tiburtinus. *Aſellus* Populonienſis. *Gallonicus* Foroclodienſis. *Joannes* Turritanus. *Venerius* Pallenſis. *Servus Dei* Verenenſis. *Dulcitius* Sancti * Antimi.

* *Supra Mi-banatis.*

Al. * Antini.

Expliciunt Decreta Symmachi Papæ.

CODEX CANONUM.

PLATINA DE HORMISDA PAPA.

DECRETA HORMISDÆ. Gesta Hormisdæ.

HORMISDA, patriâ Frusinonius, patre Justo, ad Theodorici & Anastasii tempora pervenit. Hortante autem Theodorico Provincialem Synodum in urbe habuit, omniumque consensu Eutychianos jam antea improbatos damnavit. Joannem quoque Constantinopolitanum Episcopum litteris & Nunciis adhortatus est, ut ab eadem Hæresi desisteret, crederetque duas in Christo naturas esse, Divinam & Humanam. Desiit parere Joannes Anastasii viribus fretus, quem non ita multo post fulmine ictum dedisse pœnas creditum est, tum propter Hæresim, quæ gravis erat, tum vel maximè, quia Legatos ab Hormisda missos contra jus gentium magnâ affecerat contumeliâ. Rejectos enim à se navi quassâ, & rimosâ eâ conditione navigare jussit, ut recta in Italiam redirent, nec ullum Græciæ littus attingerent. Mortuo itaque Anastasio, Justinus, orthodoxæ fidei amator, imperium accipit, ac statim Nuncios ad Pontificem mitti, qui & Sedis Apostolicæ authoritatem confirmarent, & pacem Ecclesiis omnibus exquirerent, quantum per religionem concederetur. Dona præterea multa, ac pretiosa eodem tempore Romam ad ornandas Basilicas Sanctorum sunt missa. Gemmas enim magnæ æstimationis (a) Clodoveus Rex Franciæ misit, delata & dona tum aurea, tum argentea, delata Evangelia cum tabulis aureis, gemmis distinctis à Justino Imperatore voti gratiâ, misit & patenam auream XX librarum, cum hiacynthis. Scyphum aureum gemmis circundatum. Ornavit & templum beati Petri Theodoricus Rex trabe argentâ mille & XL librarum, Cerostratis argenteis duobus librarum LXX. Certavit & Hormisda muneribus cum his Principibus. Locavit enim antè altare Constantinianæ Basilicæ coronam argenteam librarum XX, Cantharos argenteos sex. Ornavit etiam templum Pauli scyphis argenteis X, annulis argenteis tribus. His demum ex sententia peractis, cum etiam de more Presbyteros unum & XX, Episcopos quinque & L creasset, moritur, ac sepelitur in Basilica Petri VIII Idus Augusti, Consulatu Maximi. Sedit annis IX, diebus XVIII.

Exitus Anastasii Imp.

Legati Justini Imp.

Dona principum ad Basilicas Romæ.

Clodovei, Justini Imp. Theodorici.

Dona Hormisdæ.

Tituli Decretorum Papæ Hormisdæ, numero IV.

1 EPISTOLA Justini Augusti ad Hormisdam.
2 Exemplar precum.
3 Epistola Hormisdæ ad Justinum Augustum.
4 Item Hormisdæ ad Archimandritas.

(a) *Clodoveus Rex Franciæ*] Regnum ex dono Clodovæi Regis Francorum. Hincmar. in vit Remig.

Incipiunt Decreta Hormiſdæ Papæ.

Juſtinus Auguſtus Hormiſdæ Papæ.

CAP. I. Quo ſuimus ſemper, & quo ſumus ſtudio pro conciliandis ſententiis Catholicam fidem,* colendo, ut eodem animo cuncti venerentur lumen individuum Trinitatis, palam feciſſe dignoſcimur, nunc Legatum ad veſtram beatitudinem ultrò ad hoc ipſum dirigentes Gratum V. S. Magiſtrum ſcrinii, quò remedium tandem reperiatur diſcordiis varia certantium: nunc prono, libentique ſuſcipientes affectu viros Religioſiſſimos, quos interventores unitatis veſtra Sedes Apoſtolica credidit deſtinandos. Profectò etenim tanquam ipſam pacem, & jocundis eos oculis aſpeximus, & extenſis manibus duximus amplectendos. Quinetiam omni intentione ordinabimus ut venerabilis Eccleſia Conſtantinopolitana, necnon complures aliæ vota ſuſcipiant veſtra, non ſolùm in cæteris, ſed in auferendis etiam nominibus, ex ſacris Dypticis, quæ removenda maximè * poſtulaſtis. Verùm nonnullæ fuerunt urbes, & Eccleſiæ tam Ponticæ, quàm Aſiæ, ac præcipuè Orientales: quarum Clerici, vel Populi omnibus pertentati minis, atque perſuaſionibus, tamen nequaquam flexi ſunt ut tollant Antiſtitum, & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit, ſed morte vitam duriorem æſtimant, ſi mortuos condemnaverint, quorum gloriabantur vita ſuperſtitum. Quid igitur faciamus hujuſmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens exiſtit, & tormenta in tantum deſpicit, ut amplum ſibi, ac feſtivum judicet, ſi corpore priùs, quàm religioſo deſiſtat conſilio? Nobis quidem videtur opus eſſe molliùs agendi, & clementiùs, quæ ſi non in tua ſanctitudine jam, nec in alio poterunt inveniri, nam neque ſanguinis, & ſuppliciorum cupidi (quod dictu etiam grave eſt) libellum ſuſcepimus, neque ut parvo diſcrimine remaneant imperfecta concordiæ deſideria: ſed ad * prærogandam, quo poſſumus ordine, conjunctionem membrorum Eccleſiæ. Utrum itaque præſtantius erit minorum gratia in totum eſſe nobis adverſas tantas multitudines, an conceſſis exiguis, & remiſſis, majora & omni ratione quærenda corrigi: ut quæ non licuit per omnia, ſaltem ex neceſſariis partibus allegantur? Veniam itaque nominum poſtulamus, non Acatii, non utriuſque Petri, non Dioſcori vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ ſanctitatis tuæ Epiſtolæ continebant: ſed quos in aliis celebravit civitatibus Epiſcopalis reverentia, & hoc exceptis urbibus, ubi veſtræ beatitudinis libellus jam in plenum admiſſus eſt, niſi hanc quoque partem benevolentia ſtatuerit veſtra mitiùs

Al. * *colentium.*

V. S. Virum ſpectabilem.

Studioſus pacis Eccleſiarum Juſtinus.

Al.* *poſtulatis*

Pertinacia quorundam pro nominibus Epiſcoporum defunctorum.

Conſilium principis pro pace.

Al.* *prorogandam.*

Venia nominum poſtulatur.

CODEX CANONUM.

DECRETA HORMISDÆ.

corrigendam. Verùm nec judicio res * cadet Sedis Apoſtolicæ, ut non magis venia dicenda ſit, quàm deliberata jam, ac perſpecta definitio. Anaſtaſius ſiquidem religioſiſſimæ memoriæ veſtræ culmen Eccleſiæ palàm, apertèque conſtituerat: cùm hoc idem ſcriberet negotium deceſſori noſtro, fatis eſſe pacem affectantibus, ſi nomen tantùm reticeatur Acatii. Ergo priora veſtræ Sedis conſtituta ſequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas, ut indignum habeatur, & incongruum, ſi non placidior omnibus non ſolùm defunctis, ſed etiam ſuperſtitibus veſtra divulgetur in omni fine terrarum lenitas, & hoc quidem non dubitaverimus, ita gratioſum vobis futurum, ut pacifico ſtatim reſponſo lætior mundus reddatur. Retineat autem veſtra ſanctitas, quod dudum ſcripſimus ex oriente ſupplicationes nobis eſſe deſtinatas voluntatem ipſorum continentes, & arbitrium, in quo ſeſe duraturos oſtendunt firmiter, & à quo nullâ ratione deſiſtendum æſtimant. Hanc itaque chartulam ſecundùm noſtra promiſſa per Joannem virum reverendiſſimum Epiſcopum dirigendam vobis in præſenti merito credidimus, ut à veſtra Sede etiam tenor ejus admiſſus ad colligendas proficiat, & adunandas ubique venerabiles Eccleſias, & Hieroſolymitanam præcipuè; cui tantum omnes favorem impendunt, quaſi matri Chriſtiani nominis, ut nemo audeat ab ea ſeſe diſcernere. Conſenſum itaque proprium tuam Sanctitudinem epiſtolari quoque paginâ convenit declarare: ut cognito omnibus, atque patefacto tenore ejuſdem chartulæ à vobis etiam laudari, & tenaciter cuſtodiri lætior mundus exiſtat. Dat. V Id. Sept. Chalcedone, Ruſtitio Conſ. Acceptâ pridie Kal. Decemb. Conſ. SS. **

Exemplar precum.

CAP. II. Deo amabili, ac piiſſimo Imperatori, ex Deo Auguſto, & Principi Juſtino Chriſtianiſſimo deprecatio, & ſupplicatio ab Hieroſolymitanis, & Antiochenis, & ſecundæ Syriæ Clericis, & Abbatibus, & poſſeſſoribus Provinciæ Syriæ. Haurite aquam cùm lætitia ex fontibus ſalutis, vociferatur Heſaias Prophetа & clamat, fontes ſalutis, Evangelicas veritates, & prædicationes manifeſtè oſtendens, ex quibus beati Apoſtoli, & eorum, qui per ordinem fuerunt Diſcipuli, & ſapientes Eccleſiæ Doctores, ſalutarem aquam fidei haurientes, omnem ſanctam Dei Eccleſiam irrigaverunt, quæ in petra ſummi Apoſtolorum ſubnixa rectum, & inconflexibilem confeſſionem cuſtodiens, fiducialiter cum eo ad unigenitum Filium Dei omni tempore exclamat dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Hanc ſalutarem confeſſionem à ſanctis quatuor Synodis, quæ Evangelicis præceptis ſunt honoratæ, ſuſcipientes nunquam per Chriſti gratiam à traditis nobis rectis

Rom. Eccleſia culmen Eccl.

Al. * *caret.*

S S. ſupra ſcripto.

** *Ann. Chriſti. 520.*

Eſaiæ 12.

Matth. 16.

dogmatibus deviavimus, ſicut rerum teſtatur probario, & tempore neceſſitatis fidei conſtantia demonſtrat. Si igitur, ut Chriſtiani, rationi fidei ſumus participes, Domine piiſſime, & ad communem pacem, & ad unitatem feſtinamus, noſtram fidem, quam ab initio ſuſcepimus, per hanc ſatisfactionem noſtram manifeſtam veſtræ facimus pietati: ut notum ſit, quia & paci concurrimus, & à recta cum Dei juvamine non divertimus fide: ſed omnem ex æquo hæreſim execramus, non ſolùm Eutychianiſtas, & Acephalos, ſed & Neſtorianos, & hominem colentes toto animo odientes anathematizamus. Nos autem, Domine Chriſtianiſſime Imperator, ſicut ſupertiùs dictum eſt, in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ab initio baptizati quoque & credentes unam eſſentiam Dei in tribus ſubſiſtentiis adoramus ſecundùm Sanctorum Patrum mathema, & Symbolum, Credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, unigenitum, * Deum Verbum, ſimiliter & in unum Spiritum Sanctum. Et ſecundùm hoc divinum mathema, & definitionem à ſancta Chalcedonenſi Synodo promulgatam intelligimus quoque, & ſuſcipimus confitentes, & credentes, quia una ſubſtantia, vel perſona, quod idem ipſa ſancta Synodus in duabus naturis, id eſt, in Deitate, & Humanitate indiviſè, & inconfuſè prædicavit, Deum verbum, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus unus eſt ex ſancta, & unius * eſſentia Trinitatis. Si enim unum Deum in tribus * ſubſiſtentibus, ſicut dictum eſt, accipimus, Pater autem non eſt incarnatus, nec Spiritus Sanctus: Deus verbum incarnatus eſt, & homo factus eſt, unus eſt ex ſancta, & unius eſſentia Trinitatis ſecundùm filiationis proprietatem. Sic itaque ſecundùm prædictas ſanctas quatuor Synodos credentes & ſecundùm Dei verbi nativitatem ſecundùm carnem confiteri non renuimus. Unde propriè Dei genitrix ſancta Virgo eſſe creditur, tanquam natura, & veritate unius eſſentiæ Patris Filium, Deum verbum, per naturam immutabilem, ex ipſa factum hominem enixa eſt, & duas naturas in Chriſto per eſſentiam, vel ſubſtantiam unitas confitentes, ſicut in unius perſona, vel ſubſtantia, neque harum diverſitatem, vel proprietatem poſt unitionem auferimus, nec eas dividere in duabus perſonis, & ſubſtantiis, per unitionem ſumus edocti. Eundemque ſcimus unigenitum Filium Dei, & antè incarnationem ejus, & poſt * idem Deum ſimul, & hominem, paſſibilem carni, impaſſibilem Deitati, circunſcriptum corpori, non circunſcriptum Spiritui, eundem terreſtrum & cæleſtem, quem mundus, ut hominem cepit, & ut Deum continere non potuit, mortalem & immortalem, nuſquam naturarum diverſitate ſublatâ, neque divi-

Hormisdæ. * Lego *eſſentiæ Trinitate.* Al.* *ſubſiſtentiis.*

Maria Virgo Dei genitrix. *Duæ naturæ in una perſona Chriſti.*

Mathema & Symbolum fidei.

Al.* *Dominum verbum.*

* Lego *eundem.*

CODEX CANONUM.

DECRETA HORMISDÆ.

dentes per eſſentiam unitionem. Hoc enim verè magnum pietatis myſterium, quia unus ex ſancta, & unus eſſentia Trinitatis incarnatus, & homo factus Deus verbum, in utraque natura Deitatis, & Humanitatis indiviſè, & inconfuſè cognoſcitur, & adoratur, non converſionem, vel mutationem ſuſtinens, ſed proprietatem utriuſque naturæ in una perſona in ſemetipſo conſervans. Ob hanc igitur fidem prædictas ſanctas Synodos ſuſcipientes, & cuſtodientes anathematizamus omnes, qui adverſùs eas quocunque tempore, vel modo aliquid conſcripſerunt, præcipuè Joannem Egoram, qui adversùs memoratam ſanctam Chalcedonenſem Synodum multas, ut Neſtorianus, blaſphemias evomuit, ſimiliter condemnantes & Timotheum Ælurum cognominatum, ſicut Eutychianiſtam, adversùs eam cùm ſuis latrantem ſequacibus. Ita ergo cùm Dei juvamine ſemper ſenſimus, etiam nunc ſentimus, quapropter hanc ſatisfactionem veſtræ obtulimus pietati. Jubere enim dignata eſt nos proprium intellectum, & quemadmodum de ſana fide ſentimus, exponere, quia quidam Hæretici, dum ſuam malam fidem occultare feſtinant, noſtram in Chriſto libertatem, & rectam fidem detractare conantur. Supplicamus igitur clementiam veſtram ſollicitudinem de perfecta Eccleſiarum unitione ſanctarum habere debere, ut unitas quæ cùm Dei facta fuerit juvamine, nec ullo deinceps rationabili, aut irrationabili occaſionis fomite inquietari pax poſſit. Deus autem omnium veſtrûm pium adimpleat deſiderium in gloriam ſui, & Reipublicæ diſciplinam.

Hormiſda Juſtino Auguſto.

CAP. III. Inter ea, quæ ad unitatem Eccleſiæ pertinent, propter quam Deus clementiæ veſtræ elegit Imperium, in litteras contuliſtis, hoc quoque, venerabilis Imperator, curâ fidei, cui multipliciter vos ſtudere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendæ ad humilitatis meæ notitiam jungerentur: quibus vel quid quæſtionis oriretur agnoſcerem, vel ad ſubmovendum propoſitæ conſultationis ambiguum, reſponſum à me religioſæ ſcientiæ conveniens redderetur. Legi omnia ſollicitudine, quâ decebat, & licèt ad reſponſi plenitudinem ſufficere potuiſſet, ſi illa tantùm, quæ à veteribus ſunt definita, reſcriberem: tamen ut religioſi propoſiti veſtri * remunerarem affectum, non ſubtrahendum credidi mei quoque ſermonis obſequium, quod de emergentibus Neſtorii & Eutychetis venenis paterna * miſit inſtructio, penè omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenienria in unum Synodica decreta præceſſerunt. Nec ulteriùs locus ullus, tam diris perfidiæ ſeminibus amputatis, aut Chriſtum Dominum noſtrum credere ſine carnis fuiſſe veritate, aut

Al.* *remunerarer.*

Confutatio Neſtorii & Eutychetis.

Al.* *omiſit.*

aut eundem non & Deum, & hominem de materni uteri inremeratâ fœcunditate prodiſſe, cùm alter eorum diſpenſationem, quâ ſalvati ſumus, nequando, quantum in ſe eſt, irritam faceret, alter opinione contrariâ, ſed impietate conſimili in eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto poteſtatem divinam à vera humilitare ſecluderet, neque ille recordarus, quia palpandam carnem ſuam Chriſto oſtendit, neque ille Evangelii memor, Verbum carnem factum eſſe dicentis. Cui vox Domini indeficienrer inſonare debuerat, quâ dixit, & docuit, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo. Sæpe hæc & multis præcedentium ſunt comprehenſa ſententiis, ſed nec clementia veſtra, licèt etiam dicta ſint, faſtidioſè, poterit reperita agnoſcere, nec nobis pudor eſt, ea quæ ſunt à prædeceſſoribus noſtris prædicata, revolvere. Neque enim poſſibile eſt, ut ſit diverſitas prædicationis, ubi una eſt forma veritatis, nec ab re judicabitur alienum, ſi cum his, cum quibus convenimus fide, congruamus & dogmate. Revolvantur piis manſuetudinis veſtræ auribus decreta Synodica, & beati Papæ Leonis convenienria ſacræ fidei conſtitura, eadem invenietis in illis, quæ recenſetis in noſtris. Quid ergo eſt poſt illum ſonrem fidelium ſtaturorum, quod ampliùs, ſi tamen fidei terminos ſervat, quam libet curioſus ſcrutaror inquirat? Non opus eſt aut adjectione* plebis, aut inſtiturione perfectis, niſi ſortè * vulr quiſquam dubirare, quàm credere; certare, quàm noſſe; ſequi dubià, quàm ſervare decreta. Nam ſi Trinitas Deus, * eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Deus autem unus, ſpecialiter Legiſlatore dicente, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus unus eſt, qualirer haber neceſſe eſt, aut Divinitarem in multa dividat, aut ſpecialirer paſſionem ipſi eſſentiæ Triniratis impingat. Er (quod abſit à fidelium mentibus) hoc eſt, aut plures Deos more prophanæ gentilitatis inducere, aut ſenſibilem pœnam ad eam naturam, quæ aliena eſt ab omni paſſione, rranſferre. Unum eſt Sancta Triniras, non multiplicatur numero, non creſcit augmenro, nec poteſt aut intelligentiâ comprehendi, aut hoc, quod Deus eſt, diſcretione ſejungi. Quis ergo illi ſecreto æternæ, impenetrabiliſque ſubſtantiæ, quòd neque ulla vel inviſibilium creaturarum potuit inveſtigare natura, prophanam diviſionem rentet ingerere, & divina, atque arcana myſteria revocare ad calculum moris humani? Adoremus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, indiſtinctam diſtinctè, incomprehenſibilem, & inenarrabilem ſubſtantiam Trinitaris, ubi ſi admirtir numerum ratio perſonarum, unitas ramen non * admittit eſſentiæ ſingularira- tem, ita tamen, ur ſervemus

Luc. 24. *Joan. 1.* *Joan. 3.* *Standum decretis Patrum Synodicis.*

CODEX CANONUM. *DECRETA HORMISDÆ.*

* Fortè *plebi.*

* Addo *potiùs.*

Al.* *hoc eſt.* *Deut. 6.*

* Fortè *admittit.*

CODEX CANONUM.

DECRETA HORMISDÆ.

divinæ propria naturæ, ſervemus propria unicuique perſonæ, ut nec perſonis divinitatis ſingularitas * generetur, nec ad eſſentiam hoc, quod eſt proprium nominum, transferatur. Magnum eſt, & incomprehenſibile ſanctæ myſterium Trinitatis. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, Trinitas indiviſa, & tamen notum eſt, quia proprium eſt Patris, ut generaret Filium: proprium Filii, ut ex Patre Patri naſceretur æqualis: proprium Spiritus Sancti, ut de Patre & Filio procederet ſub una ſubſtantia Deitatis. Proprium autem Filii Dei, ut juxta id, quod ſcriptum eſt, in noviſſimis temporibus Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Ita intra viſcera ſancta Mariæ Virginis genitricis Dei unitis utriſque ſine aliqua confuſione naturis, ut qui antè tempora erat Filius Dei, fieret Filius hominis, & naſceretur ex tempore hominis more matris vulvam natus aperiens, & Virginitatem Matris Deitatis virtute non ſolvens. Dignum planè Deo naſcente myſterium, ut ſervaret partum ſine corruptione, qui conceptum fecit eſſe ſine ſemine, ſervans quod ex Patre erat, & repræſentans quod ex matre ſuſcepit. Nam unde jacens in præſepio videbatur in cœlo, involutus pannis adorabatur à Magis, inter animalia editus, ab Angelis nunciatus, vix egreſſus infantiam, adnuncians myſticas ſine inſtituente doctrinas, inter rudimenta annorum puerilium edens cœleſtium ſigna virtutum? Idem enim Deus, & homo, non, ut ab infidelibus dicitur, ſub quarta introductione perſonæ, ſed ipſe Dei Filius Deus, & homo, idem virtus, & infirmitas, humilitas, & majeſtas, redimens, & venditus, in cruce poſitus, & cœli regna largitus. Ita noſtræ infirmitatis, ut poſſit interimi, * ingenitate potentiæ, nè poſſet morte conſumi, ſepultus eſt, juxta id quod homo voluit naſci, & juxta id quod Patri erat ſimilis, reſurrexit, patiens vulnerum, & ſalvator ægrorum, unus defunctorum, & vivificator obeuntium: ad inferna deſcendens, & à Patris gremio non recedens. Unde, & animam, quam pro communi conditione poſuit, pro ſingulari virtute, & admirabili potentia mox reſumpſit. Hæc ita eſſe, nec ullam dubitationem oportere recipere, id eſt, nè Dominus noſter Jeſus Chriſtus aut inter corporis paſſiones Deus non eſſe crederetur, aut nè Deus tantùm, non etiam homo inter opera mirabilium ſtupenda virtutum, propoſito nos duorum Apoſtolorum * informamur exemplo, Deum eſſe Chriſtum Dominum noſtrum Petri fide, hominem Thomæ dubitatione declarante. Quid enim intererat, ut quem ſe homines dicerent, diſcipulos ſuos vellet inquirere, niſi ut reſpondente Petro: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, notum faceret, non hoc de carne,

* Fortè *ingeratur.* *Proprium unicuſcujuſque perſonæ.*

1. Pet. 2. *Joan. 1.*

Non eſt introducenda quarta perſona.

**. Fortè idem tantæ potentiæ.*

Eadem perſona Chriſti Deus & homo.

Al.* *informavit.* *Matth. 16.*

& ſanguine proditum, ſed Patre Deo inſpirante revelatum, & per teſtimonium laudatæ reſponſionis fides pateſacta fieret veritatis? Quid intererat, ut apparente poſt reſurrectionem Domino Thomas tantùm aut abeſſet à cæteris, aut ſolus ambigeret, niſi ut mundus crederet, quod ambigens diſcipulus exploraſſet, ut dum unius manibus ſe pateretur tangi, ab univerſitate fidelium quid eſſet, poſſit agnoſci? Non ergo ad improbandum diſcipulum interpoſita eſt dubitatio, ſed quæſita poſteritatis inſtructio. An nè aliud expectat, quod ſe idem Dominus Cleophæ cum alio diſcipulo, cùm ad Emmaum tendentes de ſe loquerentur inſeruit? Et quamquam de reſurrectione Domini per mulieres, quæ primæ ad monumentum convenerant, agnoviſſent tamen ut per eorum dubitationem daret credentibus futuris ſæculis firmimatem, incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, quòd oportuiſſet pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam, interpretatus oſtendit & per paſſionem Humanam naturam, & Divinam in eo eſſe per gloriam. Multiplicibus hæc ſanctarum ſcripturarum inſinuantur exemplis, nec apud religioſam conſcientiam tuam, venerabilis Imperator, tanquam ignota dicuntur, fides enim ipſa, quæ à te conſtanter adſeritur, tibi reddit hoc muneris, ut ſenſibus tuis & affectum ſui inſerat, & ſcientiam, per quam diligentiùs adſeratur, infundat. Et tamen intereſt diſpenſationis mihi creditæ, ut ego quoque vel apud ſcientes nota non taceam, ut ſuccedente ſibi per vices temporum Catholicorum prædicatione, ſenſim quod indeficienter adſeritur, ſine fine credatur. Latiùs hæc, quæ ad Deitatem, humanitatemque Domini noſtri Jeſu Chriſti pertinent, & in eo unitas duas ſine confuſione naturas, potui ſecundùm vererum definita differere, ſi eſſet adverſum eos, qui iis diſſentiunt, diſputandum; ſed cùm in manibus omnium ſint & Synodica conſtituta, & beati Papæ Leonis dogmata, perſtrinxiſſe potiùs pauca, quàm evolvere credidi convenientius univerſa. Nunc verò agnoſcere ſatis eſt, & cavere, ita proprietatem, & eſſentiam cogitandum, ut ſciatur quid perſonæ, quid nos oporteat deferre ſubſtantiæ. Quæ qui indecenter ignorant, aut callidâ impietate diſſimulant, dum omittunt, quid ſit proprium Filii in Trinitate, tendunt inſidias unitati. Sed ſi quæ prædicta ſunt, validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, & conſtanter quæſtionibus obviatur. Datum * IX Kalend. April. Valerio VC. Conſ. **

Joan. 20.

Luc. 24.

Papæ eſt, de fide differere.

Al. * *VIII.*

** *Ann. Chriſti 521.*

Hormiſda Preſbyteris, Diaconis & Archimandritis ſecundæ Syriæ.

CAP. IV. Lectis litteris dilec-

tionis veſtræ, quibus inimicorum Dei patefacta veſania eſt, & infidelium pertinax furor dolenter expoſitus, qui dum redivivo ſpiritu oderunt diem, membra illius impiè perſequuntur. Quantum ad conſtantiæ veſtræ agnitionem benedixi Deum, fidem militum ſuorum inter adverſa ſervantem, ſed rurſum Eccleſiarum concuſſionem, & ſervorum Dei moleſtias, laboreſque conſiderans Propheta . . . . . .

Imperfecta eſt hæc Epiſtola.

In alia collectione, cujus exemplaria duo ſunt in Bibliotheca Bellovacenſi, unum habet Franciſcus frater, ſequitur dogma Eccleſiaſticum ſecundùm Concilium Nicænum, ſive confeſſio fidei quæ à quibuſdam Fulgentio tribuitur, ab aliis Auguſtino. Inter ejus opera adſcripta eſt titulo de definitionibus Eccleſiaſticorum dogmatum, tom. 3, pag. 386 : eſt verò Gennadii.

In vetuſtiſſimo Codice Eccleſiæ Belvacenſis, ad finem horum canonum, adjectum eſt initium Novellæ CX Juſtiniani Imperatoris de Eccleſiaſticis diverſis capitulis ad Petrum. Deinde Novella integra V de Monaſteriis & Monachis ex antiquiſſima interpretatione longè alia ab ea Juliani Anteceſſoris Conſtantinopolitani aut veteris Interpretis quam habemus.

In recentioribus exemplaribus, ut in eo quod eſt Nicolai Fabri, adduntur capitula ſparſim collecta ex Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis, decretiſque Præſulum ac Principum Romanorum & Ingelramno Mediomatricæ urbis Epiſcopo Romæ, tradita ab Hadriano Papa ſub die XIII Octob. indict. IX, quando pro ſui negotii cauſa agebatur, quorum Hinemarus Remenſis adversùs Laudunenſem meminit. Inſerta ſunt & tom. 3 Concil. pag. 252, edit. Binii; ſequuntur deinde decreta duo Synodalia Nicolai I, & Jusjurandum quod Berengarius Diaconus in Synodo Romana fecit anno 1079, menſe Febr. indict. 2, ſub Gregorio VII.

Expliciunt Decreta Hormiſdæ Papæ.

PLATINA DE GREGORIO II.

Integritas Gregorii II.

GREGORIUS *ſecundus, patriâ Romanus, Patre Marcello, ſub Sergio Pontifice ſacris initiatus, ſacellis & bibliothecæ præfuit; tantæ fidei, & integritatis eſt habitus. Sumens deinde Diaconatûs ordinem, Conſtantinopolim cum Conſtantino Pontifice proficiſcitur: ubi cùm acriter diſceptaretur quibuſdam de rebus ad fidem pertinentibus, ita acutè reſpondit, ut omnibus ingenii ſui & doctrinæ admirationem injiceret. Tantæ enim eruditionis & facundiæ erat, ut facilè con-*

Eruditio.

Geſta ejus.

vinceret malè de fide noſtra opinantes. Initio autem Pontificatûs, & mœnia urbis aliqua ex parte vetuſtate collapſa inſtaurat, trabes & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Laurentiique Martyris extra muros annoſitate quaſſas reſtituit, reſartis tectis, ac parietibus, introductiſque de more aquis compaginatis fiſtulis jam dudum vetuſtate & hominum incuriâ vitiatis. Alias quoque Eccleſias reſtituit, muneribuſque tum aureis tum argenteis exornavit: quas quidem enumerare longum eſſet. Hujus præterea hæc peculiaris laus eſt, quod ejus operâ

Laus ejus peculiaris.

Germanorum converſio per Bonifacium.

Germani ad fidem noſtram converſi ſunt, miſſo eò Bonifacio Monacho, qui eos è tenebris educeret propoſitâ veritatis luce. Ipſorum autem Germanorum magnam partem Romam venientem ſuis manibus vir ſanctus baptizavit: impulit item ſuâ authoritate Luithprandum, primò quidem recuſantem Arithperti donationem confirmare. Romæ verò à quibuſdam ſeditioſis in Pontificem conjuratur, principibus

Conjuratio in Pont.

conjurationis Baſilio, Jordane Carthulario, Joanne Subdiacono cognomento Lurion, Marino Spatario qui ducatui Romano, Imperatoris nomine, tum præerat. Verùm dilata in aliud tempus res eſt, quòd Marinum Imperator revocaverat; ſed Romanus populus, re ipſâ tandem patefactâ, arma capit, Joannem & Jordanem interficit, reliquoſque conjuratos diſſipat, Baſilium Monaſterio includit, ubi & vitam finivit. Unde Pontifex tantâ moleſtiâ liberatus, loca pauperum, &

Cura Greg. circa pauperes & Baſilicas.

Baſilicas inviſere cœpit, eaque reſtituere, quæ ob vetuſtatem, & incuriam ruinam minabantur. Pacem præterea inter Regem Longobardorum, & Duces Spoletinum ac Beneventanum compoſuit. Leo autem

Leo III Imp Hæreticus.

Imperator phanatico ſpiritu iterum incitatus omnibus mandat, ut ſimu-

CODEX CANONUM.

DECRETA GREGORII II. Ne aboleantur ſanctorum imagines.

lacra vel lignea vel ænea vel marmorea ad ſe deferant, & delata ſtatim incendit : non deferentes verò capit, & obtruncat. Gregorius autem ſæpius (ut ſanctiſſimum virum decuit) litteris Imperatorem admonuit, ut omiſſis quorundam improborum erroribus, veram tandem amplecteretur fidem, & abolere ſanctorum imagines deſineret, quorum memoriâ & exemplari ad virtutem & imitationem excitarentur homines. Ipſe verò cùm ſuo exemplo omnes ad virtutem & ſanctitatem incitaret, tandem Pontificatûs ſui anno XVI, menſe IX, die XI moritur, ſepeliturque ad Baſilicam Sancti Petri III Idus Februarii. Ejus in morte Epiſcopatus tum vacat dies quinque, & XXX. Centum autem & IX ac XL Epiſcopos toto ſuo Pontificatu creaſſe dicitur.

Tituli Decretorum Papæ Gregorii Junioris, numero XVII.

1 UT nullus audeat Presbyteram ducere in conjugio.
2 Item de Diacona.
3 Item de Monacha, quam Dei ancillam appellant.
4 Item de commatre ſpiritali.
5 Item de fratris uxore.
6 Item de nepte.
7 Item de noverca, aut nuru.
8 Item de conſobrina.
9 Item de propria cognatione, vel quam cognatus habuit.
10 Ut viduam nemo furetur in uxorem.
11 Item ut Virginem nemo furetur in uxorem.
12 De Aruſpicibus, vel incantatoribus, ſeu Phylacterio.
13 Ut Præcepta Eccleſiæ obſerventur.
14 De Hadriano filio Exhilarati.
15 De Epiphania Diacona.
16 Ut nullus audeat eis aſſenſum tribuere.
17 De coma Clericis non relaxanda.

Incipiunt Conſtituta Papæ Gregorii Junioris.

CODEX CANONUM. *DECRETA GREGORII II.*

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperante Domino noſtro piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore, Anno ſexto PC. ejus anno ſexto: ſed & Conſtantino novo Imp. ejus filio, anno ſecundo, menſe Aprili, indictione quartâ.

Præſidente ſanctiſſimo ac ter beatiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa, in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis, antè confeſſionem conſedentibus etiam ſanctiſſimis Epiſcopis

Agnello Ferentinati. *Vitale* Alatrino. *Martiano* Gabiis. *Tiberio* Salva candida. *Georgio* Nepæ. *Andreâ* Albanenſi. *Tribunitio* Falaris. *Joanne* Blerano. *Sergio* Prænestino. *Synderedo* Archiepiſcopo Spaniæ. *Sedulio* Epiſcopo Britaniæ. *Ferguſto* Epiſcopo Scotiæ. *Majorino* Polimartii. *Joanne* * Beliternenſi. *Opportuno* * Maturanenſi. *Georgio* Portuenſi. *Gregorio* Anagnias. *Joanne* Signias. *Agnello* Sutrino. *Anaſtaſio* Tiburtino. *Vuiliarit* Narnienſi. *Petro* Amerino.

Seu venerabilibus Presbyteris *Siſinnio*, *Joanne*, *Marino*, *Epiphanio*, *Siſinnio*, *Georgio*, *Gregorio*, *Joanne*, *Joanne*, *Euſtratio*, *Conſtantino*, *Marino*, *Joanne*, *Thalaſſio*, *Joanne*.

Adſtantibus Diaconis quoque *Petro* Archidiacono, *Gregorio*, *Maſcoſco*, *Benedicto*, Diaconis, vel cuncto Clero.

P. C. Lego *poſt conſulatum.*

Leone III. piiſſimo titulo tenus.

Revera autem impiiſſimo, adeo, ut à græcis dictus ſit εἰκονομάχος *&* τραμάχος

* *Forte* Velitrenſi.

* *Forte* Minturnenſi.

GREGORIUS ſanctiſſimus, ac beatiſſimus Papa dixit: Cùm ſimus Dominicæ plebis ſupernâ miſeratione rectores: ſtudioſiùs nos convenit Dei præſidio pro eorum ſæpe cogitare ſalute, nè de creditis fruſtratis (quod abſit) animabus, inſidiis antiqui hoſtis ante omnium paſtorem, niſi ſuccedat præveniendo de oſtenſis correctio, deſtrictam cogamur ſolvere rationem. Dumque perpendo, vel ad animum reduco, quantâ circunſpectione nos oporteat in vigilando contra ſui cujuſque ſceleris nequitiam obviare, & ſi quando inſilierit ad perturbandas fidelium mentes adjutorio ſuperno ictui ejus reſiſtere, valde concutior, atque nimis tabeſco: nè ſerpentinâ calliditate (quod abſit) leviores quoque decipiat, Deo verè favente, ſollicitudine nimiâ animæ æquiori mente divino juvamine freti pro ſalute omnium ſtudere debemus, ut inconfuſo vultu, non de fraude cujuſquam perculſi adſiſtere æterno judici mereamur, & vocem audire inquientem, Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Hic namque eſt, quod ingemiſcens dico, qui populi Chriſtiani aliquos per Provinciam Italiam hanc commorantes audio tenere contra Catholicam fidem, & Patrum ſtatuta, ita ut Deo ſacratas fœminas ducere præſumant mulieres, & propinquas in conjugio ſocient, quod opportunum eſt ſpiritali amputari mucrone, atque ſi veſtræ placet ſanctitati, radicitus evelli: nè ſeges boni agricolæ zizaniorum miſta horrentibus fructibus ſordeſcat.

Vigilandum paſtoribus contra inſidias antiqui hoſtis.

Matth. 25. Luc. 19.

Matth. 13.

CODEX. CANONUM.

Sanctiſſimi Epiſcopi, ſeu venerabiles Presbyteri reſponderunt.

DECRETA GREGORII II.

VERE cognoſcimus gratiâ Sancti Spiritus cor Apoſtolatus veſtri ſuccenſum, ut tantæ miſeriæ ſqualores à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori inſixum aditu ralis miſeriæ obſerato ſalurari antidoto curetur, ſicut benè prævisum eſt interdictione anathematis, nè denuo quiſpiam hoc Romanus, Longobardus, vel cujuſcumque ſit gentis, ſacrique baptiſmatis undâ lotus, attentet, ut non tanti piaculi mole oppreſſus * præcipiti incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus evellatur.

* Forte *præcipitium.*

Poſt hanc omnium conſonam reſponſionem, Gregorius Apoſtolicus Papa ante corpus memoratum venerabilis Chriſti Apoſtolorum Principis, inferendo ſententiam dixit.

1. Si quis Presbyteram duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

2. Si quis Diaconam duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

3. Si quis Monacham, quam Dei ancillam appellant, in conjugio duxetit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

4. Si quis commatrem ſpiritalem duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

5. Si quis fratris uxorem duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

6. Si quis neptem duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

7. Si quis novercam, aut nurum ſuam duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

8. Si quis conſobrinam ſuam duxerit in conjugio, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

9. Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit in uxorem, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

10. Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel conſentientibus ei, * anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

* Addendum videtur *parentibus & cognatis.*

11. Si quis virginem, niſi deſponſaverit, furatus fuerit in uxorem, vel conſentientibus ei, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

12. Si quis Ariolis, Aruſpicibus, vel Incantatoribus obſervaverit, aut Phylacterio uſus fuerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

13. Si

13. Si quis in quoquam partem, vel præcepta antè emiſſa Apoſtolicæ Eccleſiæ de olivetis, & locis diverſis * tentaverit, & non in omnibus obſervaverit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

CODEX CANONUM.

14. Hadriano filio Exhilarati, qui poſt præſtito Sacramento in Apoſtolica confeſſione Epiphaniam Diaconam illicito auſu in uxorem habet, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

DECRETA GREGORII II.

Al.* *temeraverit.*

15. Epiphania Diacona, quæ poſt præſtito Sacramento, cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapſa eſt in uxorem, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

16. Si quis eis in tam crudeli aſſenſum præbuerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

17. Si quis ex Clericis laxaverit comam, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

ET SUBSCRIPSERUNT.

Gregorius, Epiſcopus ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Agnellus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ * Beliternenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

* Lego *Velitrenſis.*

Ego Vitalis, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Alatrinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Opportunus, gratiâ Dei, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ * Maturianenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

* Lego *Minturnenſis.*

Martinianus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ * Gravinatis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

* Lego *Gabinatis.*

Georgius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Portuenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Tiberius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Sylvæ candidæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Ego Gregorius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Anagninæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Gregorius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Nepeſinæ, huic conſtituto nobis prom ulgato ſubſcripſi.

Joannes, indignus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Signinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Andræas, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Albanenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Agnellus, peccator, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Sutrinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Tribunatius, indignus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Falaritanæ, hui conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

CODEX CANONUM.

Anaſtaſius, Epiſcopus ſancta Eccleſiæ Tiburtinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Bleranæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

DECRETA GREGORII II.

* Vuillari, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Narnienſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

* Supra *Vuillarii.*

Sergius, gratiâ Dei, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Prænestinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Petrus, humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Amerinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Majorinus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Polimartii, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Synderedus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ ex Hiſpania, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Sedulius, Epiſcopus de genere Scotorum, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Perguſtus, Epiſcopus Pictus, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

ITEM SUBSCRIPTIO PRESBYTERORUM.

Siſinnius, humilis Preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Laurentii qui appellatur Lucinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, Preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Cæciliæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Siſinnius, Preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Sixti, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, Preſbyter tituli Sancti Marcelli, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, humilis Preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Suſannæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Euſtratius, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Georgius, immeritus Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctorum Joannis & Pauli, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Al.* *Caliſti trans Tyb.*

Thalaſſius, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Dei genitricis quæ appellatur * trans Tyberim, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Marinus, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Sabinæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Conſtantinus, Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Cyriaci, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Gregorius, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Clementis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Epiphanius, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Laurentii * qua Damaſi, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Marinus, indignus Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Apoſtolorum, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Joannes, humilis Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Priſcæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

PETRUS, indignus Archidiaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Gregorius, indignus & humilis Diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Muſcus, humilis Diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Benedictus, indignus Diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Die Non. April. Imp. * Domino noſtro Piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imp. anno ſexto, P. C. ejus anno ſexto. Sed & Conſtantino novo Imp. ejus filio, anno ſecundo. * Ind. quarta. * *

Expliciunt Conſtituta Papæ Gregorii, ſub anathemate interdicta.

Al. * *quam*, ego *qui* &

Al. * *Domno.* P. C. lego *poſt conſulatum.* Al. **Indictione.* ** *Ann. Chriſti 721.*

AVIS,

PRINCIPALEMENT SUR LE TRAITÉ

DE PRIMATU ECCLESIÆ ROMANÆ.

NOus n'ajouterons rien au delà des Epîtres du Pape Grégoire II, parce que là ſe termine véritablement ce Code ancien, ſur lequel on a toujours fondé les Preuves & les Principes des Libertés de l'Egliſe Gallicane. Tout le reſte dont on a aſſorti l'Edition de M. le Pelletier, que nous avons ſuivie, nous a paru comme étranger à ces matieres, ou, tout au moins, à notre compoſition. Nous avions eu cependant l'idée d'employer, ainſi que nous l'avons annoncé dans la note, page 21, le Traité DE PRIMATU ECCLESIÆ ROMANÆ, que l'on trouve dans cette même édition; & d'autant plus volontiers, que l'on y veut prouver que la Primauté du ſaint Siege eſt de Droit Divin, ce qui eſt la Doctrine de l'Egliſe Gallicane; mais ayant reconnu que, parmi les Preuves & les Autorités de l'Ecriture, l'Auteur y en mêle tirées des fauſſes Décrétales, & par où il établit les Appellations à Rome, nous l'avons laiſſé. Notre Commentaire de l'Article 41 apprend quel cas l'on doit faire de ces dernieres Preuves, & les Articles 45 & 46 condamnent formellement ces appels à Rome, autrement qu'en une certaine forme & dans certaines affaires. D'ailleurs, ſuivant notre Plan, il nous ſuffit d'expoſer ici avec évidence les Preuves légitimes de l'ancienne Diſcipline, pour faire tomber les fauſſes Preuves de la plus nouvelle.

magis eſt alienum? Si igitur ſacra Regum auctoritas ita Abbatum arbitrio aut potius ludibrio permiſſa eſt; nonne profectò illud ſæpius contingeret, quod ait Poeta Comicus :

Quod cavere poſſis ſtultum admittere eſt ;
Malo Ego nos proſpicere, quàm hunc ulciſci acceptâ injuriâ.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 649 & ſeq.

Privilegium verò, quod Monachos ab Epiſcoporum vigilantia & auctoritate eximit, nullum eſſe facilè quiſque ex præclaris Eccleſiaſticæ Diſciplinæ monumentis intelligere poteſt. Primò enim liquet hoc privilegium Eccleſiæ Gallicanæ ſtatutis, nec non univerſalium Conciliorum Canonibus quibus hæc confirmantur, prorſus repugnare. Verùm tale privilegium irritum eſſe, non ſolùm juris libertatiſque Eccleſiæ Gallicanæ defenſores pronunciant, ſed etiam ſummi Pontifices in ſuis epiſtolis ſuprà relatis, in quibus aperte declarant ſuas auctoritatis epiſtolas, ſuaque privilegia & quidem cujuſdam Eccleſiæ ſtatutis contraria, nulla eſſe; eaque à Synodis eſſe abroganda ipſimet præcipiunt. Deinde iſto privilegio totus ordo Monaſticus Regularis ſubvertitur, ſanctiſſima juſjurandi violatur religio, totaque Hierarchia Eccleſiaſtica perturbatur. Etenim Monachi & Abbates ſuper ſancta Evangelia jurant ſe juxta Regulam S. Benedicti, & Auguſtini &c. & ſecundùm ſtatuta Patrum, quorum obſervantia facit Catholicos, omnem Epiſcopo exhibituros obedientiam. In ſuperioribus capitibus protulimus aliquot hujuſmodi juramenta. Sed hîc alia ex variis ſchedis collecta à D. Ferone Doctore doctiſſimo & Socio Sorbonico, ac benevolè mecum communicata, non abs re erit proponere præſertim verò Abbatum ordinis S. Benedicti & S. Auguſtini juramenta, quo pateat Abbates & Monachos talium privilegiorum defenſione fiere perjuros, ſuæ profeſſionis proditores, & Catholicæ Religionis deſertores. *Cap. 2, art. 4.*

I. Juramentum Reinaudi Abbatis Eleemoſinæ Ciſtercienſis Ordinis.

Ego frater *Reinaudus* Abbas Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam, à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *S. Benedicti*, tibi, Domine *Petre*, pater Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto.

II. Juramentum Danielis Abbatis Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis.

Ego frater *Daniel* Abbas Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm Regulam *S. Benedicti*, Tibi, Domine Matthæe

Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto.

Extrait de Theodoret. Ann. 649 & ſeq.

III. Juramentum Guidonis Abbatis Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis.

Ego frater *Guido* Abbas Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem, reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti*, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibiturum promitto, ſalvo ordine meo; & hoc propriâ manu conſigno.

IV. Juramentum Roberti Abbatis Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis.

Ego frater *Robertus* Abbas Eleemonſinæ Ciſtercienſis ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem, reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *S. Benedicti*, Tibi, pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibiturum promitto; & hoc propriâ manu conſigno.

V. Juramentum Danielis Abbatis Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis.

Ego frater *Daniel* Abbas Eleemoſinæ Ciſtercienſis ordinis, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam, à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *S. Benedicti*, Tibi, Domine *Matthæe* Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto; & hæc propriâ manu conſigno.

VI. Juramentum Amelinæ Abbatiſſæ S. Cyrici, ordinis S. Benedicti.

Ego *Amelina* Abbatiſſa ſancti *Cyrici* ordinis *S. Benedicti*, Profiteor me debere, & promitto me exhibituram huic ſanctæ Matri Eccleſiæ beatæ *Mariæ* Carnotenſi reverentiam, ſubjectionem, & obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta: & in ſignum hujuſmodi rei & teſtimonium, hanc ſcripturam propriâ manu conſigno.

VII. Juramentum Odelinæ Abbatiſſæ Cœnobii beati Cyrici.

Ego *Odelina* humilis cœnobii beati Cyrici Abbatiſſa, promitto tibi, pater *Reginalde*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem, atque obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum, & manu propriâ conſigno.

Digitized by Google

VIII. Juramentum Euſtachiæ Abbatiſſæ S. Aviti de Caſtriduno.

Extrait de Theodoret. Ann. 649 & ſeq.

Ego *Euſtachia* humilis Abbatiſſa ſancti *Aviti* de *Caſtriduno*, promitto tibi, pater *Matthæe*, tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopis, atque ſanctæ matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem atque obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta, & hæc propriâ manu conſigno.

IX. Juramentum Annæ Abbatiſſæ beati Aviti Caſtridunenſis.

Ego Anna humilis Abbatiſſa beati *Aviti* Caſtridunenſis, promitto venerabili patri R. Carnotenſi Epiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem atque obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum.

X Juramentum Adelais Cœnobii beati Aviti Abbatiſſæ.

Ego *Adelais* humilis cœnobii beati *Aviti* Abbatiſſa, promitto tibi, Pater *Gaufride*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi debitam ſubjectionem atque obedientiam, ſecundùm inſtitutionem ſanctorum Patrum.

XI. Juramentum Iſabellis Abbatiſſæ S. Aviti juxta Caſtridunum, Ordinis S. Benedicti.

Ego ſoror Iſabellis Abbatiſſa *S. Aviti* juxta Caſtridunum, ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti*, tibi, pater Matthæe Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus in Eccleſia Carnotenſi canonicè ſubſtituendis & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibituram promitto, & hæc manu propriâ conſirmo.

XII. Juramentum Eliſendis Abbatiſſæ S. Aviti de Caſtriduno, Ordinis ſancti Benedicti.

Ego ſoror *Eliſendis* Abbatiſſa *S. Aviti* de Caſtriduno ordinis ſancti *Benedicti*, ſubjectionem & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam ſecundùm Regulam *S. Benedicti*, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibituram promitto, & hæc propriâ manu conſigno.

XIII. Juramentum Abbatis Albæ Curiæ, Ordinis ſancti Auguſtini.

Ego frater Abbas *Albæ Curiæ* ordinis *S. Auguſtini*, ſubjectionem, reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam ſecundùm regulam *S. Auguſtini*, tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibiturum promitto, ſalvo ordine meo; & hæc propriâ manu conſigno.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 649 & ſeq.

XIV. Juramentum Radulfi Abbatis Albæ Curiæ.

Ego frater *Radulfus* Abbas *Albæ Curiæ*, promitto Revetendo patri *Matthæo* Epiſcopo Carnotenſi, & huic ſanctæ Eccleſiæ Carnotenſi, debitam obedientiam; & hæc propriâ manu ſigno & confirmo.

XV. Juramentum Stephani Abbatis Albæ Curiæ, ordinis ſancti Auguſtini.

Ergo frater *Stephanus* Abbas *Albæ Curiæ* ordinis *S. Auguſtini*, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm tegulam S. Auguſtini &c. *ut ſuprà.*

XVI. Juramentum Guidonis Abbatis S. Petri Carnotenſis, ordinis ſancti Benedicti.

Ego frater *Guido* Abbas *S. Petri* Carnotenſis, ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm tegulam *S. Benedicti*, Tibi, pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto; & hæc propriâ manu conſigno.

XVII. Juramentum Garini Abbatis beati Launomenſis Bleſenſis, Ordinis ſancti Benedicti.

Ego fratet *Garinus* Abbas beati *Launomenſis* Bleſenſis, ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibitutum promitto; & hæc manu propriâ conſigno.

XVIII. Juramentum Ragnaudi Cœnobii beati Launomari Abbatis.

Ego *Ragnaudus* humilis cœnobii beati *Launomari* Abbas, promitto tibi, Pater *Gaufride*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi, ſubjectionem atque obedientiam ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum.

XIX. Juramentum Joannis Abbatis S. Launomari Bleſenſis.

Ego frater *Joannes* Abbas humilis ſancti *Launomari* Bleſenſis, promitto tibi, Pater *Henrice*, & ſucceſſotibus tuis, atque ſanctæ matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem, atque obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum; & hæc propriâ manu conſigno.

Extrait de Theodoret. Ann. 649 & ſeq.

XX. Juramentum Margaritæ Abbatiſſæ B. Mariæ de Aqua, Ciſtercienſis ordinis.

Ego ſoror *Margarita* Abbatiſſa B. *Mariæ* de *Aqua*, Ciſtercienſis ordinis, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus inſtitutam ſecundùm regulam *S. Benedicti*, Tibi, pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibituram promitto; & hoc manu propriâ conſigno.

XXI. Juramentum Stephani Abbatis de Tyronio, ordinis ſancti Benedicti.

Ego frater *Stephanus* Abbas de *Tyronio*, ordinis *S. Benedicti*, reverentiam, ſubjectionem, & obedientiam à ſanctis patribus conſtitutam, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti*, Tibi, pater *Matthæe* Epiſcope Cartuotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi perpetuò me exhibiturum promitto; hoc propriâ manu conſigno.

XXII. Juramentum Stephani Abbatis beatæ Mariæ de Burgo medio Bleſenſis, ordinis ſancti Auguſtini.

Ego frater *Stephanus*, Abbas B. *Mariæ* de *Burgo medio* Bleſenſis, ordinis *S. Auguſtini*, ſubjectionem, reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *ſancti Auguſtini*, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſpope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto; & hoc propriâ manu conſigno.

XXIII Juramentum Petri Abbatis ſancti Vincentii in nemore, ordinis ſancti Auguſtini.

Ego *Petrus* Abbas *S. Vincentii* in nemore, ordinis *S. Auguſtni*, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *S. Auguſtini*, Tibi, pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto; & hæc propriâ manu conſigno.

XXIV. Juramentum Nicolai cœnobii beati Vincentii Abbatis.

Ego *Nicolaus* humilis cœnobii B. *Vincentii* dictus Abbas, promitto tibi, pater *Raginalde*, & ſucceſſoribus tuis, atque ſanctæ matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem, & obedientiam ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum, & propriâ manu conſigno.

XXV. Juramenta Thomaſſæ Abbatiſſæ de Claretis Ciſtercienſis Ordinis.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 649. & ſeq.

Ego ſoror Thomaſſa Abbatiſſa de *Claretis* Ciſtercienſis ordinis, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam beati *Benedicti*, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ Sedi Carnotenſi, ſalvo ordine meo, me perpetuò exhibiturum promitto; & hæc propriâ manu conſigno.

XXVI. Juramentum Guillelmi Abbatis B. Mariæ de Atella, Ordinis S. Auguſtini.

Ego frater *Guillelmus* Abbas B. *Mariæ* de *Atella*, Ordinis *S. Auguſtini*, ſubjectionem, reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam *S. Auguſtini*, Tibi, Pater *Matthæe* Epiſcope Carnotenſis, perpetuò me exhibiturum promitto; & hoc propriâ manu conſigno.

XXVII. Juramentum Gaufridi beatæ Trinitatis de Atella Abbatis.

Ego *Gaufridus B. Trinitatis* de *Atella* Abbas, promitto tibi, Pater *Galtere*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi debitam ſubjectionem atque obedientiam ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta: manu propriâ ſubſcribo.

XXVIII. Juramentum Guillelmi Abbatis S. Trinitatis de Atella.

Ego frater *Guillelmus* Abbas *S. Trinitatis* de *Atella* promitto tibi, Pater *Matthæe*, & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis, & ſanctæ Matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem & obedientiam ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum. Sic me Deus adjuvet, & hoc propriâ manu conſigno.

XXIX. Juramentum Jacobi Abbatis S. Mariæ Columbenſis, Ordinis S. Benedicti.

Ego frater *Jacobus* Abbas B. *Mariæ* Columbenſis, Ordinis *S. Benedicti*, ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam ſecùndum regulam *S. Benedicti*, tibi, Pater *Petre* Epiſcope Carnotenſis, tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Carnotenſi, perpetuò me exhibiturum promitto, & hoc manu propriâ conſigno.

XXX. Juramentum Henrici beatæ Mariæ Columbenſis Abbatis.

Ego *Henricus* humilis B. *Mariæ* Columbenſis Abbas, promitto tibi, Pater *Galtere*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem, atque obedientiam ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta &c.

XXXI. Juramentum Otranni B. Mariæ Columbenſis Abbatis.

Extrait de Theodoret. Ann. 649 & ſeq.

Ego frater *Otrannus* humilis B. *Mariæ* Columbenſis Abbas, promitto tibi, Pater *Hugo*, & ſucceſſoribus tuis, atque matri Eccleſiæ Carnotenſi, debitam ſubjectionem, atque obedientiam, ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta; & hoc propriâ manu conſigno.

Hæc eſt conſtans, una, & eadem jusjurandi Religio, ſecundùm regulam SS. Benedicti & Auguſtini conſtituta, quæ Abbates & Monachos facit Catholicos, fidei ſuæ & profeſſionis conſervatores. Cujuſnam ergo ſunt auctoritatis illa privilegia? Quæ nullus Abbas nulluſque Monachus tueri poteſt, quin ſit perjurus, profeſſionis ſuæ proditor, & Religionis Catholicæ deſertor: quin præterea ingratus ſit, optimorum nempe quæ ſupra retulimus privilegiorum ſive beneficorum à ſummis Pontificibus atque à viris Religioſis conceſſorum immemor, ſententiarum denique ab ipſiſmet Summis Pontificibus, à Regibus, & ab ampliſſimo æquiſſimoque Senatu Pariſienſi prolatarum irriſor exiſtat contumelioſus, ac proinde tam civilis quàm Eccleſiaſtici juris.

His rationibus motus, decretum præ cæteris, quod nomen *Dagoberti* præ ſe fert, non ſolummodo irritum, imo potius falſum eſſe ſuſpicatus ſum. Unde non ampliùs hæſi, cùm varias gemmas quærens in theſauro viri clariſſimi Antonii de *Vyon* Domini *d'Herouvel*, Juris Libertatiſque Eccleſiæ Gallicanæ ſtudioſiſſimi, apographum invenerim, ex quo cuilibet erudito liceat judicare, quid in hoc Dagoberti privilegio ineſt veri, & quid falſi. Quòd ut ſit manifeſtum, Præceptum Dagoberti, prout jam editum eſt, & in apographo exhibetur, utrumque accuratè repræſentabo.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 649 & ſeq.

PRÆCEPTUM DAGOBERTI

EDITUM in Libro qui inſcribitur: *Antiquitez & Recherches de l'Abbaye de ſaint Denys en France* ; lib. 3, cap. 3, ſub hoc titulo: *Autre Charte du Roy Dagobert, par laquelle il ordonne que ny luy, ny les Roys ſes ſucceſſeurs, ny quiconque Archeveſque, ny Eveſque, ny quiconque Iuge ayent jamais aucune puiſſance ſur la ſaincte Egliſe de ſaint Denys, ny ſur ceux qui y demeurent, ſi ce n'eſt de la volonté de l'Abbé & des Religieux.*

DAgobertus Rex Francorum vir illuſter, *omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Centenariis, cæteriſque agentibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris.* Oportet Clementiæ principali & inter cæteras petitiones illud quod pro ſalute animæ aſcribitur, & pro divino nomime poſtulatur placabili auditu ſuſcipere & proculdubio ad effectum perducere, quatinus de caducis rebus præſentis ſæculi æterna vita conquiratur, juxta præceptum Domini dicentis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ergo de mammona iniquitatis juxta ipſius dictum, nos oportet mercari æterna & cæleſtia, ut dum Eccleſiæ Chriſti impertimur congrua beneficia, retributionem Dominum ex hoc habere mereamur in æterna tabercacula. Igitur venerabilis Aigulphus Abbas de baſilica peculiaris patroni noſtri domini Dionyſii Martyris ubi ipſe pretioſus Dominus in corpore requieſcit, clementiam

PRÆCEPTUM DAGOBERTI,

Ex Apographo viri Clariſſimi de VYON, Domini d'Herouval veritatis cultoris ſtudioſiſſimi, cujus beneficentia numquam ſatis prædicanda eſt.

DAgobertus Rex Francorum vir illuſter, *Mummolo præfecto, Gondoëno, Uverpeno, Dructoaldo, Audino, Charimundo, & Chariulfo Comitibus, vel omnibus agentibus præſentibus & futuris.* Oportet clementiæ principali inter cæteras petitiones illud quod pro ſalute aſcribitur, & pro divino nomine poſtulatur, placabili auditu ſuſcipere, & proculdubio ad effectum perducere, quatinus de caducis rebus ſæculi æterna conquirantur, juxta præceptum Domini dicentis: Facite vobis amicos de mammona inquitatis. Ergo de mammona iniquitatis, juxta ipſius dictum, nos oportet mercari æterna & cæleſtia, ut dum Sacerdotibus Chriſti impertimur congrua beneficia, retributorem Dominum ex hoc habere mereamur in æterna tabernacula. Igitur venerabilis Agulphus Abbas de baſilica peculiaris patroni noſtri domni Dionyſii martyris, ubi ipſe pretioſus Domnus in corpore requieſcit,

clementiam regni noſtri ſupplicavit, ut juxta hoc quod antè hos dies in Compendio noſtro in noſtro generali placito tractavimus, ita nunc *in univerſali noſtra Synodo Pariſius congregata*, per propriam noſtram auctoritatem ſub immunitatis nomine denuo pro rei firmitate circa ipſum ſanctum locum vel homines qui ſe cum ſubſtantia eorum vel rebus ad ipſam ſanctam baſilicam tradere & devovere voluerunt, hoc nos in Dei nomine præſtare & confirmare circa ipſum ſanctum locum dignaremur. Ideo cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quòd ita nos pro reverentia ipſorum ſanctorum, vel pro quiete Monachorum ibidem Deo famulantium, promptiſſimâ voluntate denuo conceſſiſſe & in omnibus confirmaſſe viſi ſumus. Quapropter per hoc præceptum, quod ſpecialius decernimus, & in perpetuum volumus eſſe manſurum, jubemus atque conſtituimus, ut *neque nos neque ſucceſſores noſtri, neque quilibet Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, nec quicumque de judiciaria poteſtate accinctus in ipſam ſanctam baſilicam, vel immanentes in ipſa, niſi per voluntatem Abbatis & ſuorum Monachorum ullam unquam habeat poteſtatem: ſed ſit hæc ſancta Mater Eccleſia, videlicet peculiaris Patroni noſtri Domini & magni Dionyſii, libera & abſoluta ab omni invaſione vel inquietudine omnium hominum cujuſcumque ordinis vel poteſtatis eſſe videantur.* In curtes

requieſcit, clementiam regni noſtri ſupplicavit, ut juxta hoc quod antè hos dies in compendio in noſtro generali placito tractavimus, ita nunc per propriam noſtram auctoritatem, ſub immunitate nominis noſtri denuo pro rei firmitate circa ipſum ſanctum locum vel homines qui ſe cum ſubſtantia eorum, vel rebus ad ipſam ſanctam baſilicam tradere & devovere voluerunt, hoc nos in Dei nomine præſtare & confirmare circa ipſum ſanctum locum dignaremur. Ideo cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quod ita nos pro reverentia ipſorum Sanctorum, vel pro quiete Monachorum ibidem Deo famulantium, promptiſſimâ voluntate denuo conceſſiſſe, & in omnibus confirmaſſe, veſtra compareat ſolertia. Quapropter per hoc præceptum quod ſpecialius decernimus, & in perpetuo volumus eſſe manſurum, jubemus atque conſtituimus, ut *neque vos neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri in perpetuo, nec quilibet de judiciaria poteſtate accinctus*, in curtes præfatæ baſilicæ Domni Dionyſii, ubi & ubi in quaſcunque regiones vel pagos in regno, Deo propitio noſtro, quod à die præſente pars ipſius Monaſterii poſſidere & dominari videtur, vel quod ad Deum timentibus hominibus per legitima Chartarum inſtrumenta ibidem fuit conceſſum, aut in antea erit additum vel delegatum, nec ad cauſas audiendum, nec ad fidejuſſores tol-

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 649 & ſeq.

Extrait de Theodoret. Ann. 649 & ſeq.

verò præfatæ baſilicæ Domni Dionyſii ubi & ubi in quaſcũque regiones vel pagos in regno Deo propicio noſtro quòd à die præſente pars ipſius Monaſterii poſſidere & dominari videtur, vel quod à Deum timentibus hominibus per legitima Chartarum inſtrumenta ibidem fuit conceſſum, aut in antea erit additum vel delegatum, nec ad cauſas audiendum, nec ad fidejuſſores tollendos, nec ad freda vel bannos exigendum, & ad manſiones vel paratas faciendum nec ullas redibitiones requirendum infra immunitatem ſancti Dionyſii ingredi vel requirere quoquo tempore præſumatur, ſed quidquid exinde fiſcus noſter poterat exactare, omnia & ex omnibus pro mercedis noſtræ augmento, ſub integra & firmiſſima immunitate à die præſente concedimus ad ipſum ſanctum locum, & in perpetuo confirmamus. Si autem quiſpiam hanc noſtram auctoritatem vel immunitatem infringere voluerit, & alios ad hoc conduxerit, unuſquiſque pro ſemetipſo libras 30 ex auro puriſſimo partibus S. Dionyſii componat, &, ut dictum eſt, quidquid exinde fiſcus noſter ad partem noſtram ſperare poterat, in luminaribus, vel ſtipendiis Monachorum, ſeu & in eleemoſynis pauperum ipſius Monaſterii, perenniter per noſtra oracula ad integrum ſit conceſſum atque indultum, ita ut eis melius delectet pro ſtabilita e regni noſtri, vel pro quiete, & quibuſlibet leudis noſtris Dolendos, nec ad freda vel pannos exigendum, & ad manſiones vel paratas faciendum, nec ullas redibitiones requirendum, infra immunitatem S. Dionyſii ingredi vel requirere quoquo rempore non præſumant: ſed quidquid fiſcus noſter exinde poterat exactare, omnia & ex omnibus pro mercedis noſtræ augmento, ſub integra & firmiſſima immunitate à die præſente concedimus. Et ſi quiſpiam hanc noſtram auctoritatem vel immunitatem infringere voluerit, & alios ad hoc conduxerit, unuſquiſque pro ſemeripſo libras xxx ex auro puriſſimo partibus S. Dionyſii coactus componat, &, ut dictum eſt, quidqnid exinde forſitan fiſcus noſter ad partem noſtram ſperare poterat, in luminaribus vel ſtipendiis Monachorum, ſeu & in alimoniis pauperum ipſius Monaſterii perenniter per noſtra oracula ad integrum ſit conceſſum atque indultum; ita ut melius delecter pro ſtabilitate regni noſtri, vel pro quiete, & quibuſlibet leudis noſtris Domini miſericordiam attentiùs deprecari. Ut hæc auctoritas noſtris & futuris temporibus circa ipſum ſanctum locum perenniter firma & inviolata permaneat, per omnia tempora illæſa cuſtodiatur atque conſerverur, & ab omnibus optimatibus noſtris & Judicibus publicis & privatis melius ac certius credatur, manûs noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare, & de annulo noſtro juſſimus ſigillare.

Digitized by Google

mini miſericordiam attentiùs deprecari. Et ut hæc auctoritas noſtris & futuris temporibus circa ipſum ſanctum locum perenniter firma & inviolata permaneat, vel omnia tempora illæſa cuſtodietur atque conſervetur, & ab omnibus optimatibus noſtris, & Judicibus publicis & privatis melius ac certius credatur, manûs noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare, & de annulo noſtro juſſimus ſigillare.

Dagobertus Rex ſubſcripſit. *Dado obtulit. Datum ſub die* IIII *Kal. Aug. anno* XI *regni noſtri. Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.*

Dagobertus Rex ſubſcripſit. *Palladius Epiſ. ſ. Taurinus Epiſ. ſ. Eligius Epiſ. ſ. Silvinus Epiſ. ſ. Oradio Epiſ. ſ. Clarus Epiſ. ſ. Gondoënus Comes ſ. Dado obtulit. Johannes Epiſ. ſ. Richoaldus Epiſ. ſ. Etherius Epiſ. ſ. Laudomerus Epiſ. ſ. Landericus Epiſ. ſ. Acterius Epiſ. ſ. Mommolus præfectus ſ. Data 4 Kalend. Aug. anno 20 regni noſtri, Pariſius in Dei nomine feliciter. Amen.*

Sed, inquiet aliquis, apographo autographum præferri debet. Reſpondeo, utrumque eſſe apographum. Non enim exiſtimo id quod Jacobus Doublet Monachus S. Dionyſii edidit, ab ipſo confectum fuiſſe, ſed potius ex Charta ni nium depravata deſcriptum. Porro noſtrum apographum hoc præſtat, quòd pertineat ad virum potiſſimum hiſce in rebus integerrimum atque in dijudicandis veris à falſis codicibus Mſſ. omnium exercitatiſſimum: deinde quòd conſtet ex Chartulario Monaſterii S. Dionyſii accuratiſſime exſcriptum fuiſſe: poſtremo, & illud eſt præcipuum, quòd nihil contineat quod ſit aut abſurdum, aut Eccleſiaſticæ Diſciplinæ repugnans; cum viri eruditi Eccleſiaſticæ Diſciplinæ monumentorum veritatem non ex ſolo charactere codicum Mſſ. dijudicent, verùm longe magis quia genuinam quæ tunc temporis vigebat diſciplinam reſerunt.

In fine hujus ultimi capitis obſervet lector, ſi quædam inter præclara Eccleſiaſticæ Diſciplinæ monumenta edita reperiantur in obſervationibus J. B. Soucheti ad epiſtolas Ivonis &c. ad ea quæ nondum edita ſunt omnino pertinere, & in codicibus Mſſ. adeò inter ſe connexa eſſe, ut, cùm maximam ſibi invicem lucem afferant, illa omitti non potuerint.

EXTRAIT DU RECUEIL DE JACQUES PETIT, OU *DU PÉNITENTIEL DE THEODORET.*

EPISTOLÆ SUMMORUM PONTIFICUM, In quibus declarant ſua ſtatuta, ſuas auctoritatis Litteras, Privilegiaque ab ipſis conceſſa, contra Canonum decreta & jura Eccleſiarum nunquam opponi poſſe: Concilia in quibus hæ Conſtitutiones, hæcque Privilegia abrogantur. **

I. *EPISTOLÆ URBANI II, UNA CUM CONCILIIS In quibus ipſius Privilegia per ſubreptionem contra jura Eccleſiaſtica extorta, reſcinduntur, ipſo quidem jubente, hoc ordine diſpoſitæ ab Hugone Gratianopolitano Epiſcopo.*

Ex Chartulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ.

Hæc ſcriptura dicit:

DE INJURIIS QUAS FECIT GUIDO ARCHIEPISCOPUS VIENNENSIS, *ECCLESIÆ GRATIANOPOLITANÆ, & ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo Hugoni, de Pago Salmoriacenſi.*

Hic titulus ſic legitur in Chartul.

EXTRAIT DE THEODORET.

EGo Hugo *Gratianopolitanus* Epiſcopus, poſterorum notitiæ trado, qualiter Viennenſis Archiepiſcopus *Guido* calumniam movit, de *Salmoriacenſi* pago adversùs *Gratianopolitanam* Eccle-

Ann. 1099 & ſeq.

** Cette ſuite d'Actes peut ſervir à la preuve de divers articles; mais notamment des art. 43 & 46. Par les premiers qui traitent d'un démêlé entre l'Archevêque de Vienne & l'Evêque de Grenoble, on voit, que ſi le jugement eſt déféré au Pape en matiere poſſeſſoire & temporelle quoiqu'entre Eccléſiaſtiques, c'eſt parce qu'il s'agiſſoit de l'intérêt ou de la cauſe majeure de deux Prélats, laquelle eſt référée par le Pape lui-même à un Légat ſur les lieux & de celui-ci à un Concile.

La caſſation ou révocation des Priviléges oppoſés par l'Archevêque de Vienne eſt encore une preuve de l'article 44 ſur la néceſſité de l'examen & la vérification des Bulles qui pourroient être contraires aux ſaints Canons & aux droits des Egliſes: il en faut dire autant de l'Epitre du Pape Calixte III à l'Archevêque de Tours, où l'on doit remarquer ces paroles: *Nos igitur qui intenſis deſideriis omnes Catholicos Principes, & præſertim ipſum Regem, qui unà cum Chriſtianiſſimis ſuis Progenitoribus maxima Eccleſiæ Dei & Sedis Apoſtolicæ contulit beneficia.*

ſiam, præfatum pagum injuſtè poſſidere, quoniam juris erat Viennenſis Eccleſiæ. Ad quam querimoniam diffiniendam *Viennam* convenimus, ſed cauſa tunc indiſcuſſa diem aliam placito conſtituimus; in qua die apud *Rormanos* iterum convenerunt cum eo *Gentardus Valentinenſis*, & *Guido Genevenſis* nobiſcum, *Pontius Belicenſis* & *Landricus Matiſconenſis* Epiſcopi, ubi & ſcriptis & aliis teſtimoniis oſtendimus, quòd pagum illum *Gratianopolitana* Eccleſia per centum annos & eo amplius poſſediſſet: ex quo verò primùm poſſederit penitus ignorare. Econtra Viennenſes objicerunt, quòd eo tempore, in quo *Gratianopolitana* Eccleſia à Paganis deſolata erat, ejuſdem Civitatis Epiſcopo ab Archiepiſcopo Viennenſi ad tempus conceſſus eſt: à quibus cùm requiſiſſent præfati Epiſcopi, ſi ſuper hac reſponſione aliqua Chartarum monimenta haberent, reſponſum eſt nullum exinde ſcriptum habere, ſed ſolùm vulgi rumorem ſufficere. At *Gratianopolitani* Canonici poſtulaverunt, ut præſentes Epiſcopi ſuper hoc judicarent, utrum nuda & ſola Viennenſium verba *Gratianopolitanam* Eccleſiam à poſſeſſione tam antiqua excluderent. Sed *Viennenſis* Archiepiſcopus noluit audire judicium, quoniam eo tempore milites illius terræ ad pacem faciendam conjuratos in manu ſua tenebat. Quod judicio non potuit, opportunitate acceptâ violenter abſtulit; pro qua invaſione Domino Papæ Urbano II proclamationem fecimus. Unde Lugdunenſi Archiepiſcopo *Hugoni*, qui tunc Legatus Romanæ Eccleſiæ erat litteras deſtinavit. *Lugdunenſis* itaque Archiepiſcopus fretus Apoſtolicâ auctoritate, utrumque noſtrum ad tantam injuriam definiendam apud *Baonem* antè præſentiam ſuam ex præcepto Domini Papæ venire fecit. Qui utrinque auditâ ratione plenam inveſtituram *Gratianopolitanæ* Eccleſiæ, quæ, ſicut diximus, violenter expoliata fuerat, judicavit: & primo Concilio in Galliis celebrando calumniam ſe determinaturum promiſit. Inveſtituram autem *Viennenſis* Archiepiſcopus, ſpreto Apoſtolici Legati judicio, reddere nobis noluit; quoniam eo tempore Romam ad Dominum Papam *Urbanum*, Legatum cum litteris ſuis miſerat, poſtulans ab eo, ut quæ juris erant Viennenſis Eccleſiæ privilegio confirmaret: pro cujus impetratione, ſicut ipſe nobis poſtea confeſſus eſt, quingentos ſolidos in Romana curia diſpenſavit. In quo inter alia *Salmoriacenſem* pagum, quem noviter arripuerat, fraudulenter & per ſurreptionem ſcribi fecit, Domino Papâ ipſius pagi querimoniam prorſus ignorante. Quam privilegii fraudem ubi perſenſimus cum ſumma feſtinatione Romam miſimus apud Dominum Papam, conquerentes & de contempto ſuper inveſtitura Legati ſui judicio, & de fraudulenta privilegii ſurreptione. Unde Dominus Papa *Urbanus* Lugdunenſi Archiepiſcopo *Hugoni* Legato ſuo litteras mandavit, quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 1099 & ſeq.

Extrait de Theodoret. Ann. 1099 & ſeq.

EPISTOLA URBANI II AD HUGONEM EPISCOPUM LUGDUNENSEM,

Quòd ſuæ auctoritatis litteræ contra jura Eccleſiarum objici non debent.

Ex Chartulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri & Coepiſcopo *Hugoni* Lugdunenſi, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sollicitudinis noſtræ vices, & agendorum Conciliorum providentiam ſtrenuitati tuæ purè ſimpliciterque commiſimus; ſed pro conſervanda pace, & negotio facilius peragendo utilius æſtimavimus confratris noſtri Remenſis Archiepiſcopi conſilium adhibere, quia in ejus manu familiarius cauſa Regis verſatur. Tua verò intererit ſive cum ejus, ſive ſine ejus conſilio, prout tibi à Domino copiam miniſtrari conſpexeris, injunctæ Legationis officium exercete, & pullulantes vitiorum palmites, divini verbi falce reſcindete. Inter Viennenſem Archiepiſcopum *Guidonem*, & Grannopolitanum Epiſcopum *Hugonem*, quid rerum ſit, ſagacitas tua longè melius intra provinciam inveſtigare prævalet, quàm nos qui tam longis terrarum ſpatiis abſumus. Quod igitur de eodem negotio tua fraternitas ſtatuit, nos de tuæ juſtitiæ integritate ſecuri, noſtrâ aſſertione firmamus. Si quas verò noſtræ auctoritatis litteras Epiſcopus Viennenſis objecerit, noſſe nos volumus, quia nos nihil ipſi, aut Eccleſiæ Viennenſi conceſſimus, niſi quod hactenus poſſediſſe cognoſcitur; etiamſi per ſubreptionem, ſortè quòd abſit, aliquid videatur extortum: ſua enim cuique volumus jura ſervari. Tu hanc eorum diſſenſionem, quanto citius poteris, adjuvante Domino, ſopire procura: in his & in aliis quæ Dei ſunt in promptu habeas te Dei miniſtrum ſpiritu ferventiſſimo exhibere. Orantem pro nobis ſanctitatem tuam gratia divina cuſtodiat. Data Romæ XVII Kalend. Jun.

Nobis verò per eundem Legatum litteras in hunc modum miſit.

EPISTOLA URBANI II AD HUGONEM GRATIANOPOLITANUM EPISCOPUM,

EXTRAIT DE THEODORET.

Ann. 1099 & seq.

Quòd ſuas Conſtitutiones & auctoritatis litteras contra jura Eccleſiarum Viennenſis Archiepiſcopus non debet opponere.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri *Hugoni Grannopolitano* Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro negotio tuo conſratri noſtro Lugdunenſi *Hugoni* Archiepiſcopo reſcripſimus. Quod enim ipſe noſtrâ vice ſtatuit, nos noſtrâ aſſertione corroboramus. Si quas verò noſtræ auctoritatis litteras Viennenſis Archiepiſcopus oppoſuerit, nihil cauſæ tuæ officere arbitreris. Nos enim nihil ipſi aut Eccleſiæ Viennenſi conceſſimus, niſi quod juſtè hactenus poſſediſſe cognoſcitur: ſua enim cuique volumus jura ſervari. Orantem pro nobis fraternitatem tuam miſeratio divina cuſtodiat. Data Romæ XVII Kalend. Jun.

DE CONCILIIS EDUENSI SEU AUGUSTODUNENSI, ET PLACENTINO,

In quibus Conſtitutiones Urbani, & Privilegia per ſubreptionem contra jura Eccleſiaſtica extorta, reſcinduntur, ipſo quidem jubente.

INterea Lugdunenſis Archiepiſcopus *Hugo* apud Eduenſem civitatem Concilium diſpoſuit celebrare, ubi nos intereſſe præcepit paratos ad dirimendam totius Concilii judicio querimoniam. Tandem in Concilio ad cauſam noſtram ventum eſt; ubi poſt multa verba, ut cauſam noſtram injuſtam eſſe Viennenſis Archiepiſcopus comprobaret: cum inſultatione ſcripturarum quaſi multâ vetuſtate contritam Chartam protulit, quæ continebat quòd *Barnuinus* Viennenſis Archiepiſcopus *Iſarno* Grannopolitano Epiſcopo Eccleſiam *S. Donati* & Salmoriacenſem pagum conceſſiſſet, donec Grannopolitanæ Eccleſiæ pax à perſecutione Paganorum, quæ tunc vaſtabatur, redderetur. Quâ perlectâ, à timore quem nobis incuſſerant reſpiravimus, rogantes Apoſtolicum Legatum, ut Chartam illam ipſe ſervaret, quæ ſine dubio falſum teſtimonium dabat; quoniam *Barnuinus* Viennenſis Archiepiſcopus & *Iſarnus* Grannopolitanus Pontifex non contemporanei fuerunt, ſicut ex catalogo Lugdunenſi, & ex aliis multis ſcriptis collegimus. Præterea Chartam illam infirmavimus & caſſavimus, ex eo quòd *Alcherius* Grannopolitanus Epiſcopus Anteceſſor *Iſarni* Epiſcopi prædictum pa-

Extrait de Theodoret. Ann. 1099 & seq.

gum *Salmoriacenſem* poſſediſſe multis Chartarum teſtimoniis cognoſcitur: & Eccleſiam ſancti *Donati* Grannopolitana Eccleſia non per *Barnuinum* obtinuiſſet, ſed largitione Regum, videlicet *Boſonis* & *Lodovici* filii ſui; quod præceptis eorum Regalibus declaratum eſt. Cognitâ autem à nobis ipſius ſcripturæ falſitate, Viennenſis Archiepiſcopus judicium, quod primum quâdam importunitate requirebat, ſuffugere cœpit: & Chartâ illa à conſpectu Concilii & ipſius Legati repente ſublatâ, ad præfati Privilegii auctoritatem ſpreto judicio recucurrit. Quod nihil ei ſuffragari potuit; quoniam Dominus Papa illud Privilegium per ſubreptionem ſibi extortum litteris ſuis intimaverat, & cauſam noſtram canonico judicio diffiniendam à Legato ſuo commiſerat: & ita hoc refugio, quo injuſtitiam ſuam defendere moliebatur, Viennenſis Archiepiſcopus deſtitutus eſt. Tentaverunt autem Archiepiſcopi præſentes & Epiſcopi, rogatu Apoſtolici Legati, qui Concilii turbationem formidabat, pacem inter nos & concordiam reformare. Sed quoniam noſtra quæ invaſerat ex integro nobis reſtituere noluit, ſatius intellexi ſynodale judicium, quàm inutilem concordiam recipere. Quod ille plurimum formidans, & quaſi imminentem judicii ſententiam evadere cupiens, jus Eccleſiæ nobis commiſſæ, Viennæ conſilio Canonicorum ſuorum nobis reſtituere promiſit. Igitur die conſtitutâ Viennam veni, ſed quod ipſe promiſerat, minimè implevit. Interea Dominus Papa *Urbanus* Placentiæ diſpoſuit celebrare Concilium, ubi Gallicanos Epiſcopos præcepit intereſſe. Qui ſuper tanta injuria querimoniam facturus cùm pergerem, Viennenſem Archiepiſcopum in Italiam apud ſanctum *Ambroſium* reperi. Quòd ut me ab incepto itinere revocaret, hebdomadâ quâ Concilium Placentinum Papa celebrare diſpoſuerat, Concilio Lugdunenſis Archiepiſcopi ſe obediturum de cauſa noſtra ſpopondit. Hâc intentione ab itinere domum regreſſus, cùm Lugdunum venire determinatâ die præpararem, Viennenſis placitum renunciavit. Et ſic ab eo turpiter illuſus, dolos ipſius cognoſcens, iter quod intermiſeram ſtatim arripui, & ultimâ die Concilii ſumma cum feſtinatione Placentiam veni: ubi coram Papa & univerſo Concilio, violentiam quam nobis Viennenſis intulerat, & dolos ejus, & Apoſtolicæ Sedis contentum expoſui; & qualiter Apoſtolici Legati judicio de inveſtitura noſtra obedire noluerat. Quo audito, totius Concilii judicio plenam inveſtituram Salmoracenſis pagi Papa nobis reddidit: privilegium quod ſicut ſupra poſitum eſt per ſubreptionem Viennenſis extorſerat, caſſavit: & ſuper hoc ei litteras deſtinavit, quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

EPISTOLA

EPISTOLA URBANI AD GUIDONEM VIENNENSIUM ARCHIEPISCOPUM.

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 1099 & ſeq.

Ipſi denuntiat Privilegium contra jura Eccleſiarum conceſſum irritum eſſe.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, *Guidoni* Viennenſium Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Neceſſitati & utilitati Eccleſiæ providentes, in promotione tua quod ætati deerat, toleravimus. Contra Eccleſiæ noſtræ morem abſenti tibi Pallium contribuimus, privilegium quoque conceſſimus, in quo tamen Legatus tuus id per ſubreptionem fecit adſcribi, quod uſque ad tua tempora Grannopolitanus Epiſcopus poſſederat, quem in Romana Eccleſia plurimùm carum habemus. Qua de re, cùm ſæpe apud nos, & apud Legatum noſtrum venerabilis confrater noſter ſupradictus Epiſcopus conqueſtus fuerit, tu tantorum beneficiorum immemor, neque noſtris neque Legati noſtri litteris vel præcepto obediſti. Nuper autem ad Concilium, quod, annuente Deo, Placentiæ celebravimus, idem Epiſcopus veniens de eadem re, de Salmoriacenſi pago videlicet, in comitiuni audienria conqueſtus eſt. Plurimorum etiam aſſertionibus patuit, pagum illum ſub nonnullis Epiſcopis Grannopolitanam Eccleſiam poſſediſſe. Illam igitur ſubreptionem, per quam res ſub querimonia poſitas quaſi per privilegium vendicas, nos irritam eſſe & vires nullas obtinere decernimus. Unde Synodali judicio eum de pago illo, ſalvâ tuæ Eccleſiæ juſtitiâ, reinveſtivimus, & præſentium litterarum auctoritate præcipimus, ut eandem inveſtituram adimpleas, & eum quietè poſſidere permittas; donec aut ante Nos, aut ante Legatum noſtrum canonico judicio decidatur. Quòd ſi contempſeris, profecto noveris beati Petri, ac noſtram te gratiam amiſſurum. Data Placentiæ IV idus Mart.

Archiepiſcopus Viennenſis damnatur, quòd retractationem ſummi Pontificis nolit recipere.

QUibus litteris Archiepiſcopus Viennenſis noluit odedire, immò litterarum portitorem minis arque convitiis dehoneſtavit. Unde ad Papam ſub brevi tempore Mediolanum accedens, præſumptionem & contumaciam Archiepiſcopi Viennenſis contra Sedem Apoſtolicam oſtendi. Apoſtolicus itaque me ab ipſius ſubjectione ſubtraxit, & Clericis ac Laïcis in pago Salmoriacenſi commorantibus, nè Viennenſi Archiepiſcopo obedirent, interdixit litteris quas hic ſubjungere curavimus.

EPISTOLA URBANI II AD CLERICOS ET LAICOS IN PAGO SALMORIACENSI COMMORANTES,

EXTRAIT. DE THEODORET Ann. 1099 & ſeq.

Nè amplius Archiepiſcopo Viennenſi obediant, qui Privilegii auctoritate fultus, retractationem juſtam pertinaciter rejiciebat.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis tam Clericis quàm Laïcis in pago Salmoriacenſi commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam frater Viennenſis Archiepiſcopus, Noſtro, & Concilii quod, largiente Domino, Placentiæ celebratum eſt, judicio obedire contempſit, ut videlicet Grannopolitano Epiſcopo Salmoriacenſem Archidiaconiam reſtitueret, ſicut de ea fuerat inveſtitus, Nos vobis præſentium litterarum auctoritate præcipimus, ut ejuſdem Viennenſis Archiepiſcopi ſubjectione poſthabitâ, quam à vobis videtur violenter exigere, Grannopolitano deinceps, tanquam proprio Epiſcopo, obediatis: donec utriuſque præſentibus idem negotium in noſtra, vel Legati noſtri audientia, canonico judicio diffiniatur. Si verò etiam nunc Viennenſis Archiepiſcopus uſque ad canonicum judicium ſuper inveſtitione hac inquietare præſumpſerit, nos ipſi interim ab illius obedientia ſubtrahimus. Data Mediol. VII Kalend. Jun.

Archiepiſcopi Viennenſis pertinacia damnatur in Concilio Arvernenſi.

CONtigit interea Dominum Apoſtolicum Gallicanam Eccleſiam viſitare, qui Valentiam ad dedicandam majorem Eccleſiam veniens, ibique Viennenſem Archiepiſcopum allocutus, ad dirimendam litem quæ inter nos erat utrumque ante præſentiam ſuam die conſtitutâ adeſſe præcepit. Cùmque juxta præceptum ipſius antiquis Chartarum teſtimoniis onuſtus Epiſcoporum & Clericorum, Laïcorum quoque conſilio ſufficienter munitus illuc adventaſſem, Archiepiſcopus Viennenſis ſpiritu ſuperbiæ afflatus, arcem loci, & munitionem cum armatis occupavit militibus; ut ſi quid contra voluntatem ſuam Papa loqueretur, ipſe apud ſe in ſua poteſtate permaneret. Et ideo Papa ſuo etiam jure, abbatiâ videlicet Romanenſi, taliter expoliatus eſt, & cauſam noſtram diffinire non potuit. Ego autem injuriæ propriæ non immemor, in Arvernenſi Concilio quod Papa eodem anno celebravit, querimoniam noſtram adverſùs Archiepiſcopum jamdiu agitatam, Papæ & univerſo conventui repræſentare curavi. Apoſtolicus verò injuriæ noſtræ & labori compatiens, Salmoriacenſem Pagum Grannopolitanæ Eccleſiæ ex integro reſtituit: & me & Grannopolitanam Eccleſiam ab ipſius obedientia ſubtraxit, quandiu ſuper hac reſtitutione Apoſtolico præcepto obedire contemneret: & exinde Comiti & Parochianis noſtris litteras hujuſmodi delegavit.

Digitized by Google

EPISTOLA URBANI II AD GUIGONEM COMITEM, CLERUM, ET POPULUM GRANNOPOLITANUM.

Extrait de Theodoret.

De iis, quæ auctoritate Concilii Arvernenſis definita ſunt contra Archiepiſcopum Viennenſem.

Ann. 1099 & ſeq.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Guigoni* Comiti, Clero, & populo Grannopolitano, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Querelam venerabilis confratris noſtri *Hugonis* veſtri Epiſcopi, de Salmoriacenſi pago jamdiu agitatam, Concilii quod apud Clarum Montem civitatem Arverniæ celebravimus, auctoritate noveritis deſſinitam. Quia enim confrater noſter Viennenſis Archiepiſcopus *Guido*, ſæpe & noſtris litteris, & vivâ noſtri oris voce commonitus, de eadem cauſa obedire contempſit, & inveſtituram quam eidem veſtro Epiſcopo Placentiæ fecimus, exequi noluit: nos poſſeſſionem illam quam & idem frater *Hugo*, & nonnulli ſuorum Anteceſſorum poſſediſſe noſcuntur, ſupradicto fratri noſtro, & Grannopolitanæ Eccleſiæ reſtituimus; & quandiu Viennenſis Archiepiſcopus huic diffinitioni obedire contempſerit, tam ipſum, quàm Grannopolitanam Eccleſiam ab ejus obedientia ſubtraximus. Omnibus etiam in eodem pago commorantibus, tam Clericis quàm Laïcis, nè Viennenſi Archiepiſcopo obediant, interdicimus; donec aut judicium quod factum eſt, exequatur, aut querela hæc ante Nos canonico judicio inter utrumque comprobata certiorem finem accipiat. Data III Kalend. Decembris, apud Clarum Montem Arvemiæ.

Summi Pontificis retractationi Archiepiſcopus Viennenſis cogitur obtemperare: & paulò poſt arrogans & contumax efficitur.

GUICO quidem Comes Apoſtolicis litteris excitatus Archiepiſcopum adire, & apud eum minis ac precibus effecit, quatenus Salmoriacenſem pagum ſecundùm præceptum Apoſtolici nobis, & Grannopolitanæ Eccleſiæ reſtitueret. Cui reſtitutioni apud Capellam Arearum interfuerunt *Gualterius* Albanenſis, & *Leodegarius* Vivarienſis Epiſcopi, Viennenſis Eccleſiæ, & Grannopolitanæ Canonici, *Guigo* prædictus Comes, necnon & Principes ipſius terræ. Quam inveſtituram, quoniam corporis infirmitas ferè per biennium in Apulia me detinuit, Archiepiſcopus iterum præſumpſit invadere. Quod poſtquam per Legatum noſtrum Papæ nunciatum eſt, litteris ſuis Legatum ſuum Lugdunenſem Archiepiſcopum commonuit, ut ab injuria Grannopolitanæ Eccleſiæ & noſtra Archiepiſcopum Viennenſem auctoritate Apoſtolicâ omnino coerceret. Quarum litterarum exemplum infra ſubpoſui.

Extrait de Theodoret. Ann. 1099 & ſeq.

EPISTOLA URBANI II AD HUGONEM SEDIS APOSTOLICÆ LEGATUM,

Ut coerceat arrogantiam & contumaciam Archiepiſcopi Viennenſis.

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo fratri & Coëpiſcopo *Hugoni*, Apoſtolicæ Sedis vicario, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quàm arrogantet, quàm indignè adversùs Nos & ſanctam Romanam Eccleſiam frater noſter Viennenſis Archiepiſcopus *Guido* ſe habuerit, ſcientiam veſtram nequaquam latet. Præter cætera verò cervicem ſuam adversùs humilitatem noſtram adeo ſuſtulit, ut & Romanenſem Abbatiam à nobis interdictam reinvaderet, & fratri noſtro Gratinopolitano Epiſcopo, Eccleſias quas nobiſcum ipſe reſtituerat, ſine judicio reaulettet. Tuam ergo fraternitatem pro nobis omnino ad juſtitiam excitari præcipimus. Sentiat ut adamantem & ſilicem, faciem tuam, remotâque præteritæ lenitatis reverentiâ, omnino ſecundum juſtitiam Grannopolitanæ Eccleſiæ ſua jura reſtituas, & Apoſtolicæ Sedis injurias ulciſcaris. In Epiſcoporum mutationibus hactenus nimis lenes pro Apoſtolicæ manſuetudinis gratia, Gallicanorum petitionibus condeſcendimus: deinceps autem id penitus præcaveri præcipimus; neque enim Nicænæ Synodi, quam æque ut ſanctum Evangelium veneramur, auctoritatem hujuſmodi occaſionibus evacuari ultetius patiemur. Data Lateranis, 11 Nonas Jun.

Concilium Auguſtodunenſe, V. ſuprà Eduenſe.

Inuotuit eodem tempore, divinâ nobis favente clementiâ, Chartam illam, quam in Auguſtodunenſi Concilio Archiepiſcopus Viennenſium adverſum nos de Salmoriacenſi *pago protulerat, certioribus indiciis, falſam eſſe. Ille enim, cui ſcriptor ejuſdem Chartæ infirmitate detentus confeſſus fuerat, nobis patefecit. Quem ſcriptorem nomine* Sigibodum *ſancti* Ragnaberti *Monachum, per amicos noſtros ejuſdem cœnobii Monachos evocatum, apud Monaſterium, quod* Granium *dicitur, ante Altare beatæ* Mariæ, *ſub invocatione divinæ præſentiæ communicationem intentando, adjuravi.*

II. PASCHALIS II MANDATUM,

EXTRAIT DE THEODORET. Ann. 1099 & seq.

Quo Quæſtio de Pago Salmoriacenſi inter GUIDONEM *Viennenſem, & Hugonem Grannopolitanum Epiſcopos, per multos annos, & in multis Conciliis ventilata dirimitur, nonobſtantibus ſupradictis Privilegiis.*

Ex Chartulario Eccleſiæ Viennenſis.

PASCHALIS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Inter venerabiles fratres *Guidonem* Viennenſium, & *Hugonem* Grannopolitanum Epiſcopos, de pago Salmoriacenſi per multos annos, & multis in Conciliis queſtio ventilata eſt. Noviſſimè ante præſentiam noſtram Lugduni in hanc concordiam ex noſtri proviſione judicii convenerunt, ut ejuſdem pagi æquam diviſionem facerent, & tam Viennenſi quàm Grannopolitanæ Eccleſiæ pars ejuſdem diviſionis vicinior redderetur: quicquid autem in territorio infra bornam, & Iſaram verſus Grannopolim conſtituto Viennenſis Archiepiſcopus calumniabatur, ab omni deinceps infeſtatione liberum Grannopolitanæ Eccleſiæ cederet: Porro Eccleſiam beati *Donati*, quæ infra Viennenſem Parochiam continetur cum omnibus mobilibus ſive immobilibus ad eam pertinentibus, Grannopolitanus Epiſcopus jure proprietario poſſideret, & tam Canonicas ipſius Eccleſiæ, quàm univerſa ad eam pertinentia ipſe diſponeret; Viennenſis autem Parochiali tantum jure in Clericorum & altarium conſecrationibus uteretur. Pari ergo communique conſenſu, Salmoriacenſis pagi talis eſt facta diviſio, ut undecim caſtella cum Eccleſiis, & Parochiis, & totis mandamentis ſuis, Viennenſi Eccleſiæ: & undecim caſtella cum Eccleſiis & Parochiis, & totis mandamentis ſuis, Grannopolitanæ Eccleſiæ dederentur. Hæc autem ſunt caſtella quæ in portionem Viennenſis Eccleſiæ ſegregata ſunt: caſtrum *S. Georgii*, *Briſſiacum*, caſtrum *veteris villæ*, caſtrum *Orniciacum*, caſtrum *Bonocellum*, caſtrum *Leemps*, caſtrum *Planilla*, caſtrum *Clari Montis*, caſtrum *ſancti Lorii*, caſtrum *Peladrudi*, caſtrum *Vireu*. Item hæc ſunt, quæ in portionem Grannopolitanæ Eccleſiæ obvenerunt: caſtrum *Vinniacum*, caſtrum *Nerpoicum*, caſtrum *Novum*, caſtrum *Tullinum*, caſtrum de *Ruus*, caſtrum *Moirencum*, caſtrum *Vorione*, caſtrum *Tuluvnis*, caſtrum *Miribellum*, caſtrum *Minuetum*, *deſcalis*, caſtrum *Vorapium*; & ſuper hæc Eccleſia de *Cancellaico*, cum tota parochia ſua. Sic, largiente Domino, ſupradictæ quæſtionis diuturnitas terminata eſt, & pacis atque concordiæ inter *Viennenſem* & *Grannopolitanam* Eccleſiam, earumque Præſules, utroque in idipſum conſentiente, ſtabilitas inſtituta eſt. Quam ſtabilitatem nos in perpetuum permanſuram, largiente Domino, confirmamus, præcipientes & omnimodis ſancientes, ut pars quæ

Extrait de Theodoret. Ann. 1099 & seq.

Viennenſi, ſeu *Grannopolitanæ*, quemadmodum ſupra ſcriptum eſt, ceſſit Eccleſiæ, ſemper ejus parochia ſit, nec ulli omnino perſonæ liceat, aut Viennenſi, ſuam, aut Grannopolitanæ, ſuam quæ ſuperiùs diſtincta eſt, ullo unquam tempore ſubtrahere portionem. Si verò alter adverſùs alterum indeliberatâ parte quæſtionem aut violentiam fecerit, juxta conditionem quâ ſe in judicio uterque conſtrinxit, acceptâ portionis poſſeſſione careat, & omne deinceps agendi jus in eodem negotio prorſus amittat. Ad hæc præceptum eſt, & repetitâ præceptione firmamus, nè Viennenſis Epiſcopus ulterius in illa parte *Grannopolitanæ* Eccleſiæ, aut pacem, aut communiam, aut aliquam exactionem requirat, aliter quàm in Rienſi, ſeu Vivarienſi parochia ad Viennenſem Metropolim pertinente. Affuerunt huic judicio ſive concordiæ, quæ apud Lugdunum IV Kal. Februarii facta eſt, venerabiles Epiſcopi *Ricardus Albanus*, *Aldo Placentinus*, *Potius Anitienſis*, *Leodegarius Vivarienſis*, *Guido Gebennenſis*, *Euſtathius Valentinus*, *Cono Maurianenſis*, & *Guigo Comes Albianenſis*. Datum per manum *Iohannis* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii apud Eccleſiam ſancti *Petri de Alaverdo*, IV Non. Aug. Indict. XV, Incarnationis Dominicæ Anno MCVII, Pontificatûs autem Domni Paſchalis II Papæ, VIII.

III. EPISTOLA CALLIXTI PAPÆ III AD ARCHIEPISCOPUM TURONENSEM,

In qua ei ſignificat ſtatuta ſua de citatione Procuratoris Generalis Caroli Francorum Regis, utpotè juribus & Privilegiis Eccleſiæ Gallicanæ contraria, nullius roboris & momenti eſſe debere.

Ex Authentico V. Cl. Antonii Vion Domini d'Herouval.

Callixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Turonenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis providentia circumſpecta nonnunquam illa, quæ ejus auctoritate emanârunt, ſi quando comperit meliori habitâ informatione ea in aliquorum præjudicium tendere, revocat, & annullat, ac de remedio oportuno providet; prout, rerum & perſonarum qualitate penſatâ, id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem inter venerabilem fratrem noſtrum *Guillermum* Epiſcopum Nannetenſem, & ejus Officiarios temporales ex una, ac dilectos filios Joannem *Delbieſis* militem dicti Epiſcopi vaſſallum, ac Procuratorem Generalem chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Caroli* Francorum Regis illuſtris, & nonnullas alias perſonas partibus ex altera, ſuper certis differentiis tunc expreſſis ortâ materiâ quæſtionis, certa citatio à dilecto filio noſtro Dominico, titulo S. Crucis in Jeruſalem,

Extrait de Theodoret Ann. 1099 & seq.

Preſbytero Cardinali, noſtro Pœnitentiario majori, contra Joannem militem Procuratorem, illos de Parlamento, ac alias perſonas prædictas, auctoritate noſtrâ emanâſſe dicitur juribus, prærogativis, & privilegiis ipſius Regis multùm præjudiciaria. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ejus indemnitatibus paterno intuitu conſulere, ſibique de oportuno remedio providere dignaremur. *Nos* igitur, qui intenſis deſideriis omnes Catholicos Principes, & præſertim ipſum Regem, qui unà cum Chriſtianiſſimis ſuis Progenitoribus maxima Eccleſiæ Dei & Sedi Apoſtolicæ contulit beneficia, optamus in eorum juribus, privilegiis, & prærogativis hujuſmodi illæſos conſervari. Attendentes quòd, ſi de præjudicio Regis hujuſmodi certiores facti fuiſſemus, nullatenus talem permiſiſſemus fieri citationem: ac volentes indemnitatibus dicti Regis conſulere, necnon differentiarum, & citationis hujuſmodi ſtatum, formam, tenorem, & qualitatum cauſas, præſentibus ac ſi ipſis de verbo ad verbum inſerta forent pro ſufficienter expreſſis, habentes: & citationem ipſam, ac proceſſus per illam habitos, & quicquid ejuſdem citationis prætextu actum, geſtum, ſeu etiam innovatum fuit, atque omnia exinde ſecuta revocantes, caſſantes, & annullantes, ac nulla, invalida, & nullius roboris, vel momenti fore declarantes: & lites quaſcunque etiam coram quibuſcunque judicibus tam Eccleſiaſticis quàm Laïcis prætextu citationis hujuſmodi ſuborras, ſeu indeciſas pendentes ad nos harum ſerie advocantes, & illas penitus extinguentes, necnon differentias, quæſtiones, & controverſias inter Epiſcopum, Officiarios, militem, Procuratorem, & illos de Parlamento, ac alios prædictos ortas hujuſmodi in priſtinum & in eum ſtatum in quo erant antequam dicta citatio emanâſſet reponentes, & reponi mandantes; fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Epiſcopo, & Officiariis, ac aliis quibuſvis perſonis in hujuſmodi cauſa delegatis, ſeu ſubdelegatis, etiam ſub excommunicationis & aliis gravioribus ſententiis, ac pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, de quibus tibi videbitur, inhibeas, nè dictæ citationis & proceſſuum ejuſdem prætextu contra militem, Procuratorem, & illos de Parlamento, & alias perſonas hujuſmodi quovis modo procedere, ſeu illius vigore ipſos moleſtare, perturbare, aut inquietare præſumant: ac militi, Procuratori, & aliis prædictis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens non permittas illos ipſius citationis, ac proceſſuum, & aliorum ex illa ſecutorum hujuſmodi occaſione quovis modo moleſtari, contradictores auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Et nihilominus omnes & ſingulos militem, Procuratorem, illos de Parlamento, ac alias perſonas præfatas contra quos, ſeu quas occaſione citationis, & proceſſuum hujuſmodi excommunicationis, aliæ ſententiæ, cenſuræ, ſeu pœnæ Eccleſiaſticæ, vel ſeculares quomodolibet latæ, inflic-

XLVI. Item. Si Judices Eccleſiaſtici faciant citare plures ex Officio, ipſi non admittuntur per Procuratorem; & ſi ad diem ſibi aſſignatam accedant, imponitur eis quod ſunt uſurarii; & niſi reſpondeant ad voluntatem Promotorum in carcere detruduntur, licèt ſint puri laïci, à quo exire non poſſunt, donec finantiam fecerint voluntate Officialium, licèt uſurarii non exiſtant. Et ſi aliqui citatorum hujuſmodi ſint uſurarii, dicti Officiales recipiunt ab eiſdem emendas, & poſtmodum ſicut prius ſolitas uſuras exercent.

B *De uſuræ crimine imputato, vel non punito.*

XLVII. Item. Prædicti Officiales per ſervientes ſuos capi faciunt Clericos ſuos in quocumque Treſſundo, abſque eo quod Juſtitiam loci ad hoc faciant appellare. Si ſuper hoc impediantur per aliquos, ipſi Compellunt eos per ſententiam excommunicationis ad deſiſtendum ab impedimento prædicto.

A *De Clericis captis in quocumque territorio.*

XLVIII. Item. Quoties aliqui Judices temporales capiunt aliquem, qui poſtea requiritur, & redditur tanquam Clericus Judici ſuo Eccleſiaſtico ſine difficultate quacumque, nihilominus dicti Officiales faciunt dictos Judices excommunicatos à Canone nunciari.

A *De eiſdem redditis Curiæ Eccleſiæ.*

XLIX. Item. Prælati faciunt tonſuras hominibus 30 annorum & amplius, & etiam aliquibus conjugatis, qui tales veniunt ad eos pro metu intruſionis carceris, & punitionis alicujus criminalis delicti quod antea perpetraverant, & hoc pluries fuit factum.

B *De collatione Tonſuræ grandævis & conjugatis.*

L. Item. Si contingat quod aliquis homo Regis, vel alterius cujuſcumque excommunicatus exiſtat & velit facere ſe abſolvi, Gentes Prælatorum exigent ab eo emendam ad arbitrium ipſorum. Unde plures gravati fuerunt, & de die in diem gravantur, quia propter hoc plures excommunicati in ſententiis excommunicationis tandiu perſeverant quod inde ſic in excommunicatione decedunt.

C *De emendis pro excommunicatione.*

LI. Item. Poſtquam propter debatum duarum partium contendentium ſuper poſſeſſione alicujus rei immobilis, res contentioſa poſita eſt ad manum Regis per aliquem Regium ſervientem, Judices Eccleſiaſtici nituntur monere ſervientem prædictum, ne perturbet alteram partium in poſſeſſione dictæ rei; quòd ſi fecerit, excommunicant eum.

B *De Regis ſequeſtro impedito.*

LII. Item. Dicti Prælati, Decanique & Capellani, & aliæ gentes Eccleſiæ tantos labores dant Officialibus Regis ratione Juriſdictionis

B *De ejus Officialibus vexatis*

Regiæ ſicut prædicitur uſurpatæ : quod pluries iidem Officiales Regii expenderunt de ſuo pro juribus Regiis conſervandis (*a*), & per vexationes & labores faciunt eis expendere quidquid habent.

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329.

C

De cognitione rerum hereditariarum.

LIII. Item. Si aliquis Juſtitiarius laïcus pro certa & juſta cauſa ad requeſtam partis apponat manum ſuam in rebus hæreditariis Clericorum, Judices Eccleſiæ & eorum miniſtri faciunt monitiones in ſcriptis, & monent dictum Juſtitiarium laïcum ſub pœna excommunicationis, & ſub pœna pecuniaria, ut à rebus memoratis manum ſuam amoveat, injunguntque eidem Juſtitiario, ut alteram partium de prædictis gaudere permittat ; aliàs ipſum denunciant excommunicatum. A qua ſententia abſolvi non poteſt, niſi redimat ſe ad arbitrium Officialium prædictorum, in magno præjudicio totius populi, & diminutione Juriſdictionis, & reſſorti Domini noſtri Regis.

C

De negata ſepultura divitibus, ſi hæredes non redimant.

LIV. Item. Judices Eccleſiaſtici quàm citius audiunt quod aliquis dives deceſſit, vel cogitant quod citò debeat decedere, ipſi mittunt litteras clauſas Capellano ſuo, quod nullatenus ipſum audeat (*b*) inhumare, licèt teſtamentum fecerit, & Eccleſiaſtica omnia receperit Sacramenta : Et poſtmodum cùm amici deſuncti accedunt ad eos ſcituri propter quod iſta fiunt, dicti Officiales aſſerunt quod idem defunctus fuit uſurarius, vel quod mandata Eccleſiæ non ſervavit, & tamdiu faciunt corpus ſuper terram teneri, quod oportet amicos defuncti redimere de magna pecuniæ quantitate, antequam ipſum deſunctum poſſint facere ſepeliri : Et per talem modum plures magnas ſummas pecuniæ habuerunt.

C

De exacta pecunia pro cimeterii reconciliatione.

LV. Item. Si in aliquo cimeterio fiat effuſio ſanguinis violenta, propter quam effuſionem Prælati faciant in cimeterio interdictum teneri, idem Prælati faciunt impoſitionem fieri decem librarum ſuper omnibus parochianis, pro ſalario ſuo reconciliationis cimeterii memorati, licèt aliqui parochianorum à ſua Juriſdictione ſint exempti, & licèt ipſi benè teneant tantum, vel plus de bonis illius qui violentiam prædictam commiſit.

B

De Judicibus ad libitum Electis.

LVI. Item. Aliqui Capellani dicunt ſe habere privilegia apoſtolica quorum virtute ipſi conſtituunt ſibi Judices quos volunt, & aliquoties de ſuo proprio (*c*) Collegio, & ſic Judices in propris cauſis exiſtunt, quòd de jure non poſſunt. Unde contingit quod poſt magnos proceſſus & expenſas factas in aliqua magna inqueſta, & ſæpius ſuper realitate quàm (*d*) alias, ad eorum notitiam per Conſiliarios vel Procuratores ſuos pervenit quod ipſi debent in cauſa ſuccumbere, in continenti revocant ſuos Judices memoratos ; & ſic ſubditi Regis damnificati & conſtangiati exiſtunt, nec poſſunt jus vel recuperationem habere de ipſis.

(*a*) In Brev. *Obſervandis.*
(*b*) In Brev. *Ipſe audeat eum.*
(*c*) In Brev. *Privilegio.*
(*d*) In Brev. *vel.*

LVII. Item. Si laïcus vocar Clericum in cauſa hereditaria coram Judice ſæculari, Judices Eccleſiaſtici faciunt ceſſare proceſſus, ſibi ipſus cognitionem attribuentes, & cum hoc per impetrationem talium adjournamentorum, trahunt laïcos ad emendam.

D
De cauſis hæred. Cler.

LVIII. Item. Cognitionem Clericorum conjugatorum mercatorum qui ſunt manoperarii, quorum cognitio pertinet ad Judices ſæculares, ſpecialiter ſuper facto mercaturarum ſuarum, Judices Eccleſiaſtici ſibi appropriare nituntur.

C
De Clericis manoperariis.

LIX. Item. Judices Eccleſiaſtici pluries poſuerunt interdictum in pluribus villis & caſtris Regiis, & divinum Officium ceſſare fecerunt contra privilegia quæ à pluribus Summis Pontificibus habuit Rex præfatus.

C
De interdictis in villis Regiis.

LX. Item. Judices Eccleſiaſtici pro cuſtodienda temporalitate ſua, faciunt Clericos Baillivos & ſervientes ſuos, & ſi quando delinquunt, non poſſunt puniri ſicut decet; propter quod Juſtitia non poteſt ſervari

C
De Baillivis Clericorum.

LXI. Item. Judices Eccleſiaſtici habent Procuratores, qui ſi reneant aliquem ſententiæ excommunicationis vinculo innodatum, ſive ſit juſta ſententia, ſive injuſta, ipſi faciunt monitiones fieri, quod nullus operetur vel faciat negotium qualecumque ei qui in tali ſtatu exiſtit: Propter quod terræ & vineæ ſæpe remanent incultæ in præjudicium communis populi.

C
De executione excommunicationis ſententiæ.

LXII. Item. Procuratores prædicti faciunt fieri citationes per quas citari faciunt 20, 30 vel 40 perſonas in civitate eadem, imponentes eis quod participaverunt cum talibus interdictis, & de uno accipiunt decem, de altero viginti ſolidos, ſecundùm quòd poſſunt; unde communis populus multipliciter eſt gravatus.

C
De citationibus plurium perſonarum.

LXIII. Item. Judices Eccleſiaſtici non permittunt, quin imò jurare faciunt (*a*) omnes Advocatos Curiarum ſuarum, quod nullus litigabit ſine eorum licentia contra ipſos. Propter quòd jus pauperum perit, & cauſæ Regis retardantur, quia propri penſionarii Regis non ſunt auſi ad ejus conſilium accedere, niſi de ipſorum Judicum licentia ſpeciali.

B
De Juramento Advocatorum Cur. Eccleſ.

LXIV. Item. Judices Eccleſiaſtici volunt inventaria facere de bonis illorum qui ab inteſtato decedunt, voluntque bonorum tam mobilium quàm immobilium poſſeſſionem habere, & ipſam per manus eorum diſtribui hæredibus, vel illis quibus volunt de ipſis conferre.

C
De inventariis inteſtatorum.

LXV. Item. Præfati Judices teſtamenta quæcumque volunt per manus ſuas executioni tradere, inventoria facere bonorum defunctorum, eademque bona ſervare & hæredibus diſtribuere, & habent Officiales & Judices qui ſuper his exequendis dumtaxat deputati exiſtunt.

C
De teſtamentorum executione.

(a) In Min. *Fecerunt.*

LXVI. Item. (a) Quòd aliquando teſtamentis coram Tabellionibus factis Officiales Epiſcoporum nolunt adhibere fidem, niſi prius per ipſos Officiales fuerint approbata.

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329. C *De notariis teſtamentorum.*

Quibus auditis, dixerunt Prælati quod deliberarent ſuper iſtis, & fuit aſſignata dies Veneris ſequens.

II SESSIO.

QUâ die Veneris reſpondit pro Prælaris dictus Dominus Electus Senonenſis, (b) & poſuit infra ſcripta apud Vincennas, ubi Rex tenuit dictam diem, dicens ſic: Quia Dominus Petrus de Cuinheriis pridie proponendo contra Eccleſiam Gallicanam, incipit Thema quod ſcribitur *Matt.* 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*, in quibus verbis dicebat notari duo. Primò, Prælatorum ad Regem obedienriam & ſubjectionem. Secundò, Juriſdictionis temporalis & ſpiritualis diviſionem.

Et primum probabat per illud quod ſcribitur 1 *Pet.* 2. *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus ab eo miſſis in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*

Secundum verò probabat per multa quæ Chriſtus dixit, *Lucæ* 22, cùm dicerent Apoſtoli: *Ecce duo gladii hic, ſufficit*; per duos gladios intelligens duas Juriſdictiones. Item. Pro eo quod Chriſtus pro ſe & Petro voluit ſolvere tributum, *Matt.* 17 ad dictum exemplum quomodo Eccleſiaſticæ perſonæ tenebantur ſolvere poteſtati temporali, & reddere temporalia eis. Et hoc confirmabat per hoc quod ſcribitur, 11. *qu.* 1. *ſi tributum*; & *cap.* 13. *magnum.* Item. Quia hoc cavetur lege humanâ, cùm dicitur: *Magna à Deo donæ collata ſunt*, Sacerdotium & Imperium. Sacerdotium ut divinis; Imperium ut humanis præeſſet *in corpore authent.* Quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos Clericos ad Ordinationem perduci, *in princ. Coll.* 1. Ex quibus concludebat quòd cùm iſtæ Juriſdictiones ſunt diſtinctæ à Deo, & una ſit tradita Eccleſiæ, & alia Dominis temporalibus, quòd nullomodo Eccleſia debebat ſe intromittere de Juriſdidictione temporali cùm ſcriptum ſit, *Prov.* 22. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres tui.* Et divit bene ſignanrer *antiquos*, quia conſuetudines, ſi quæ eſſent, introductæ ad oppoſitum non valerent: Quin imò eſſenr potiùs corruptela; nec præſcriptio poteſt habere locum, cùm jus ſit impræſcriptibile; nec Rex etiam poſſet tale jus à ſe abdicare ſicut probabat per multa capitula quæ ſunt 10. *Diſt.* Quare cùm Rex in ſua Coronatione jura-

(a) Articulus deficit in Brev.

(b) In Brev. inſtar notæ habetur. *Iſte Electus Senon. ut audivi, fuit Papa Clemens VII.* Lege *VI.*

viſſet

viſſet jura Regni non aliênare, & alienata ad ſe revocare; ſi per Eccleſiam aut quemcumque alium erant aliqua uſurpata, Rex tenebatur per juramentum ad ſe illa revocare. ACTES DE VINCENNES.

In ſpeciali autem tradidit multos articulos, in quibus Eccleſia uſurpaverat Juriſdictionem temporalem, ut dicebat. Ann. 1329.

Ut ergo reſpondeam præmiſſis ſecundùm concordantiam vocalem & realem, accipio id quod ſcriptum eſt 1. *Petri*. 2, proteſtatione præmiſſâ quòd quid dicturus ſum, volo dicere non ad finem ſubeundi quodcumque judicium, ſed ſolùm dumtaxat ad Domini Regis, & aliorum conſcientiam informandam.

ORATIO ELECTI SENONENSIS.

SUMMARIA PHILIPPI PROBI.

1 *DEUM timete, Regem honorificate exponitur, aſſumptum pro themate.*
2 *Si ſuperior jubeat quod non potes, vel facere non debes, quid agere habes.*
3 *Quis perpenditur Deum timere ex tribus.*
4 *Principem immenſa dare Eccleſiæ, bonum eſt.*
5 *Princeps æſtimet ſe debere, quod ſponte tribuit.*
6 *Quantum plurimum Reges offerebant Deo, tantum fuerunt ab eo benedicti.*
7 *Inter cæteros Reges, Franciæ Reges plura Deo dederunt, & Eccleſiæ, ideo fuerunt ſuper omnes fœlices.*
8 *Donum quod Princeps facit Eccleſiæ, eſt donum quod redditur cum maximo incremento.*
9 *Vita Regis, ac filiorum proſperitas, & obedientia, per orationem Eccleſiæ conſervatur in Regno.*
10 *Donum Eccleſiæ factum, eſt favorabile & irrevocabile.*
11 *Primum præceptum ſecundæ tabulæ, eſt patrem honorare, etiam ſpiritualem, magis quàm carnalem.*
12 *Prælati ſunt patres ſpirituales.*
13 *Per maxima dona, nobis dona donabuntur à Deo.*
14 *Conſtantinus Imperator reſpuit accuſationes contra Epiſcopos datas.*
15 *Poteſtates Eccleſiæ & Regum, differunt ſicut ſol & luna, cœlum & terra, aurum & plumbum.*
16 *Subjecti eſtote omni creaturæ, quomodo ſit intelligendum. Honor & ſublimitas Epiſcopalis, nullis poteſt adæquari comparabilibus.*
17 *Reges Franciæ præ cæteris Regibus honorem Prælatis impenderunt.*

18 *Qui non reddit alteri quod ſuum eſt, non timet Deum.*

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

19 *Aliquid efficitur alicujus multis modis.*

20 *Juriſdictiones, ſcilicet Eccleſiaſtica & temporalis, ſunt in eadem perſona compatibiles, maximè in Eccleſiaſtica.*

21 *Non eſt bonum argumentum, Juriſdictiones ſunt diſtinctæ, ergo non ſunt compatibiles in eodem ſubjecto.*

22 *Juriſdictio temporalis, à Juriſdictione Eccleſiaſtica dependet, ſicut claritas lunæ, à ſolis claritate.*

23 *Si illæ duæ Juriſdictiones in eadem perſona non eſſent compatibiles, ſequeretur quòd nulla perſona Eccleſiaſtica poſſet habere Juriſdictionem temporalem, nec caſtrum.*

Perſona Eccleſiaſtica non poteſt eſſe Regi ſubdita, niſi ratione temporalitatis.

24 *Probatur quòd Juriſdictio temporalis poteſt eſſe in perſonam Eccleſiaſticam habentem Juriſdictionem ſpiritualem.*

25 *Quandiu Reges uſi ſunt conſilio Sacerdotum, eis bene fuit, & regnis, aliàs regna in diſſipationem ſunt ſacta.*

26 *Secundùm divinam naturam, Deus omnia creavit ex nihilo.*

27 *Per veſtimentum Domini, intelligitur humanitas, quæ jungitur divinitati, ſicut veſtito veſtis.*

28 *Quam poteſtatem à Chriſto beatus Petrus habuerit, ponitur.*

29 *Quæcumque, univerſaliter diſtribuit, ſicut ly omnia.*

30 *Petrus de Cugneriis ſuo percutitur gladio.*

31 *Chriſtus penes Eccleſiam duos eſſe gladios voluit.*

32 *Alia eſt ratio in Prælatis hodiernis, quàm in Chriſto & ejus Apoſtolis fuit, in duorum gladiorum uſu.*

33 *Ratio diverſitatis ponitur.*

34 *In judiciis attenditur, ut vita hominum corrigatur.*

35 *Cujus eſt judicare de fine, ejus eſt judicare de ordinatis ad finem.*

36 *Tota claritas lunæ, eſt à ſole, non è contra.*

37 *Si Judex laïcus fuerit ſuſpectus, adjungitur ei Epiſcopus.*

38 *Privilegia & Eccleſiæ libertates Imperator tollere non poteſt.*

39 *Conſuetudo dat Juriſdictionem perſonæ capaci.*

40 *Eccleſia Gallicana magis ſibi Juriſdictionem inter laïcos vendicat conſuetudine, quàm ex præſcriptione.*

41 *Ad præſcriptionem non requiritur niſi titulus, bona fides, & temporis continuitas.*

42 *Eccleſia, quantum ad ſpiritualitatem, non eſt Regi ſubdita, imò nobilior, ſicut eſt nobilior ſol lunâ, aurum plumbo, & cœlum terrâ.*

43 *Si aliquid ex uno capite competit, ex alio non poteſt competere capite.*

44 *Deus Reges Franciæ præ cæteris Regibus, privilegiis, & honoribus inſignivit, & proſperati ſunt propter eria.*

45 *Quæ nobilitent Franciæ Regnum deſcribuntur.*
Si Prælati non haberent jura ſua, ſed tollerentur, Rex perderet Regnum. ACTES DE VINCENNES.
46 *Quando ſit facta tranſlatio Monarchiæ Aſſiriorum in Medos,* Ann. 1329. *ponitur.*
47 *Quæ Dei ſunt, Prælati non debent dare Imperatori.*
48 *Non poſſum patrum meorum dare hæreditatem.*
49 *Terra Sacerdotum fuit libera, & immunis ab omni tributo, & ſervitute præſtanda.*
50 *Scandalum duplex eſt, puſillorum, videlicet & Phariſæorum.*
51 *Debetur Regi honor ſpecialis & reverentia, propter magnitudinem & faſtigium ſuæ dignitatis.*
52 *Duplex eſt honor, verbalis, videlicet & realis.*
53 *Quis dicatur honorificare Regem facto.*
54 *Inexpugnabile munimentum amor civium.*
55 *Novitas parit diſcordiam.*
56 *Rex Philippus ſancti Ludovici avus, nutriebat in regno ſanctum Thomam Archiepiſcopum Cantuarien.*
57 *Sancto Remigio datur caſtrum per Clodovæum Regem, quod Pepinus rehabere voluit, qui percuſſus eſt à ſancto Remigio propter illud.*
58 *Regem non honorificat facto, qui conſulit Regem terminos patrum tranſgredi.*
59 *Gloria hominis ex honore patris ſui procedit.*
60 *Peccatum legitur, ſed pœnitentia non invenitur de Salomone.*
61 *Ille Regem facto honorificat, qui ei ſuadet illud per quod ſua fama cuſtoditur.*
62 *Duo tibi ſunt neceſſaria, conſcientia & fama, primum propter Deum, ſecundum propter proximum.*
63 *Non minor eſt virtus quærere, quàm parta tueri.*
64 *Reges Franciæ ſemper fuerunt Chriſtianiſſimi, Deo & Eccleſiæ.*
65 *Regum officium, eſt Eccleſiam defendere.*
66 *Regem honorificat facto, qui ſuadet ſibi illud propter quod conſcientia ſua non læditur.*
67 *Rex jurat in coronatione, quòd Epiſcopis, & Eccleſiis, & eis commiſſis, Canonicum privilegium, & debitam legem, & juſtitiam ſervabit.*
68 *Officium Eccleſiæ eſt pro Regibus, & aliis Principibus orare, & inde ſacrificium pro eis Deo offerre.*
69 *Honor nulli conceditur indigno.*
70 *Certa uſque ad mortem pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329.

1 ACcipio ergo Thema (a): *Deum timete, Regem honorificate: 1. Pet. 2.* In quibus verbis B. Petrus duo nobis oſtendit, 1°. Quomodo debeatur Deo timor filialis, & obedientia propter celſitudinem & imperium ſuæ majeſtatis: *Deum timete.* 2°. Quomodo datur Regi honor ſpecialis & reverentia propter faſtigium ſuæ dignitatis: *Regem honorificate.* In Gallico, &c. *Premierement, que nous devons à Dieu doutance (b) & tremour & amour pour ſa grande puiſſance & ſa haute majeſté*, Deum timete. *Secondement, que nous devons au Roi reverence & honneur pour ſa grande excellence & haute dignité*, Regem honorificate.

Et ſignanter Apoſtolus præmittit quod primò deberur Deo timor, ſecundo Regi honor: Quia ſi contraria Deo jubeat Rex vel alius, contempto Rege obediendum eſt Deo, *Act. v. Obediendum eſt magis Deo quàm hominibus.* Et 2. *Macch. 7. Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis.* Et hujus rationem reddit B. Auguſtinus, & eſt in gloſſa *ad Rom.* & ponitur 11. *qu. 3. can.* (c) Qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationem (d) reſiſtit.

2 "Sed quid ſi illud jubeas quod non debes facere? hîc ſanè con„temne minorem poteſtatem timendo majorem poteſtatem. Ipſos hu„manarum rerum gradus animadvertite. Si quid jufſerit Procurator „nunquam faciendum eſt, ſi contra Proconſulem jubeat. Rurſus „ſi aliquid ipſe Proconſul jubeat, aliud Imperator; vel ſi aliud Im„perator & aliud Deus. Contempto illo obtemperandum eſt Deo; „major enim poteſtas Deus eſt. Ille enim carcerem, iſte gehennam „minatur. Ille occidere poteſt, iſte & corpus & animam mittere in „gehennam." Merito ergo præmittitur, *Deum timete.* Propter hoc, dicitur, *Eccleſ. ult. Deum time, & mandata ejus obſerva; hoc eſt omnis homo.* Et videtur mihi quod aliquis perpenditur timere Deum ex tribus. Ex grata munerum & donorum largitione, ex perjuſta ſervitorum ſuorum honoratione, & integrâ rerum & bonorum redditione. In Gallico, &c. *Quant il le ſert devotement, & li donne largement.*

(a) In MS. Breviori omittitur tota illa Oratio Electi Senonenſis, ſicut & quædam verba ad ipſam præparatoria, v. g. *Dicens ſic.* Loco ejus hæc habentur. *Accepit enim Thema ſuum*, Deum, &c. *& proſequutus eſt valde elegans idem Thema oſtendendo qualiter Deus debebat timeri, & qualiter Rex honorificari, & in quibus conelufit, quod conſervando ſuam conſcientiam, & ipſius opinionem & bonam famam honor Regius conſervatur. Comprobavit etiam proſequendo dictam materiam per multas autoritates ſacræ paginæ, & per rationes naturales, & per multa bona extra Juriſdictionem Eccleſiæ, & cognitionem eorum de quibus propoſitum erat in oppoſitum ad Eccleſiam pertinere.*

(b) *redoutance.*

(c) *Can. 97.*

(d) *Ordinationi.*

Quant honore ſa gent deuëment. Quand il rent le ſien entierement. Quia contra. *Qui ne li veut ſervier, ou ne li digne obeyr, ou veut le ſien retenir,* ſignum eſt quod non timet.

Dico primò, &c. Et propter hoc Imperator Juſtinianus dicit quod licèt nihil immenſum ſit bonum, Principem tamen * dare immenſa Eccleſiæ bonum eſt. Quid ei cauſetur Imperator ut meliora det cui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum eſſe, & maximè ſanctiſſimis Eccleſiis in quibus optima menſura eſt rerum donatarum immenſſitas? Et Gregorius Abbate Patricio Gallorum, *Ex de don. c. 2.* dicit * Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem ponit, ut debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet, & niſi in ſuis Benificiis creverit nihil ſe præſtitiſſe putet. 3 4

Unde Abel qui de melioribus offerebat Domino, benedictus eſt à Deo, ſicut patet Gen. 4. Unde & Reges quantum * plurimum offerebant Deo, tantum fuerunt ab eo, & ſpiritualiter, & temporaliter benedicti, ſicùt patet de Joſya, David, & Salomone, & aliis per totum librum Regum. Et ideò Num. 18. dicitur *in donaria Dei ſeparabitis optima.* Et 1. Paral. ult. dicebat David, *Lætus obtuli univerſa hæc, & populum tuum cum ingenti donario offerre tibi donaria.* Nec mirum quia ſicut ipſe dicit ibidem: tua ſunt, *Deus omnia, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* 5

Et ideò videtur mihi quod quia inter * cæteros Reges, Reges Franciæ plura dederunt Deo, & Eccleſiæ, & etiam Barones Regni, idcircò fuerunt ſuper omnes alios fœlices. Et quanto plura dederunt, tanto plura dedit eis Deus, ſicut patuit de Clodovæo, Carolo, ſancto Ludovico, & aliis. Quanto enim aliquis plura dat Deo, tanto Deus plura ſibi dat, cum ipſemet promiſerit, *Date & dabitur vobis.* Luc. 6. Unde donum * quod Princeps facit Eccleſiæ, eſt donum quod redditur cum maximo incremento & tempore belli & tempore pacis. Tempore belli, quia victoria belli non aliunde quàm à Deo ſibi præſtatur, unde 1. Mach. 3. ca. *Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt.* & Exod. 17. dicitur, quia cùm Moyſes elevaret manum ad populum, vincebat Iſraël, ſed ſi remittebat ſuperabatur. & 2. Mach. ul. Judas habiturus magnam victoriam de adverſariis, vidit Oniam & Hieriemiam, Sacerdotes, *orantes pro populo & univerſa civitate, &c.* Tempore etiam pacis, quia & vita Regis & filiorum, ac proſperitas, pax & obedientia, * per orationem Eccleſiæ conſervatur in regno. Unde Salomon, quandiu fuit intentus operi domûs Domini: tandiu pacem habuit. Unde Proverb. 16. *Cùm placuerint Deo viæ hominis: inimicos quoque ejus convertit ad pacem.* Unde 1. Eſdr. 6. c. dicitur de Sacerdotibus, *Offerant oblationes Deo cæli & orent pro vita Regis & filiorum ejus.* Bene ergo debet eſſe hoc donum * favorabile & irrevocabile propter quòd & victoria tribuitur, 6 7 8 9

& vita conceditur, & pax & ſecuritas conſervantur. Servire ergo ſibi
ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329. & dare liberaliter eſt primum ſignum divini timoris & amoris. Eccli. 2. *Qui timetis Dominum credite illi, & non evacuabitur merces veſtra.*

11 Dico. 2. &c. ſcitis quæ inter præcepta Dei, primum * præceptum ſecundæ tabulæ eſt honora patrem: quod præceptum, ſicut pulchrè dicit Apoſtolus ad Hebr. 12, eſt non ſolùm de patre carnali, imò potius de patre ſpirituali, quia ſicut ſpiritualia ſunt potiora quibuſcumque carnalibus ſeu temporalibus, ita tantum, vel plus tenetur filius ſpiritualis ad honorandum patrem ſpiritualem ſicut patrem car-

12 nalem. Patres * autem ſpirituales Prælati ſunt, unde 4. Reg. 6. Rex Iſraël Elyſeum vocabat patrem, dicens, Nunquid percutiam pater mi? Et propter hoc, Luc. 10. dicebat Salvator Apoſtolis, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et 1. ad Theſſ. 4. *Qui in hoc ſpernit, non homines ſpernit, ſed Deum.* Et ideò ille Juſtinianus Imperator alibi dicit, *Sicut nos maximam habemus ſollicitudinem circa Dei vera dogmata*

13 *& Sacerdotum honeſtatem, quibus illis obtinentibus credimus, quia * per eam maxima nobis dona dabuntur à Deo, & ea quæ ſunt firma habebimus, & ea quæ nondum hactenus advenerunt acquiremus.* Et B. Gregorius in regiſtro, ſcribens cuidam Imperatori, dixit ſic, & habetur in decret. 11. *quæſt. 1. cap. Sacerdotibus: ſed excellenti conſideratione, propter eum cujus ſunt ſervi, dominetur, ſic ut debitam reverentiam impendat.* Quia illi aliquando in divinis eloquiis dii, aliquando angeli nominentur. *Exod. 22. Diis non detrahetis.* Et *Malach. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Angelus enim Domini exercituum eſt.* Et ſubdit; quòd mirum ſi veſtra pietas illos dignetur honorare, quibus Deus in ſuo eloquio honorem tribuens, angelos & deos appellat?

14 Unde & ibidem refert de * Conſtantino Imperatore, quòd cum ſibi oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis recepit, & eoſdem qui accuſati fuerant Epiſcopos convocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat incendit, dicens, " Ite & inter vos cauſas diſponite, quia dignum non eſt, ut nos ju-„ dicemus Deos, quia ſcriptum eſt, *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Et ſubditur in eodem. c. quòd pagani qui ligneos & lapideos colebant, tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum retribuebant.

Quid igitur mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes honoret? quaſi dicat non eſt mirum, ſed debitum. Et ratio eſt, quia ſicut dominus Petrus pridie dicebat & bene in hoc: Duæ ſunt poteſ-

15 tates, Sacerdotium & regnum: ſpiritualis & temporalis, quæ * inter ſe differunt, ſicut ſol & luna, ſicut cœlum & terra, ſicut aurum & plumbum. Et ideò ſi illi qui præeſt in poteſtate minori eſt à ſub-

ditis honor impendendus, multò fortius illi qui præeſt in majori, eſt à quibuſcumque ſubditis honor debitus impendendus, ſicut expreſsè dicit illud Capitulum, *Ex de maj. & obed. ſolite*, ubi expreſsè reſpondetur auctoritati quam dictus D. Petrus pro ſe allegabat, ſcilicet, *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*, & habetur, 1. *Petr.* 2. ibi enim loquitur * de ſubjectione quæ eſt propter virtutis meritum, non propter neceſſitatis debitum. Si enim loqueretur de ſubjectione, quæ eſt propter neceſſitatis debitum, ſequeretur quòd quilibet Epiſcopus deberet eſſe ſubjectus pauperiori vetulæ, quæ ſit Pariſius, cùm rectus dicat, *Subditi eſtote omni creaturæ humanæ*, dicta autem vetula eſt humana creatura. De dignitate autem Epiſcopali, dicit Ambroſius in Paſtorali ſuo, "Sicut honor & ſublimitas „Epiſcopalis nullis poterit comparabilibus adæquari." Si Regum ſulgori compares, quaſi plumbi metallum ad auri ſulgorem compares, quippe cùm videas Regum colla & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & Deo, oſculata eorum dextera, orationibus eorumdem ſe credere communiri. Et quia * Reges Franciæ præ cæteris Regibus iſtum honorem Prælatis impenderunt, idcircò præ cæteris Regibus proſperati ſuerunt, quia *Eccli.* 4. dicitur, *Qui honorat patrem ſuum, jocundabitur in filiis*: Et ſequitur ibidem, *Qui honorat patrem ſuum, vivet vitâ longiore.* Iſtud ergo eſt ſignum timoris Dei. Et ideò dicitur *Eccli.* 4. *Qui timet Dominum honorat parentes.*

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329. 16 17

Dico tertiò, quòd aliquis perpenditur timere Deum ex integra rerum & bonorum redditione. Qui enim non * reddit alteri quod ſuum eſt, ſed conatur uſurpare, non videtur timere eum. E contra autem, qui reddit integraliter, videtur diligere & timere, quia ſicut dicitur Eccli. 18. *Qui timet Deum, faciet bona.* Et Pſal. *A judiciis enim tuis timui. Feci judicium & juſtitiam.* Sicut enim dicunt Juriſtæ, & verum eſt, Aliquid * efficitur alicujus multis modis: aliquando ſucceſſione, aliquando commutatione, aliquando præſcriptione, aut aliâ acquiſitione, jure aut conſuetudine, & ſic de aliis. Et quia Dominus Petrus pridie per diſtinctionem juriſdictionum, temporalis & ſpiritualis, conabatur probare quòd habens juriſdictionem ſpiritualem non debebat habere temporalem, alioquin non eſſet diſtinctio, ſed potius confuſio juriſdictionum: idcircò volo probare oppoſitum, quòd * iſtæ juriſdictiones compoſſibiles ſunt in eadem perſona, & maximè Eccleſiaſtica; & hoc probo tam de jure divino, quàm de jure naturali, quàm etiam canonico & civili; quàm etiam conſuetudinario; quàm etiam privilegio.

18 19 20

Tamen prius præmitto quod formæ accidentales quædam ſunt diſtinctæ, quod ſunt contrariæ ut calor & frigus: Quædam ſunt ſic diſtinctæ, quod non ſunt contrariæ, ſed diſpares, ſive diſparatæ, ſicut albedo & dulcedo, & aliæ formæ. Illæ formæ quæ ſunt ſic diſ-

tinctæ, quod ſunt contrariæ, non ſunt compoſſibiles in eodem ſub-
ACTES DE VINCENNES. jecto. Unum enim contrarium expellit aliud, quia importat nega-
Ann. 1329. tionem alterius. Unde contraria ſunt quæ maximè à ſe diſtant, & in eodem ſuſceptibili viciſſim inſunt, non ſimul, ſicut dicit Philoſoph. in prædicamentis. Sed illæ formæ quæ ſunt ſic diſtinctæ, quòd non ſunt contrariæ, ſed diſparatæ ſunt compoſſibiles in eodem ſubjecto, ſicut quantitas & qualitas, quia diſtinguuntur genere generaliſſimo in homine, ſicut albedo & dulcedo quæ ſunt ſub eodem genere generaliſſimo in eodem lacte; ſicut fortitudo & temperantia, quæ ſunt ſpecies virtutis moralis in eodem appetitu; ſicut logica & gram-
20 matica, quæ ſunt ſpecies ſcientiæ in eodem intellectu. Non * eſt ergo bonum argumentum: Iſtæ formæ ſunt diſtinctæ, ergo non ſunt compoſſibiles in eodem ſubjecto. Quia ergo juriſdictiones, temporalis & ſpiritualis, ſic ſunt tantum diſtinctæ quòd tamen non ſunt contrariæ, ſed bene compoſſibiles, quod patet, quia unum contrarium non ordinatur ad aliud, imò corrumpit ipſum. Juriſdictio autem tempo-
21 ralis ordinatur ad ſpiritualem, imò * dependet ab ea, ſicut claritas Lunæ à claritate ſolis. Iterum una juriſdictio confortat & adjuvat aliam, patet quòd non habent contrarietatem, & per conſequens non ſequitur propter earum diſtinctionem, quin ſint compoſſibiles in eadem perſona, quod etiam patet de facto, quia in eadem perſona Chriſti fuit utraque juriſdictio. *Quia Domini eſt terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo.* In Pſal. Patet
22 etiam ex alio: quia ſi * non eſſent compoſſibiles, ſequeretur quòd nulla perſona Eccleſiaſtica poſſet habere aliquam juriſdictionem temporalem, nec caſtrum, nec villam, nec aliquid aliud, quod eſt valdè abſurdum. Unde ex hoc ſequeretur quòd nulla perſona Eccleſiaſtica poſſet eſſe ſubdita Regi, cùm non poſſint ſibi ſubeſſe ratione ſpiritualitatis, ſed ſolùm ratione temporalitatis, quòd eſſet in magnam derogationem honoris Regii. Patet igitur quòd iſtæ juriſdictiones ſunt compoſſibiles, nonobſtant. diſtinctione earum ab invicem. Et per hoc patet reſponſio ad omnia illa per quæ Dominus Petrus probat diſtinctionem iſtarum juriſdictionum.

23 His præmiſſis, procedo ad probandum quòd talis * juriſdictio temporalis cadere poteſt in perſonam Eccleſiaſticam habentem juriſdictionem ſpiritualem. Et hoc probo.

Primò de jure divino, & primò ex teſtamento veteri. Ad cujus evidentiam ſciendum eſt quòd Deus poſt creationem mundi & hominis, quaſi uſque ad tempus Noë, mundum per ſeipſum regere voluit miniſterio angelorum. Unde & ipſe contra Cain ſententiam protulit. Geneſ. 4. cap. Noë autem qui obtulit holocauſtum Domino, & ædificavit altare, ſicut patet Geneſ. 8. quod pertinebat ad ſolos Sacerdotes, habuit regimen omnium quæ erant in arca Noë, etiam in temporalibus

temporalibus. Melchiſedech etiam, qui ſuit Sacerdos Dei altiſſimi, ſuit etiam Rex Salem, ſicut patet Geneſ. 14, & ita utramque Juriſdictionem habuit. Dicit etiam Magiſter hiſtoriarum, Geneſ. 14, omnes primogenitos à Noë uſque Aaron fuiſſe Sacerdotes, qui in conviviis & oblationibus populo benedicebant, qui tamen habebant jus primogenituræ, ex quo competebat eis Regimen aliorum. Moyſes etiam de quo dicitur in Pſal. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus*, qui etiam Aaron & filios ejus in Sacerdotes conſervavit totum populum Iſraël, quantum ad temporalia judicavit, etiam in cauſis hæreditariis & merè realibus, ſicut patet Num. 27, & in multis aliis locis. Textus etiam expreſsè, hoc dicit Deut. 17 c. ubi dicitur ſic, *Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, & venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore, quærere ab eis qui indicabunt tibi judicii veritatem, ſequeriſque eorum ſententiam.* Et ſubditur, *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, & decreto judicis, morietur homo ille.* Ecce quam manifeſtè dicit quòd ad Sacerdotem pertinebat judicare, non ſolùm inter lepram & lepram, quantum ad cærimonialia & irregularitates legis, ſed inter ſanguinem & ſanguinem, quantum ad criminalia, & inter cauſam & cauſam quantum ad civilia. Item hoc apparet idem de multis judicibus in lib. Judicum. Samuel etiam, qui fuit Propheta & Sacerdos, etiam populum totum in temporalibus diutiſſimè judicavit, imò quando populus petivit ſibi Regem, diſplicuit multum Domino. Unde dixit Samueli, *Non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* 1. Reg. 8. cap. Imò ex tunc durantibus Regibus in populo Dei, quandiu Reges uſi ſunt conſilio Sacerdotum & Pontificum bene fuit eis, & regno. Quando autem dimiſerunt conſilium Sacerdotum & Pontificum, Regnum eorum factum eſt in diſſipationem: & finaliter ducti ſunt in captiviratem, in qua captivitate populus ex toto regebatur per Sacerdotes & Prophetas, ſicut per Eſdram & Nehemiam. Noviſſimè verò opere Machabæorum reductum eſt Regnum ad Sacerdotes, & iidem fuerunt Pontifices & Reges, ſeu duces populi habentes regimen, tam in ſpiritualibus quàm temporalibus, ſicut legitur 1 & 2 Machab. de Mathatia, & filiis ejus, videlicet Juda Machabæo, Jonata, Simeone & Joanne filio Simeonis, qui in omnibus tam ſpiritualibus quàm temporalibus præfuerunt populo Dei. Quin imò Jeremiæ qui fuit de Sacerdotibus, dictum eſt, *Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes & ædifices & plantes.* Jerem. cap. 1. Quin imò tempore etiam Judith, Eliachim Sacerdos etiam in temporalibus judicavit. Et tota lex vetus plena eſt.

24

25

Actes de Vincennes. Ann. 1329.

Secundò etiam probo hoc ex novo Teſtamento. Chriſtus enim non ſolùm ſecundùm divinam naturam, ſecundùm quam omnia ex nihilo creavit, & per conſequens erat Dominus omnium, imò etiam ſecundùm humanam habuit utramque poteſtatem. Ipſe enim fuit Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, ſicut dicitur in Pſal. & deducit
26 Apoſtolus ad Hebr. Qui habebat etiam in veſtimento, & in fœmore ſcriptum, Rex Regum & Dominus dominantium, Apoc. 19. Per
27 veſtimentum autem, & fœmur, intelligitur humanitas, quæ innitebatur divinitati, ſicut veſtis veſtito. Ipſe etiam dicebat de ſe, Math. ult. *Data eſt mihi poteſtas omnis in cælo & in terra.* Et ad Heb. 1. dicitur, *Quem conſtituit hæredem univerſorum &c.* Et in Pſal. & deducit Apoſtolus ad Hebr. 2. *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloriâ & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves &c. In eo autem quòd omnia ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei*, ſicut dicit Apoſtolus ibidem. Ex quo patet quòd, quantum ad naturam, in qua erat minor Angelis, hoc eſt ſecundùm humanam, omnia erant ſubdita ei, & hoc etiam patet ad Philippen. 2, ubi dicitur, *Humiliavit ſemetipſum &c. propter quod exaltavit illum &c.* Et ſequitur, *ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Ecce patet quòd ſecundùm naturam, ſecundùm quam humiliatus eſt, exaltatus eſt, quia ſibi flectitur omne genu. Hoc etiam dicit
28 beatus Petrus Actuum 10. dicit enim quòd *ipſe conſtitutus eſt à Deo judex vivorum & mortuorum.* Et loquitur de natura quam Deus ſuſcitavit tertiâ die, ut patet ibidem, tota etiam ſacra ſcriptura hoc clamat. Beatus Petrus etiam hanc poteſtatem habuit, quem Chriſtus unum Vicarium inſtituit. Qui etiam Actuum quinto, Ananiam & Saphiriam pro crimine furti & mendacii judicialiter condemnavit. Paulus etiam habuit, qui convictum fornicatorem judicavit. Primæ ad Corinthios quinto. Quòd autem Chriſtus voluerit tale judicium eſſe penes Eccleſiam, videtur expreſsè dicere textus Matthæi 18 capitulo. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum; ſi te non audierit, adhibe tecum unum vel duos teſtes, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eòs, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, Quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Ecce quàm expreſsè vult quòd in omni re in qua eſt peccatum unius adversùs alterum, ſi ille qui delinquit, charitativè monitus, non emendaverit, debet negotium ad judicium Eccleſiæ referri, quòd ſi Eccleſiam non audierit, debet vitari ſicut ethnicus & publicanus. Hoc eſt, ſicut ab Eccleſia excommunicatus, ita ut non com-

munionem nec participationem cum eo habeat. Et quòd iſta fuerit intentio Chriſti, videtur multum probari per hoc, quòd quaſi allig- ACTES DE
nando rationem hujus ſubjungit immediatè : *Amen dico vobis*, &c. VINCENNES.
Unde * *quæcumque* univerſaliter diſtribuit, ſicut *omnia*. Unde ſi Ann. 1329.
Apoſtolus arguebat ad Hebr. 2. & ponabatur ſuper *in eo quòd omnia* 29
ſubjecit ei, nihil dimiſit non ſubjectum ei, ita poſſum arguere. Si quæcumque ſolverit Eccleſia ſunt ſoluta, & quæcumque ligaverit ſunt ligata, nihil eſt in quo Eccleſia non poſſit ſolvere & ligare. Vel, ut accipiam logicè, nihil eſt ligatum per Eccleſiam non ligatum in cœlo, & nihil eſt ſolutum in Eccleſia non ſolutum in cœlo. Et tenet iſtud argumentum per quandam logicalem regulam quòd contraria per negationem poſtpoſitam æquipollent; *omne* autem, & *nihil*; *quæcumque*, & *nulla* ſunt contraria, & ſic *nihil non* valet *omne*, & *nulla non* valent *quæcumque*.

Secundò, probo hoc ex alio textu, Luc. 22. quem Dominus Petrus 30
allegabat pro ſe, Volo enim eum percutere de baculo ſuo. Dicebat enim, & in hoc bene, quòd per duos gladios intelligebantur duæ poteſtates, videlicet temporalis & ſpiritualis. Sed penes quos voluit eſſe iſtos duos gladios? certum eſt quòd penes Petrum, & alios Apoſtolos. Petro autem ſuccedit Dominus Papa; Apoſtolis autem ſuccedunt alii Epiſcopi, ſicut diſcipulis, Curati, ut apparet in gloſ. Lucæ 10. Ex quo arguo, per duos gladios intelliguntur duæ poteſtates, ſpiritualis & temporalis, ſed * Chriſtus voluit eſſe duos 31
gladios penes Eccleſiam, ergo Chriſtus voluit eſſe penes Eccleſiam poteſtatem ſpiritualem & temporalem. Sed dices, quòd Chriſtus reprehendit Petrum quia percuſſit gladio temporali, amputando auriculam, dicens ei : *Converte gladium tuum in vagina*, &c. Sed hoc non valet, Chriſtus enim non dixit Petro, quòd expelleret à ſe talem gladium, ſed reponeret in vaginam penes ſe ſervandum, tamen in vagina, ut daret intelligi quòd talis poteſtas, & ſi ſit penes Eccleſiam, tamen ejus exercitium, quantum ad cauſas ſanguinis, in nova lege vult eſſe in manu laïcalis Judicis, ſed fortè ſecundùm nutum & imperium Sacerdotum.

Tertiò, probo hoc ex intentione Pauli Apoſtoli primæ ad Corinthios 6, ubi dicit, quòd habens negotium ſæculare, etiam adversùs alterum debet judicari apud Sanctos. Unde fecit tale argumentum, *An neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? & ſi in vobis judicabitur mundus, indigni eſtis, ut de minimis judicetis?* quaſi dicat, non neſcitis quoniam Angelos, quantò magis ſecularia? Et ſubditur; *ſæcularia igitur judicia ſi habueritis contemptibiles in Eccleſia, illos conſtituite.* Nec obſtat quòd ſubdit Apoſtolus ibidem, *ad verecundiam veſtram dico*, quia illud refertur ad hoc quod dicit, *contemptibiles conſtituite.* Unde quaſi ironicè in hoc

loquitur Apoſtolus, ac ſi diceret, quòd citius deberent recurrere ad judicium contemptibilium, qui ſunt in Eccleſia, quàm ad judicium aliorum qui ſunt extra Eccleſiam. Ergo multò fortius debebant recurrere ad judicium ſapientum, qui ſunt in Eccleſia multi. Unde ſtatim Apoſtolus, quam dixerat *ad verecundiam veſtram dico*, ſubjungit; *ſi non eſt inter vos ſapiens quiſque, qui poſſit judicare inter fratrem & fratrem ſuum*, quaſi dicat, imò eſt. Patet ergo ex iſtis & multis aliis quæ cauſâ brevitatis omitto, quòd poteſtas ſpiritualis, imò etiam temporalis poteſt cadere in perſonam Eccleſiaſticam, & perſona Eccleſiaſtica eſt dicta juriſdictionis capax. Nec obſtat ſi dicatur quòd Petrus & alii Apoſtoli, imò etiam Chriſtus parum uſi ſunt iſtâ poteſtate temporali. * In eis enim fuit alia ratio quàm nunc ſit in nobis, ſicut enim probatur 12. *q.* 1. *cap. futuram*, & in multis aliis. Cap. Apoſtoli ab initio non recipiebant agros, nec prædia, ſed pretia eorum, quæ tamen Eccleſia valde rationabiliter recipit, etiam cum magno merito dantium & offerentium, ſicut patet de Conſtantino & aliis. Et ratio diverſitatis tangitur in dicto cap. pro eo quòd Apoſtoli * futuram in gentibus Eccleſiam prævidebant, non apud Judæam remanſuram, &c. Conſimiliter quia Chriſtus & Apoſtoli ab initio totaliter erant noſtræ ſaluti & converſationi, ac eruditioni intenti, parum circa cujuſcumque juriſd. exercitium inſiſtebant. Attendentes illud 1. ad Corint. 6, *Omnia mihi licent*, ſed non omnia expediunt, & illud Eccle. 8, *Omni negotio tempus eſt & opportunitas.* Sed nunc per Dei gratiam totus populus Gallicanus colla fidei Chriſtianæ ſubmiſit, merito Eccleſia inſiſtit circa delictorum punitionem, & juſtorum judiciorum redditionem. *Eris enim opus juſtitiæ & pax.* Eſa. 32. cap. In * iſtis enim judiciis hoc ſolum attenditur, ut vita hominum corrigatur. Patet ergo noſtra concluſio aliqualiter de jure divino fundata.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

32

33

34

Secundò, probo de jure, ſeu ratione naturali. Primò ſic. Ille ad judicandum videtur aptior & convenientior, qui eſt Deo proximior, cùm ipſe ſit regula, & director omnium judiciorum. Proverbiorum 8. *Per me legum conditores juſta decernunt.* Sed perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt Deo proximiores, cùm ſint electæ in populum peculiarem Deo, de quibus dicitur primæ Petri 2. *Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis*, &c. ergo conveniens eſt quòd Eccleſia poſſit de talibus judicare. Præterea nullus dubitat quin cognitio de peccato ad perſonas Eccleſiaſticas pertineat, cùm ergo talia non perpetrantur ſine peccato alterius partis, patet quod Eccleſia cognoſcere poteſt. Item * cujus eſt judicare de fine, ejus eſt judicare de hiis quæ ordinantur ad finem, quia ratio eorum quæ ordinantur ad finem ſumitur ex fine. Cùm igitur corpus ordinetur ad animam, & temporalia ad ſpiritualia tanquam ad finem, Eccleſia,

35

quæ habet judicare de ſpiritualibus, poteſt merito de temporalibus judicare. Et iſtud ſatis deducitur *extra de judic. cap. novit.* Et confirmatur: quia acceſſorium ſequitur principale; & ſatis hoc apparet exemplo. Cùm enim iſtæ duæ juriſdictiones comparentur duobus luminaribus ſolis, ſcilicet & lunæ, & tota * claritas lunæ ſit à ſole, & in ſole formaliter & virtualiter, & non è contra claritas ſolis à luna, patet quod juriſdictio ſpiritualis, (quæ comparatur ſoli, habet in ſe formaliter, vel virtualiter juriſdictionem temporalem) (a) quæ comparatur claritati lunæ, & non è contra, multæ aliæ rationes poſſunt adduci, ſed omitto cauſâ brevitatis. 36

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Tertiò, probatur de jure civili, dicit enim lex, "Quòd * ſi „ judex laïcus fuerit ſuſpectus, adjungitur ſibi Epiſcopus civitatis; „ ſi autem fuerit negligens, totum judicium ad Epiſcopum reſeratur, „ ſicut probatur in corpore authenticorum, *ut differ. jud.* §. *ſi tamen. colla. 6.* Præterea Theodoſius Imperator talem legem condidit, „ Quicumque litem habens, ſive petitor fuerit, ſive ab initio litis, „ vel decurſus temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, „ ſive cùm cepit perimi ſententia, ſi judicium elegerit ſacroſanctæ „ Sedis Antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars „ refragatur ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium „ dirigatur." Quam legem poſtea Karolus magnus, qui erat Rex Franciæ, ita confirmavit, "Volumus atque præcipimus, ut omnes „ (noſtræ) ditioni ſubjecti, tam Romani quàm Franci, cæterique „ nobis ſubjecti quocumque videantur vinculo legis diſtricti, vel „ conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam perpetuâ lege „ teneant, id eſt, ut quicumque litem habens, ut ſupra, ſicut reci- „ tatur 11 *q.* 1 *quicumque, &c. ſeq.* Sed dices quod iſta lex eſt abrogata, ut videtur tangere, gloſ. ibidem. Sed hoc non valet, quia iſta lex non fuerit in corpore legum redacta, tamen propter hoc non eſt abrogata, imò eſt privilegium honorabile toti & omni Eccleſiæ conceſſum, quod Imperator * tollere non poſſet, nec alias Eccleſiæ libertates, ut notatur 63 diſt. *Ego Ludovicus.* Item hoc privilegium confirmatum eſt per Jus Canonicum, extra de judice cap. novit. ſecundùm Inno. & Ho. Et etiam videtur eſſe confirmatum per jus civile. cap. de ſacroſ. Eccleſ. l. privilegia, licèt non ſit ibi expreſsè nominatum, tamen generaliter, ut ibi patet. De jure ergo civili eſt clarum quod talis juriſd. in perſonam Eccleſiaſticam cadit. 37 38

Hoc etiam de jure Canonico poſſet probari per infinita jura. 22. *diſ. cap. Omnes Patriarchæ. 2. q. 5. ſi quis Presbyter. 12. q. 1. relatum. 25. diſt. extra de judic. novit. de fo. compe. licet*, & in multis aliis. Imò in tantum procedunt jura Canonica quod quicumque ta-

(a) *Errantî manu lineam hic ſcriptor omiſit in MS.*

lem juriſdictionem quam Eccleſia habet de conſuetudine, nititur impedire, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrit, ſicut probatur ex. de imm. Eccleſ. *cap. quoniam intellexímus. lib. 6.*

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329. Hoc etiam patet de conſuetudine notaria & approbata, & tanto tempore obſervata quod memoria in contrarium non exiſtit, & temporibus Regum Chriſtianorum & Sanctorum. Talem autem conſuetudinem violare ſacrilegium eſt. *1 1. q. 1. & cap. ſeq.* Conſuetudo
39 * autem ſecundùm jura dat juriſdictionem, maximè perſonæ capaci, imò conſuetudo, de cujus contrario non eſt memoria, habetur loco conſtituti juris inter omnes perſonas, & multo magis valet pro Eccleſia, *extra de præſcrip. cap. Epiſcopum. in fin. lib. 6.* Cùm ergo Eccleſia Gallicana conſueverit inter laïcos cognoſcere in actionibus perſonalibus, & etiam in realibus aliquæ Eccleſiæ, patet quod conſuetudo potuit ſibi dare illam juriſd. ideo. Sed dicebat Dominus Petrus, quod in hoc non poterat introduci conſuetudo, quia in hoc non poteramus habere bonam fidem. Iterum iſtud jus dicitur impræſcriptibile, cùm ſit jus fiſci. Sed iſta non valent, Eccleſia enim
40 Gallicana * magis vendicat ſibi jus conſuetudine quàm ex præſcriptione, quia conſuetudo videtur introducta, magis ex voluntate & electione populi, recurrentis ad judicium Eccleſiaſticum, potius quàm ad judicium ſæculare, & in favorem eorum. Item multum confirmatur ſcilicet adhuc iſta conſuetudo, quia fuit in contradictorio judicio obtenta: frequenter enim reclamantibus Baronibus, reſponſione Prælatorum auditâ, fuit per prædeceſſores veſtros Reges Franciæ conſuetudo hujuſmodi Eccleſiæ confirmata, & per Eccleſiam pacificè obtenta. Sed adhuc poteſt hoc ſibi vendicare etiam ex præſcriptione. Ad
41 præſcriptionem * enim non requiruntur niſi tria, titulus, bona fides, & continuitas temporis. Certum eſt autem quod Eccleſia juſtum titulum habuit, ſicut privilegium conceſſum à Theodoſio Imperatore, & confirmatum à Karolo & mandatum inviolabiter obſervari. Iterum habuit titulum ex jure divino, naturali & humano, ſicut ſuperius eſt probatum. Habuit etiam bonam fidem; (Reges enim Franciæ) hunc honorem Prælatis impenderunt: idcirco præ cæteris populis proſperati fuerunt, quia *Eccli. 3.* dicitur *Qui honorat patrem ſuum jocundabitur in filiis.* Et ſequitur ibidem, *Qui honorat patrem ſuum vitâ vivet longiori.* Iſtud ſignum eſt ergo ſecundum timoris Domini. Ideo dicitur *Eccli. 3. qui timet Dominum honorat parentes.* Cui noſcuntur tot & tanti clari tituli ſuffragari, concurrit etiam continuitas temporis, & tanti quod ſufficit ad præſcript. etiam contra fiſcum. Non enim fuit continuitas ſolùm centum annorum, imò ſex centum & ultra. Nec eſt etiam verum quod iſtud jus ſit impræſcriptibile, maximè ab Eccleſia
42 quæ, quantum * ad ſpiritualitatem, non eſt ſubdita Regi, imò nobilior, ſicut ſol lunâ, aurum plombo, & cœlum terrâ. Certum eſt

autem quod æqualis vel major bene poteſt præſcribere jus æqualis vel inferioris, ſicut unus Rex jus alterius. Quare patet quod Eccleſia hoc præſcribere poruit, etiam ſi eſſet jus fiſci, quod tamen non eſt.

Ultimò probatur iſtud ex privilegio conceſſo, & per Karolum magnum Regem Franciæ, ut dictum eſt prius, & per ſanctum Ludovicum, & per Philippum, avunculum veſtrum, & per Ludovicum & Philippum conſanguineos veſtros, Reges Franciæ, quæ privilegia habemus in promptu.

Sed fortè diceret quod iſta non concurrere poſſunt, ſcilicet quod iſta juriſdictio competat Eccleſiæ de jure, de conſuetudine & de privilegio, quia iſta non ſtant ſimul. Si * competit ex uno, non videtur competere ex alio. 43

Sed ad hoc poteſt dupliciter reſponderi. Primò, quod privilegium, ſeu conſuetudo, poteſt eſſe dupliciter: quoddam novi juris editivum, & iſtud non concurrit cum aliis. Aliud veteri juris confirmativum, ſeu declarativum, & iſtud bene poteſt concurrere. Et ita etiam poteſt diſtingui de conſuetudine. Et ſecundùm hoc poteſt reſponderi, quod licèt Eccleſiæ competat hæc juriſdictio de jure; competit etiam de conſuetudine & privilegio, non novi juris editivis, ſed antiqui declarativis & confirmativis. Vel aliter reſpondere poteſt quod habilitas & capacitas hujus juriſdictionis competit de jure, ſed actus & executio de conſuetudine & privilegio.

Sed fortè adhuc dicetur, quare hoc ſibi vendicat Eccleſia Gallicana, cùm aliæ Eccleſiæ ſibi in aliis regionibus hoc minimè vendicare noſcantur?

Ad quod faciliter reſponderi, ſi * enim Reges Franciæ, quos Deus ſingularibus privilegiis, gratiis, honoribus, præ cæteris Regibus inſignivit, & qui proſperati ſunt inter cæteros propter tria, ſcilicet propter magnam fidem & devotionem ad Deum. Item propter maximum honorem & reverentiam ad Eccleſiam. Item propter juſtitiam illibatam ad populum ſibi ſubditum, Eccleſiæ plures libertates conceſſerunt vel conceſſis uti liberè permiſerunt, non eſt mirum; imo tanta fuit eorum ad Eccleſiam devotio, quod Eccleſiæ quanto propinquiores eis, tanto pluribus talibus libertatibus gaudent, nec ex hoc minus habuerunt, ſed plus, ſicut evidentia facti manifeſtat: imo hoc redundat in magnam nobilitatem regni & Regis. Audivi enim alias, * quod quatuor vel quinque ſunt quæ ſingulariter nobilitant iſtud regnum benedictum. 44 45

Fidei inviolata ſinceritas, quia nunquam legitur quod Reges Franciæ, ex quo ſuſceperunt fidem, ullo nunquam tempore à fide aberraverint.

Secundò, ſanguinis nobilitas, quia à Priamo Rege Trojanorum, & ſucceſſivè à Carolo, & aliis Regibus tam inclitis deſcenderunt.

Tertiò, pacis & concordiæ unitas, quæ potiſſimæ vigent in regno Franciæ.

ACTES DE VINCENNES.

Quartò, Prælatorum ſolemnitas.

Ann. 1329.

Quintò, Baronum & aliorum ſubditorum ad obedientiam voluntas.

45 Si ergo Prælati * regni * non haberent iſtud jus, ſed tolleretur ab eis, jam perderet Rex & regnum unam de conditionibus, per quam multum nobilitatur, ſcilicet Prælatorum ſolemnitatem. Tunc enim non eſſent ſolemniores, ſed pauperiores, & miſeriores omnibus aliis, cùm in hoc conſiſtat magna pars emolumentorum ſuorum.

Concludo ergo tanquam probatum de jure divino, naturali, canonico & civili, conſuetudine, & privilegio, quod jus cognoſcendi in talibus Eccleſiæ competere poteſt, & competit Eccleſiæ Gallicanæ.

Ex quibus reduco thema Domini Petri contra eum ſic: Suppono tamen primo tanquam clarum, quod ea quæ ſunt oblata Eccleſiæ, & jam in dominium & proprietatem Eccleſiæ converſa, Dei ſunt, imò & in tantum quod dedicata & ſanctificata dicuntur, ut ſatis apparet per totum librum Levitici, & ſatis apparet ex hoc quod ſcribitur 1. Reg. 22, de panibus non oblatis Deo, unde dicitur ibi, *Non habemus panes laicos ad manum, ſed tantùm panem ſanctum.* Unde de illis panibus non licebat etiam laïcis comedere, niſi in tempore neceſſitatis extremæ. Patet etiam iſtud valde clarè Daniel 5. cap. ubi legitur, pro eo quod Balthaſar Rex & optimates, & uxor ejus biberunt in vaſis aureis & argenteis, quæ Nabuchodonoſor apportaverat de templo quod eſt in Hieruſalem, apparuit manus ſcribentis in pariete, *Mane, Thechel, Phares*, quod eſt dictu, ſicut apparet ibidem, quod Deus numeraverat regnum ſuum, & compleverat; quod appenſus erat in ſtatera, & inventus minus habens; & quod diviſum erat regnum ſuum, & datum Medis & Perſis: unde eâdem nocte interfectus eſt, & ſucceſſit Darius Medus in regno.

46 Unde facta * eſt tranſlatio primæ Monarchiæ Aſſiriorum in Medos. Patet ergo quod quæ ſunt oblata Eccleſiæ, Dei ſunt, & à Deo dedicata Deo, quod non licèt laïcis etiam eis uti, quod & ſi faciant, habent dubitare vindictam divinam, ſicut habuit Balthaſar.

His ergo ſuppoſitis arguo ex themate Domini Petri, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Sed juriſdictio, quæ eſt ut ſupra probavi, multipliciter in dominium & proprietatem Eccleſiæ Gallicanæ converſa, eſt jam Dei, ergo reddenda eſt ſibi. Unde cuilibet volenti tollere, debet quilibet bonus Prælatus reſpondere, ſicut reſpondit Ambroſius militibus Gothis, miſſis ab Imperatore. Reſpondit enim ſic, „Si * quod meum eſt peteret Imperator, non denega-
47 „rem, quamvis omnia mea pauperum ſint; ſed quia quæ Dei ſunt „poſtulat, in quibus Imperator poteſtatem non habet, potius volo

ut

„ ut me in carcerem mittat, & vitam mihi auferat, quam ſibi con-
„ cedam. „ Unde alludendo illi hiſtoriæ quæ habetur *3. Reg. 21*, de Naboth, quem vocat Nabuthe ſubjunxit: „ Nabuthe ſanctum „ virum poſſeſſorem vineæ ſuæ ſcimus interpellatum petitione regiâ, „ ut vineam ſuam daret. Cùmque reſpondiſſet * non ego patrum 48
„ meorum tradam hereditatem, Regem contriſtatum eſſe. „ Et ſubdit: „ Si ille vineam non tradidit ſuam, nos trademus tibi Eccleſiam „ Chriſti? abſit à me ut tradam Chriſti hæreditatem: non rradidit „ Nabuthe vineam, nec ego tradam eam quæ Chriſti eſt. „ Et ſubdit optimum verbum: „ Templo Dei nihil poſſum nec decerpere nec „ tradere, cum illud cuſtodiendum non tradendum acceperim. „ Deinde conſulere me oporret Imperatorem ſalutis, nec mihi ex- „ pediret tradere, nec illi accipere, „ ſicut iſtud legitur *23. q. ultim. c. convenior.* Non eſt ergo Dei ſolùm juriſdictio ſpiritualis, ſicut ſupponebat Dominus Petrus, ſed etiam quæcumque juriſdictio quæ Eccleſiæ competit, ſive de jure, ſive de conſuetudine, ſive de privilegio, in tanrum quod nec nobis non expedit eam tradere, nec Regi pro certo recipere.

Actes de Vincennes. Ann. 1329.

Sed dicebat Dominus Petrus, quod Chriſtus ad dandum exemplum ſolverat tributum, hoc enim eſt falſum, unde, ſicut apparet *Geneſ. 47. c.* Terra * Sacerdotum fuit libera & immunis ab omni 49
tributo & ſervitute præſtanda, & ſi Dominus Petrus bene inſpexiſſet textum *Matthæi 17*, Chriſtus non ſolvit tributum ad præſtandum exemplum, imo prius probavit quod non tenebatur ſolvere, concludendo, *ergo liberi ſunt filii*, ſed ſolvit propter ſcandalum vitandum: unde dicitur in textu, *ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare*, &c. ſed fortè dicitur quod nos imo Eccleſia, exemplo Chriſti debemus ſolvere propter ſcandalum vitandum, ſed hoc non valet, quia * 50
duplex eſt ſcandalum, puſillorum ſcilicet, & Phariſæorum. Propter ſcandalum puſillorum, quod eſt ex ignorantia, non ex malitia, ſunt aliqua omitrenda ad tempus donec fuerint inſtructi, ſicut dicit Apoſtolus ad *Rom. 14.*

(a) Sed propter ſcandalum Phariſæorum, qui peccant ex certa maliria, non eſt aliquid omittendum, ſicut ipſe Chriſtus ait *Matth. 16.* Dicentibus Apoſtolis ſibi, ſcis quod Phariſæi, audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt, & quid reſpondit? *Ecce ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* Quia tempore Chriſti fuiſſet ſcandalum puſillorum, & nunc eſſet ſcandalum Phariſæorum, ideo tunc fuit ſolvendum propter ſcandalum vitandum, ſed modo non.

Patet ergo quod tertium ſignum timoris Dei eſt ex integra bono-

(a) *Ab iſto uncinulo*] *ad proximum ex adverſo poſitum*] *deficit Oratio in MS. Miniato.*

rum redditione, unde de habente talem timorem per quem reddit Deo quicquid ſuum eſt. Dicitur autem Eccleſiaſtici 10 cap. *Semine hominum honorabitur, quod præterit mandata Domini, &c.* Et ſic patet primum, ſcilicet quomodo debetur Deo timor filialis, & obedientia, propter celſitudinem & imperium ſuæ majeſtatis, quia, *Deum timete.*

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

51 Dico ſecundò, quod * debetur Regi honor ſpecialis, & reverentia, propter magnitudinem & faſtigium ſuæ dignitatis, quia
52 ſequitur in themate, *Regem honorate*, & Eccli. 10, *In medio fratrum rector illorum in honore.* Et videtur mihi ad præſens, quod eſt duplex * honor, unus verbalis, qui eſt adulativus & periculoſus, de quo dicitur Matth. 7. *Populus iſte labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Alius eſt honor realis, qui eſt debitus & virtuoſus, & de iſto, non de primo dicitur, Regem honorate. Et videtur mihi quod ille de facto, & realiter, & virtuosè honorificat Regem, qui vult eum ſervare illa per quæ ejus dominium diligitur, & ejus poteſtas & excellentia non diminuitur, & ejus fama cuſtoditur nè perdatur, & ejus conſcientia non lædítur. In Gallico, *Par quoy ſa Seigneurie eſt aymée, ſa puiſſance n'eſt appetiſſée, ſa renommee eſt gardee, ſa conſcience n'eſt pas blecée.* Et è contra, ille non honorificat Regem qui ſuadet ſibi oppoſita iſtis.

53 Dico ergo primò, quod * ille honorificat Regem facto, qui ſuadet ſibi illud propter quod ejus dominium diligitur. Princeps enim debet ſtudere potius diligi quàm timeri. Theſaurus enim nobilior quem poſſit habere Princeps, eſt habere corda ſubditorum, ſicut
54 dicit Seneca de clementia ad Neronem, * „ Inexpugnabile mum„ menrum amor civium, quid enim optabilius & pulchrius eſt „ quàm vivere optantibus cunctis? „ Modo videtur mihi quod nulla res facit tantum diligi Principem, quantum ſervare & augere libertates eis conſuetas, & non inducere novitates, ideo cuilibet regenti dicitur *Prover. 22.* quomodo Dom. Petrus pro ſe allegabar, ſed ego reduco contra eum, *Non tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui.** Novitas enim parit diſcordiam, & ideo in rebus
55 novis conſtituendis evidens debet eſſe utilitas, vel urgens neceſſitas. Et ideo ſi Princeps vult libertates, per ſuos prædeceſſores conceſſas tollere, ejus dominium non diligitur, ſicut patet de Roboam, 3 *Reg. 12 c.* Et apparet in chronicis, ex hoc multa dominia & regna tranſlata de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

Modo certum eſt, quod prædeceſſores veſtri Carolus magnus, ſanctus Ludovicus, Philippus pulcher, Ludovicus & Philippus filii ejus, & plures alii, iſtam Eccleſiæ libertatem confirmaverunt, & nos ibi. Eſt ergo modo aliquo conſulere, vel requirere quod vos tollatis,

ſeu quod tollatur à vobis illud propter quod dominium veſtrum diligitur. Et ideo nobis videtur conſulere illud *Macch. 2. c. Memento-te operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.* Non hic quomodo * Rex Philippus avus ſancti Ludovici, fovebat & nutriebat in regno ſuo ſanctum Thomam, Cantuarien. Archiepiſcopum, qui pro libertatibus Eccleſiæ defendendis fuerat de regno Angliæ bannitus, quanto ergo magis decet vos defendere Prælatos veſtros in libertatibus ſuis per prædeceſſores veſtros confirmatas? Quia, ſicut dicit Gregorius, & habetur 25. q. 2. c. ſi ea. „ Si ea deſtruerem quæ prædeceſſores & anteceſſores mei ſtatuerunt, non eſſem conſtructor, ſed everſor eſſe juſtè „ comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait, *Omne regnum in ſe „ diviſum deſolabitur*: & omnis ſcientia, & lex adverſum ſe diviſa „ deſtruetur. „ Et alibi dicit idem „ Nimis eſt aſperum & præcipuè „ bonis moribus inimicum, ut quempiam quâcumque rationis excuſatione, quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo donare „ cæteros ſua quandoque poſſe conſtituta diſſolvere. „

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329. 56

Nota hic de caſtro * dato ſancto Remigio, pro Eccleſia Laudun. per Clodovæum Regem, quod poſtea Pepinus Rex voluit rehabere, factâ recompenſatione Eccleſiæ, cui dormienti apparuit beatus Remigius, & eum ſuper hoc graviter increpavit, dicens: Melior te mihi dedit, & tu vis auferre: & ideo eum percuſſit qui in craſtinum inventus eſt totus denigratus. Et ex tunc Reges Franciæ, non fuerunt auſi in illo caſtro jacere. Non honorificat * ergo Regem facto, qui conſulit ſibi, quod tranſgrediatur terminos antiquos quos poſuerunt patres ſui, imò Rex deberet eis dicere illud Joan. 8, *Ego honorificabo patrem meum*, ſervando ſcilicet Eccleſiæ libertates, ſicut ipſi fecerunt & conceſſerunt, *vos autem inhonoraſtis me*, optatum ſibi conſulendo, quia ſcribitur Eccli. 3, *Gloria * hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore.*

57

58

59

Dico ſecundò, quòd facto Regem honorificat, qui ſuadet ſibi illud per quod ſua poteſtas, & excellentia, non diminuitur: multum enim decet honorem ſuum augere potentiâ, & multum indecet eam diminuere. Unde Imperatores conſueverunt ſe vocare Auguſtos, quaſi rem publicam augentes. Dicere autem quod vos, aut prædeceſſores veſtri non potuiſtis hæc concedere Eccleſiæ, videtur eſſe valde in diminutionem veſtræ potentiæ, & veſtræ excellentiæ. Vos autem, præcariſſime Domine, qui ita pingue jus habetis in regno Franciæ, quod non ſolùm electione, ſed jure hæreditario poſſidetis, & ad poſteritatem tranſmittitis, quod non poſſitis iſtud concedere, videtur quàm plurimum veſtræ potentiæ derogare: imò in tantum, quod ſi eſſet verum, quòd abſit, ſequeretur prædeceſſores veſtros, in peccato continuè fuiſſe, imò, quòd impium eſt dicere, beatum Ludovicum,

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

per quem tota Francia illuſtratur, non potuiſſe juſtè canonizatum fuiſſe. Si enim, ſicut proponens dicebat, juravit non alienare, & alienata revocare, & iſtud eſſe inſeparabile à corona, ſequitur quod dejeraſſet, & per conſequens mortaliter peccaſſet, & ita canonizari non potuiſſet, quod eſt neſarium dicere. Et ſi dicatur quod potuit

60 pœnitere citò, poteſt reſponderi, quod * peccatum legitur, ſed pœnitentia non invenitur, ſicut de Salomone. Quin imò ſi eſſet verum quod dicitur, ſequeretur quod nihil poſſetis dare, neque comitatum, neque caſtrum, neque villam, & tamen pauci ſunt, qui non libenter reciperent, nonobſtante juramento fidelitaris in quo vobis renentur. Conſervet ergo & confirmet nobis veſtra magnificenria regalis, quod per tam inclitos progenitores veſtros conceſſum eſt, alioquin honor veſtræ excellentiæ minor ſervaretur, ut dicatis illud ad Rom. 11. *miniſterium meum honorificabo.*

61 Dico tertiò, quod ille * honorificat Regem facto, qui ei ſuadet illud per quod ſua fama cuſtoditur, nec perditur. Inter cærera enim de quibus deber quilibet curare, eſt (a) fama poſt conſcientiam, quia *Proverb.* 22. Melius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ. Super argentum enim & aurum gloria bona. Et beatus Aug. dicit,

62 „ Duo * ſunt tibi neceſſaria, conſcientia & fama, conſcientia propter Deum, & fama propter proximum.„ Et ideò *Eccli.* 41, ſcribitur: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quàm mille theſauri magni & pretioſi.* Iſtud autem nomen Dominus, qui vos unxit oleo lætitiæ præ cunctis participibus veſtris, vobis dedit in tam modico rempore, quod quaſi miraculoſum videtur. Et ideò ſum-

63 moperè haberis curare quod iſtud non minuatur, quia * non minor eſt virtus quærere quàm parta tueri, ur non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem iſtud nomen permaneat glorioſum, nec aliquid fiat per vos per quod in tanto nomine macula inveniatur, ac de vobis dicatur illud Proverb. 10. *Memoria juſti cum laudibus.* Attendat ergo regia celſitudo, ſi temporibus veſtris libertas Eccleſiaſtica tollatur (quod abſit) vel in aliquo diminueretur, ſi in veſtro glorioſo nomine aliqua macula ſe ingererer. Cùm multi eſſent qui hoc in cronicis redigerenr. Unde, Chriſtianiſſime Domine, ſi per hujuſmodi, qui non ſperabant aliam vitam, tamen propter famam, quæ remanebar apud homines, adeò virtuosè vivebant, qui nos Chriſtiani qui etiam ſperamus vitam æternam & memoriam perpetuam, facere debemus?

64 Advertat etiam veſtra dominatio, ſi poſſet eſſe denigratio nominis, cum Reges * ſemper fuerunr Chriſtianiſſimi & fideliſſimi, Deo & Eccleſiæ, & ſemper dederunt exemplum aliis Principibus dotandi

(a) *Hic explicit lacuna manuſcripti.*

& augendi Eccleſias & libertates earum. Si nunc (quòd maximè abſit) quando Eccleſia eſt in magna perſecutione in aliquibus locis, vos daretis exemplum revocandi dona facta per prædeceſſores eorum Eccleſiæ. Eâdem enim ratione poſſet Imperator, ſi quis eſſet, revocare omnia quæ data ſuerunt Eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorem, & etiam alii Reges data Eccleſiæ per eos in regnis ſuis. ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Abſit autem quod vos detis tale exemplum : quoniam pro certo plus vellem eſſe mortuus, quàm vobis conſuluiſſem, quod ſuper re tam pernitioſa præbuiſſetis exemplum, ſpecialiter cum prædeceſſores veſtri Reges Franciæ, qui volentes tollere tales libertates, ſe pro Eccleſia oppoſuerunt defenſores. * Hoc tantum eſt Regum officium, dicit Jeronym. ſuper Jeremiam, & habetur *23. quæſt. 5. cap. Regum.* Et quod dicit habetur *ibidem in cap. Princeps.* „ Cognoſcant „ Principes ſæculi Deo ſe debere eſſe reddituros rationem propter „ Eccleſiam Chriſti, quam tuendam ſuſcipiunt. „ Non hîc aliqua exempla in chronicis quomodo hoc ſervaverunt Reges Franciæ. Exemplo ergo eorum, & vos ſervetis, & adaugeatis. Tunc enim obviabit vobis Eccleſia quaſi mater honorificata *Eccli. 15.* & veſtrum nomen glorioſum perpetuò remanebit, quia de vobis dici poterit illud *Eccli. 37. Sapiens in populo hæreditabit honorem. & Eccli. 3. Sicut qui theſaurizat : ita qui honorificat matrem ſuam.* 65

Dico quartò, quod ille * honorificat Regem facto, qui ſuadet ſibi illud propter quod conſcientia ſua non lædítur. Super omnia enim debet quilibet Chriſtianus advertere, nè faciat illud per quod conſcientia ſua lædatur, quia *anima plus eſt, quàm eſca*, Matthæi 6. Et certè credo firmiter, quod pro toto mundo noletis aliquid facere ſcienter de quo veſtra conſcientia eſſet læſa, & merito quanto enim Deus vos quaſi miraculosè, ad regnum vocavit, & vobis plures gratias facit, tanto plus debetis, & habetis cavere nè eum offendatis, quia dubitandum eſſet quod contra vos acrius indignaretur, ſicut fecit contra Saül, 1 Regum. 15. 66

Modo, præchariſſimè, attendatis, ſi vos in coronatione veſtra juraſtis iſta, & non plura, ſcilicet quod * Epiſcopis, & Eccleſiis eis commiſſis canonicum privilegium & debitam legem & juſtitiam ſervaretis, & defenſionem, quantum poſſetis exhiberetis. 67

Item, quod veſtro arbitrio omnis populus Chriſtianus veram pacem Eccleſiæ Dei omni tempore ſervaret.

Item, quod omnes rapacitates, & omnes iniquitates omnibus gradibus interdictis.

Item, quod in omnibus judiciis æquitatem & miſericordiam præcipietis.

Item, quod de tota terra & juriſdictione veſtra hæreticos ab Eccleſia damnatos pro viribus bonâ fide exterminari ſtuderetis.

Iſta juraſtis, & non plura, ſalvâ reverenriâ Domini Petri, qui vos unum aliud juraſſe dicebar. Cùm ergo ſit privilegium Eccleſiæ canonicum, & in corpore canonis incorporarum. *2 2. q. 2. quicunque litem habens*, & ſit etiam de conſuetudine introductum, quæ conſuetudo eſt canonica, quod Eccleſia poſſit cognoſcere in multis caſibus contra quos ſunt articuli præpoſiti inter laïcos, ſi iſtud non ſervaretur Eccleſiæ, ſic poſſet in aliquo veſtra conſcientia lædi.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Item, ſi debetis pro poſſe facere, quod omnis populus Chriſtianus veram pacem Eccleſiæ Dei omni tempore ſervet: multo fortius habetis hoc procurare de Baronibus qui ſemper fuerunt unum & idem cum Eccleſia. Semper enim ubi fuit Eccleſia in honore, ibi viguit Baronum & militum ſtrenuitas, & quorum officium eſt Eccleſiam
68 deſenſare, ſicur * officium Eccleſiæ eſt pro eis orare, & juge ſacrificium pro eis Deo offerre. Et ad hoc multum conatus eſt beatus Ludovicus tempore ſuo, quia cùm majores Barones totius regni ſe conſederaſſent ad tollendam iſtam Eccleſiæ libertatem, & ordinaſſent adhuc dare centeſimam bonorum ſuorum, ipſe nunquam eis adhæſit, ſed potius eos ab iſtis compeſcuit. Et finaliter hanc libertatem Eccleſiæ confirmavit.

Non hîc, quomodo Innocentius Papa, illo tunc contra illos Barones proceſſit, &c. Et bene audeo dicere, quod ſi inter Prælatos & Barones eſſet diſſentio, dubitarem quin cito populus vellet ſibi dominium uſurpare, ſicut paruit de facto in multis locis. Et de facto quiliber veſtrûm potuit videre, quia cùm aliqui inciraſſent populum contra Curiam Eccleſiaſticam in aliqua parte Campaniæ & Burgundiæ, in tantum quod inimicus populus quaſi in qualibet villa fecerat Regem qui portantes citationes verberabat & Papam qui abſolvebat. Statim idem populus contra dominos temporales inſurrexit, & idem faciebat eis quouſque per poteſtatem Regis multi fuerunt ſuſpenſi, & ſcandalum illud fuit ſedatum. Hoc fuit tempore Regis Ludovici ultimi. Et verè nobiles non deberent conqueri de his quæ habet Eccleſia, quoniam pauci ſunt qui non habeant ſtatres, aut propinquos, qui vivunt de bonis Eccleſiæ, qui ſi dividerent cum eis hæreditatem, paulatim redigerentur ad nihilum.

Advertant etiam Barones, quod pauci ſunt, qui non (ſint) fideles Eccleſiæ. Eccleſia autem una eſt, Canticorum 6. *Una eſt columba mea*, ſic nec abſque periculo tranſgreſſionis poſſent ſuadere quod tales libertates Eccleſiæ tollerentur: ut ergo veſtra conſcientia immaculata remaneat, placeat veſtræ celſitudini privilegium iſtud juſtum & canonicum confirmare, & attentata, ſi quæ ſint, per proclamationes, vel aliàs revocare, & matrem veſtram Eccleſiam Gallicanam, in ſuis franchiſiis, libertatibus, & conſuetudinibus conſervare; ut per vos *in omnibus honorificetur Deus, cui eſt honor & glo-*

ria in ſæcula ſæculorum. Amen. 2. Petr. 4. Et ipſe vos honorificet, qui dicit, *2. Reg. 2. c. Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum*, in qua gloria eſt verus honor, * qui nulli conceditur indigno; imò ad quem nullus admittitur, niſi dignus, ſicut dicit beatus Aug. quem honorem nobis, & vobis concedat, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329. 69

Et quia multi articuli proponebantur, quorum aliqui totam juriſdictionem Eccleſiaſticam enervarent. Idcircò eos volumus defendere, & tueri, cùm præſcriptum ſit Eccleſiaſt. 4. *Uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Aliqui alii ſunt qui continent ſolum abuſum quem non credimus per gentes noſtras fieri, & ſi fierent nollemus aliqualiter tolerare. Et ideo propter honorem Dei principaliter, & propter exonerationem conſcientiarum noſtrarum, & propter Regis reverentiam, & populi profectum & pacem, omnes hîc ſimul congregati diſpoſuimus tale remedium apponere quod abuſus prædicti (ſi per aliquem facti fuerint) ceſſabunt ad pacem populi, & laudem Dei, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. 70

ALterâ autem die Veneris immediatè ſubſequenti, videlicet die 29 Decembris, in Palatio Regali Pariſius, iterato ad invicem conveniunt Prælati; & Rege ibidem ſolito more ſedente, aſſiſtentibus Conſiliariis ſuis & Baronibus, Reverendus Pater Dominus Petrus Bertrandi, divinâ Providentiâ, Epiſcopus Eduenſis, locutus eſt in publico coram Rege, facto pro themate ſuo, *Ne indigneris, Domine, ſi loquar.* Gen. xviij. c. [quod pro thema applicavit ad hoc quod propter Regis magnificentiam, Conſilii, ſui prudentiam, & loquentis inſufficientiam, cùm magnum negotium eſſet loqui, formidabat: Sed de Regia benignitate confiſus audaciam aſſumebat, & quia ſibi fuerat à Dominis Prælatis injunctum.] III SESSIO.

Deinde fecit thema ſuum, *Domine, refugium factus es nobis*, in Pſalmo. [Et proſecutus eſt hoc thema, Regis magnificentiam commendando; vocationem ſuam ad Regnum Franciæ quaſi mirabilem declarando, tertiò quomodo debet eſſe pugil Eccleſiæ oſtendendo. Et iſta probavit ſatis breviter per authoritates & rationes multas.]

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329.

RESPONSIO CARDINALIS BERTRANDI, Ad Orationem PETRI DE CUGNERIIS.

POſtmodum reſpondit (a) ad ea quæ præpoſita fuerant per dictum Dominum P. de Cugneriis in modum infraſcriptum, ad inſormandam conſcientiam D. Regis, & ad præſtandum conſilium ſuper petitis (b) dumtaxat, & non ad finem ordinandi judicii ſeu reſponſionis faciendæ, per quam ſententia, ordinatio, vel ſtatutum, aut quivis alius proceſſus ſequi poſſent, vel jus aliud perſonæ cuicumque acquiri.

Primò, ad id quod propoſitum eſt, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, Matt. 22. c. & Marc. 2. c.* per quæ verba proponebatur ad Regem obedientia & ſubjectio, & ſpiritualium & temporalium diviſio & primum membrum probabatur per id quod legitur, *1. Pet. 2. Subditi eſtote.*

Reſpondetur per verba quæ ſunt in *c. extra de maj. & obed. c. ſolve.* & per *c. ex. de jud. novit.* & per *c. 16. q. 1. Sacerdotibus*, cum ibi notatis.

Ad id quod dicitur de diviſione & probatur, quia temporalia debent pertinere ad temporales, & ſpiritualia ad ſpirituales, tum quia Deus duos inſtituit gladios: unde dicit: *Ecce duo gladii hic, Luc. 22. c.* Item Chriſtus cenſum ſolvit ut denotaret quod temporalibus ſunt reddenda temporalia, *Matt. 17.* & xij. *c. 16. qu. 1. ſi tributum.* & *c. magnum.* Præterea lege Imperatoris cavetur iſta diſtinctio cùm dicitur, Magna enim dona à Deo collata ſunt, Sacerdotium & Imperium. Sacerdotium ut divinis, imperium ut humanis præeſſet. *In corp. auth.* Quomodo oportet Epiſc. & rel. Cler. ad ord. produci, *in princ. Coll. 1.* & dicebatur quod iſti erant termini qui non debebant aliqualiter immutari, *Prov. 27. ff. de term. am. l. 1 & ult.* Dicebatur & quod talia jura debita Regi, Rex non poterat à ſe abdicare cùm eſſent juris ſui regalis, & juraſſet in coronatione ſua jura regni non alienare, & alienata revocare, & quod talia erant impræſcriptibilia, *10. Diſt. in c. conſtitutiones & aliis c.* ejuſdem Decreti cum ibi vocatis.

Ad prædicta reſpondetur ſic: Quod juriſdictio cauſarum civilium de quibus agitur pertinet ad Eccleſiam de jure divino & humano. Divino jure, probatur à tempore Adæ uſque ad Chriſtum, per ea quæ notantur per Innocentium, *ext. de for. comp. c. licet.* à tempore

(a) In Brev. *Et ſequutus eſt reſpondendo.*
(b) In Brev. *Præfatis.*

Chriſti

Chriſti citra: commiſſum (a) fuit Petro & ejus ſucceſſoribus, 22. *diſt. c. omnes Patriarchæ, Matt. 16.* Et qualiter in terris Catholicorum Principum iſtud jus obtinuit & obtinet prout probatur, 2. *qu. 5. ſi quis Preſbyter, 11. q. 1. relatum, 25. diſt. Ecce.* Et iſtud etiam jus confirmaverunt Imperatores, *in corp. authen. ut differ. jud. c. Si tam Coll. 9.* (b) *23. q. ult. iis à quibus.* Dicit etiam Canon quod B. Petrus præcipiebat omnes Principes terræ, & cæteros homines Epiſcopis obedire, *extr. de maj. & obed. c. omnis 16. diſt. c. duo ſunt.* Quare probatur quod non eſt facienda diviſio ut hæc Eccleſiis auferantur. Et ſi in tyrannorum Regum terris ſtatus iſte Eccleſiæ fuerit violatus, in regno Franciæ benedicto uſque ad hæc tempora extitit obſervatus. *Ex. de jud. novit. in parte. deciſ.*

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Præterea leges Theodoſii Imperatoris & Karoli magni hanc juriſdictionem etiam Eccleſiæ confirmaverunt, *ext. de jud. novit. 11. q. 1. quicumque & c. ſequent.* in quo expreſsè cavetur quod idem Karolus Rex Franciæ, & Imperator in Francia ſpecialiter hoc jus conſtituit.

Præterea de conſuetudine à tanto tempore obtenta quod in contrarium memoria non exiſtit, horum juriſdictio pertinet ad Eccleſiam Gallicanam omnium Regum Chriſtianorum tempore & Sanctorum: quis ergo audebit hanc conſuetudinem violare? Sacrilegium eſt, *11 diſt. c. 1 & c. ſequent. ejuſdem Decreti.* Item, non miretur regalis dignitas, ſi in regno Franciæ nobiliori mundi hæc prærogativa Eccleſiis debeatur: in hoc enim ſua nobilitas & potentia decoratur, *arg. in corp. auth. ut jud. ſin. quocumq. ſuffr. circa princ. coll. 2.*

Præterea Dominus Rex in coronatione ſua juravit ad ſancta Dei Evangelia, privilegium canonicum ſervare Eccleſiæ. Omnes Barones, vel qui ſunt fideles Eccleſiæ, & juraverunt fidelitatem, ſub qua fidelitate tenentur per juramentum jura iſta ſervare Eccleſiæ, cùm igitur omne juramentum quod non tendit in interitum ſalutis æternæ ſit ſervandum, iſtud quod eſt in favorem Eccleſiarum præſtitum multò fortius eſt ſervandum. *Ex. de jur. jur. c. ſi verò, 22. q. 3. §. ult.*

Item, B. Ludovicus, Philippus Arragonen. Philippus pulcher, Ludovicus, Philippus magnus, Karolus privilegia, libertates & conſuetudines Eccleſiæ confirmaverunt, & D. Philippus pulcher ſervare promiſit: Quare & omnes iſti in ſuis coronatibus juraverunt ut ſupra. Quis ergo poterit iſti Domino Regi abſque damnatione propriâ contrarium ſuadere, maximè in iſtis conceſſis declaratis & confirmatis Eccleſiæ, cui donare immenſitas eſt menſura in corp. auth. de non alien. aut perm. reb. Eccleſ. §. ſi minus, coll. 2.

(a) *Commiſſa.*
(b) *Novella eſt 26. collat. 6.*

Actes de Vincennes. Ann. 1329.

Nec obſtat quod dicitur, *Duo ſunt gladii*, &c. & quod diſtinctum eſt Sacerdotium & Imperium. Quia verum eſt quod duo ſunt gladii; iſtud dictum eſt Eccleſiæ, & verum eſt, quod jus & poteſtas iſtorum duorum gladiorum eſt penes Eccleſiam. Licèt executio gladii materialis ſit penes ſæculares. Et hoc eſt quod dicitur, *Matt. 26. c.* cum Dominus dixit: *Converte gladium tuum in locum ſuum*: & quod dicitur, *diſtinctum eſt Sacerdotium & Imperium*, verum eſt ex parte finis, & quantum ad executionem ſanguinis, & non ex parte principii ſeu ſubjecti, quia in eodem ſubjecto ſunt & eſſe poſſunt, imo debet ut ſuperius eſt probatum.

Ad id quod dicitur quod Chriſtus ſolvit tributum, reſpondetur, quod non ideo ut deberet ſolvere, quia certum eſt quod filii Regis non debebant, qualis ipſe erat: ſed propter ſcandalum hoc fecit. Imò nec Eccleſia ad hoc tenetur, *Eſdr. 1. & ult. cap. 7.* talia non ſunt ad conſequentiam trahenda.

Nec obſtat de immutatione terminorum quod dictum eſt, quia hæc allegatio eſt pro Eccleſia, cum iſta ad Eccleſiam pertineant, ut dictum eſt.

Nec obſtat quod dicitur, quod Dominus Rex non poteſt iſta jura abdicare, maximè cum juravit in coronatione ſua.

Reſpondetur quod imo poteſt totum abdicare, quia non abdicat à ſe cum Deo, & Eccleſiæ dat. Quia *Domini eſt terra*, &c. tale enim dare non eſt, niſi reddere Deo & Eccleſiæ quod ſuum eſt. Et ſic ſequeretur quod donatio facta imperii à Conſtantino Eccleſiæ non teneret quod falſum eſt, ut hæc probantur, *16. diſt. c. Conſtantinus.*

Propterea Imperator vel Rex poteſt alienare res imperii vel regni, *ff. de leg. 1 l. ap. Jul.* §. *ult.* nec per hoc læditur regnum vel imperium, eo quod res redit ad ſtatum ſuum priſtinum. *ff. de pactis, l. ſi unus*, §. *pactus*, *25. diſt. ab exordio.*

Præterea iſta ratio propoſita damnaret omnes Reges qui fuerunt, & ſpecialiter Canonizationem B. Ludovici; quia ſi vera eſſet, quod abſit, omnes eſſent mortui in peccato mortali, & perjuri, quod neſas eſt dicere.

Nec obſtat quod dicitur, quod impræſcriptibilia ſunt talia, verum eſt ab alio quàm ab Eccleſia, vel aliter quàm à ſubditis non poſſet præſcribi: ſed à non ſubditis, ſic: Præterea ex quo poſſet alienari, poteſt præſcribi: maximè de conſenſu regni qui hoc confirmavit, & tanto tempore quod omne jus excludit, & fiſcale & Eccleſiæ.

Concluditur ergo ſic: Quod omnes Prælati prædicta aſſerunt eſſe vera & tenenda, & ſupplicant Domino Regi pro ſalute animæ ſuæ, & pro pace Eccleſiæ conſervanda, quod nihil immutet. Sed prout prædeceſſores ſui tenuerunt Eccleſiam, ipſe teneat, & libertates Ec-

cleſiæ conſervet. Et conſideret quanta bona ſpiritualia habet quotidie ab Eccleſia, & quod nunquam defecit ſibi Eccleſia Gallicana, cùm opus fuit etiam in auxilio temporali. Et oſtendantur ſibi exempla & pericula quæ faciendo contrarium eſſe poſſunt, & quod conſideret qualiter Dominus noſter Papa, qui nunc eſt, diligit & dilexit regnum Franciæ, & perſonam Domini Regis, dicendo: quia nunquam fuit in ſede B. Petri, qui regnum Franciæ plus dilexerit eo. Et conſideret quod legitur *Eccli. 6. c.* in multitudine Preſbyterorum ſta, & eis in corde crede.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Reſponſio articulorum Generalis in tres partes diviſorum.

DEinde præfarus D. Eduenſis Epiſc. ad finem prædictum, videlicet ad informandam conſcientiam Regis, & ad præſtandum conſilium ſuper petitis dumtaxat, & non ad finem ordinandi judicii ſeu reſponſionis faciendæ, per quam ſententia, ordinario vel ſtatutum, aut quiſvis proceſſus alius ſequi poſſent, vel jus aliud perſonæ cuicumque acquiri ad ſingulos articulos, ſic reſpondit: & diviſit articulos traditos in tres partes. Quia quidam articuli erant qui tangebant jura Eccleſiæ perpetua, & quæ pertinebant ad Eccleſiam de jure & conſuetudine, & quod de eis juſte Eccleſia utebatur, quæ erant parati defendere ſicut B. Thomas Cantuarien. cujus feſtum erat illâ die, jura eadem defendebat.

Secunda pars articulorum continebat abuſus & errores, ſi veri eſſent. Et illos nullo modo volebant defendere, imo providere ne talia fierent, & corrigere ſi talia facta erant.

Tertia pars articulorum continebat aliqua quæ poterant eſſe juſta, & aliqua quæ eſſent injuſta. Quantum ad juſta reſpondit ut de contentis in prima parte; quantum ad injuſta ut de contentis in ſecunda parte.

Omnes articuli contenti in prima parte ſignati ſunt in margine per A. articuli contenti in ſecunda parte per B. articuli contenti in tertia parte per C. deinde reſpondit ſingulariter ad ſingulos, prout ſequitur.

RESPONSIO SPECIALIS AD SINGULOS ARTICULOS.

ACTES DE VINCENNES.

Ann. 1329.

SUMMARIA PHILIPPI PROBI.

1 *Nierdicta ſunt perſonalia de jure, licèt in rem videantur concepta.*

2 *De jure & conſuetudine notoriis, cognitio actionum perſonalium ad Eccleſiam pertinet.*

3 *Tam de jure communi quàm de conſuetudine, Clericus poteſt quoſcumque injuriam ſibi inferentes in hereditate ſua coram Judice Eccleſiaſtico convenire.*

4 *Petitiones contractuum initorum coram Judice ſæculari, ſunt perſonales.*

5 *Promotor malitiosè agens, in expenſis debet condemnari.*

6 *Si Eccleſia ſuo brachio fecit quod potuit, ad brachium ſæculare recurrit.*

7 *Prælatus in qualibet parte ſuæ Diœceſis, poteſt habere Officiales, ad exercendum ſuam Juriſdictionem.*

8 *Nullus laïcus poteſt conqueri contra Clericum, quando de ejus bonis mobilibus agitur.*

9 *Si laïcus committit in perſonam Clerici, Eccleſia de commiſſo tanquam contra ſacrilegium cognoſcit.*

10 *Eccleſiaſtici Judices debent pacem apponere, & peccata vitare.*

11 *Quilibet Prælatus in ſua Diœceſi eſt executor teſtamentorũ legitimus.*

12 *Gardia viduarum & pupillorum, quantùm ad violentias & ſaiſinas, pertinet ad Eccleſiam.*

13 *Ubi quis habetur ſuſpectus ſuper articulis fidei, ad Eccleſiam debet cognitio pertinere.*

14 *Ex quo quis poteſt apponere excommunicationis ſententiam, poteſt & pœnam apponere pecuniariam.*

15 *Veritatem celare eſt peccatum.*

16 *Nullum eſt inconveniens, ſi pro juſta cauſa, pœna corporalis, in pecuniariam Officiales Eccleſiaſtici convertant.*

17 *Emendæ injuriarum petuntur per viam actionis perſonalis.*

18 *De jure divino & humano, licitum eſt Prælatis capere Clericos ubique.*

19 *Nulli Judici ſæculari licitum eſt in quocumque caſu Clericos capere.*

20 *In quacumque ætate, poteſt Prælatus perſonis litteratis tonſuras conferre.*

21 *Ex quo excommunicatio fertur propter peccatum mortale, antequam excommunicatus abſolvatur, pœna corporalis, aut pecuniaria debet ſatisfacere.*

22 *Uſurario manifeſto, Eccleſiaſtica debet denegari ſepultura.*

23 *Juriſtæ melius poſſunt & ſciunt juſtitiam tenere, quàm laïci qui litteras non noverunt.*

24 *Participare ſcienter cum excommunicato, eſt peccatum mortale.*

25 *De jure & conſuetudine ſpeciali, Prælati ſunt executores teſtamentorum legitimi.*

Expedit teſtamenta, priuſquam illis fides adhibeatur, quod per Officiales Epiſcoporum Diœceſanorum approbentur.

ET primò ad I art. qui loquitur de cognitione actionum realium, perſonalium, mixtarum & interdictorum, dixit dictus Epiſcopus Eduenſis, quod cùm de jure ſit probatum ſuper iis in generali reſponſione, talium cognitionem ad Eccleſiam pertinere de jure, & poſſe pertinere de conſuetudine, maximè in actionibus perſonalibus de jure, licèt de abuſu conſuetudinario aliquando dicantur, quia in hiis Eccleſiæ, maximè illæ quæ de conſuetudine hoc habent, nullam injuriam Regi vel Dominis temporalibus faciebat. Et ad probandum iſtam reſponſionem allegavit, 63. *diſt. Valentianus : 11 q. 1 quacumque in Aut. ut differ. jud.* §. *ſi verò*, & §. *ſi tamen, ex. de jud. cap. novit. 22. diſt. c. 1. 11. q. 1. relatum : 2. q. 1. ſi quis Preſbyter*, & *diſt. conſuetudo.* Induxit etiam ad hæc probanda privilegia, libertates, confirmationes, & plures alias litteras B. Ludovici, & omnium aliorum Regum prædeceſſorum iſtius. ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Ad II art. qui loquitur de Clericis turbantibus poſſeſſiones laïcorum, & de cauſa novitatis, dixit dictus Epiſc. quod ubi Clericus impedimentum apponit vel violentiam, laïcus eſt actor, & Clericus reus. Et cùm de jure & de conſuetudine actor debeat ſequi forum rei non eſt irrationabile, maximè in illis Eccleſiis quæ de conſuetudine hoc habent, ſi de talibus Eccleſia cognitionem habeat. Aliàs enim ſequeretur quod Judices ſæculares pro voluntate ſua haberent cognitionem Clericorum, prout dicerent hoc vel illud eſſe caſum novitatis : maximè quia in talibus impedimentis & violentiis habent locum interdicta ; quia (a) ſunt perſonalia de jure, licèt in rem videantur concepta. *ff. de interd. l. 1.* §. *ult.* quæ ſunt perſonalia de jure, ſecundùm quod ſuperius eſt probatum. Et ad probandum prædicta allegavit idem Epiſcop. *ext. de for. comp. ſi Clericus : 24. q. 3. item quis.* & alia jura ſupradicta de conſuetudine loquentia. A 1

Ad III art. qui loquitur de actionibus perſonalibus inter duos laïcos, vel inter Clericum actorem & laïcum reum. Dixit idem Epiſc. quod de * jure & conſuetudine notoria cognitio talium actionum perſonalium pertinet ad Eccleſiam, ſecundùm quod ſuperius eſt probatum. Quare dicebat nulli ſuper hoc injuriam fieri, maximè ratione peccati quod committitur in retinendo id ad quod tenetur aliquis, ſolvendo vel reſtituendo. Et ad hæc probanda adduxit jura ſuperius allegata, & *ex. de for. comp.* cùm ſit generale. A 2

Ad. IV art. qui loquitur de laïcis injuriam inferentibus in rebus hæreditariis Clericorum, dixit * tam de jure communi quàm de conſuetudine, Clericus poteſt quoſcumque ſibi injuriam inferentes in hæreditate ſua coram Eccleſiaſtico Judice convenire, quia in hoc A 3

(a) In Min. *Quæ.*

committitur ſacrilegium, cujus ad Eccleſiam dumtaxat debet cognitio pertinere. Et ad hoc probandum induxit, *24. q. 3. ſi quis de potentibus*, & alia jura quæ ſuperius tam de jure quàm de conſuetudine ſunt allegata.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Ad v art. qui loquitur de contractibus initis coram Judice ſæculari, dixit quod * cum talium contractuum petitiones ſunt perſonales de jure, maximè ubi eſt tranſgreſſio juramenti, vel fides mentita, de quibus Eccleſia ſolùm habet cognoſcere, nulla fit injuria, & licèt quod etiam non eſſet ibi juramenti vel fidei tranſgreſſio, adhuc ratione perſonalitatis poteſt ad Eccleſiam cognitio pertinere, & ad hanc reſpoñſionem probandam allegavit jura ſuperius inducta.

4

A Ad VI art. qui loquitur de Conſiliis Provincialibus & Statutis Synodalibus, dixit idem Epiſcopus, quod pro ſanctis & juſtis cautis SS. PP. inſtituerunt ea teneri, & quod Prælati nihil ſtatuant ibi quod temporalitatem tangit, niſi quatenus commiſſarum eis tangit animarum ſalutem, & jura & libertates Eccleſiarum conſervandas, & hoc eſt eis licitum facere. Ad quod probandum induxit, *in corp. auth. de Sanct. Ep. §. ut autem: 18. diſt. per totum.*

A Ad VII art. qui loquitur de contractibus recipiendis per Notarios Eccleſiaſticos in terris ſæcularium, dixit: Quod cùm tam ratione naturali quàm de jure ſcripto in terris DD. temporalium, Eccleſia habeat juriſdictionem ſuam ſpiritualem, ſicut Dominus temporalis juriſdictionem temporalem, nulli infertur injuria, ſi tales Notarii recipiant contractus illorum qui volunt ſe in foro Eccleſiæ obligare. Et hoc eſt pro communi utilitate, quia multi magis eligunt vinculum Eccleſiæ quàm vinculum temporale, & ante dimitterent contractus facere, ſine quibus vivere non poſſent, quàm ſe ſupponerent Curiæ temporali: maximè de conſuetudine notoria hoc ſemper extitit obſervatum. Ad hæc alia probanda allegavit idem Epiſc. *Ex de offi. ord. cum Epiſcop. lib. 6. ff. de offi. proc. l. 2.*

A Ad VIII art. qui loquitur de Officialibus qui imponunt laïcis crimina, ut redimant eos, & nolunt recredere etiam cum fidejuſſoria cautione, dixit: Quòd nullus Prælatus ſi ſciret Officialem ſuum talia facere, aliqualiter ſuſtineret, niſi eſſet de maleficiis quorum correctio ad Eccleſiam pertinet de conſuetudine vel de jure, & etiam in caſibus ubi recredentia fieri non deberet. Et ſi quis eſſet qui in ſpeciali vellet conqueri ſuper iſtis, Prælati erant parati, veritate plenius inquiſitâ, prout juſtum eſſet, facere emendari & apponere remedium opportunum.

B Ad IX art. qui loquitur de Officialibus qui inquirunt ſuper maleficiis & ab innocentibus, volunt habere expenſas & emendas, & expenſas reddere nolunt ſi ſuccumbunt in cauſa, dixit idem Epiſc. Quod ſi Prælati ſciunt iſta per Officiales ſuos fieri, ſecundùm quod

in dicto articulo proponitur, nollent ſuſtinere ea. Sed ubi illi contra quos proceditur, petunt copiam proceſſuum ſibi fieri, tenetur petens eam ſolvere; aut ſi ſuper impoſito ſibi maleficio condemnetur, debet expenſas reſtituere Promotori. Si verò * per Judicem abſolvatur, & Promotor maliciosè & per fraudem ſuggeſſerit contra ipſum, debent ei expenſæ reſtitui. Sed ubi merè ex officio Judicis proceditur, ſive ſit per infamiam publicam, ſive ad denunciationem alicujus, vel aliàs ſecundùm quod licitum eſt de jure, Judex in hoc caſu expenſas cuique reſtituere non tenetur. 5

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Ad x art. qui loquitur de ſententiis excommunicationis quæ dantur per unam ſolam citationem, dixit idem Epiſc. Quod ullo modo ſententia excommunicationis debet fieri, niſi citatio vel monitio ſufficiens præceſſerit. Sed ſæpe contigit quod propter periculum animarum aut corporum, vel quia cauſa eſt favorabilis, (a) vel propter alias cauſas juſtas quæ continentur in jure, ſit una citatio peremptoria quæ valet tres, & tunc propter talem defectum poteſt licitè ſententia excommunicationis proferri. B

Ad xi art. qui loquitur de obligationibus de *niſi*, dixit: Quod hoc eſt ſecundùm formam juris, & pro communi utilitate ſtatutum, nec ſequitur ex hoc inconveniens: maximè quia in talibus numquam fertur, nec debet ferri ſententia, niſi poſt ſufficientem terminum ad hoc de conſenſu contrahentium aſſignatum. Et ad hoc probandum induxit. *Ext. de appell. præterea.* C

Ad xii art. qui loquitur de monitionibus quæ fiunt contra ſæculares Judices ad compellandum excommunicatos per captionem bonorum, dixit præfatus Epiſc. Quod cùm Eccleſia brachio ſpirituali contra tales procedendo fecit quod potuit, tunc habet recurrere ad brachium temporale. Et hoc de jure divino & humano conceditur, & ſi propter malitiam vel negligentiam Dominus temporalis omittat factæ ſibi ſuper hoc monitioni parere, & talem excommunicatum compellere, propter quod creditorem contingat amittere debitum, in quo excommunicatus tenebatur eidem, non eſt inconveniens, ſi ſufficienti monitione præmiſſâ per ſententiam excommunicationis proceditur contra ipſum, & ſi de damnis illatis antequam mereatur abſolvi faciat ſatisfactionem condignam. In talibus enim de jure divino & humano brachium temporale ſpirituali obedire tenetur; maximè ubi quis in excommunicatione perſtitit ultra annum, de quo in ſtatuto B. Ludovici mentio fit expreſſa. 6

Ad xiii art. qui loquitur de expenſis quas faciunt Judices ſæculares veniendo ad excuſandum ſe coram Judicibus Eccleſiaſticis ſuper compulſione excommunicatorum, dixit: Quod poſtquam de jure & C

(a) *Rationabilis*, In Brev.

consuetudine tenentur in hoc Judices sæculares Judici Ecclesiastico obedire, debent cum tamen expensis propriis ad se excusandum venire. Sed si talis monitio malitiosè vel indebitè ad suggestionem alicujus fuerit impetrata, talis impetrans ad expensarum restitutionem tenetur : expensæ verò quæ fiunt in executione contra excommunicatum facta per præfatos Judices sæculates, ipse debet ad restituendum compelli.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

C Ad XIV art. qui loquitur de appellationibus quæ fiunt à Curia laïcorum ad Ecclesiasticos Judices, dixit idem Episc. Quod si in Curia temporali Prælatorum vel subditorum suorum fiat processus, aut detur judicium temporale, & super hujusmodi processu vel judicio, appellatio ordinaria aut ratione falsi judicii vel alias sequeretur ; debet talis appellatio remitti ad examen sui Judicis temporalis. Sed si laïcus non per viam appellationis ordinatæ, sed quia magis eligit Curiam Ecclesiasticam quàm temporalem, sicut de jure & consuetudine licitum eis existit, tunc nullum inconveniens sequeretur, si Officialis ad quem veniret talis cognitio, tanquam Officialis & Judex ordinarius cognitionem haberet. Et sic in Rhemen. & Laudunen. ac in multis aliis regni Franciæ Ecclesiis observatur, & potest probari per aliqua jura superius allegata.

C Ad XV art. qui loquitur de arrestis quæ fiunt in villis quæ utuntur lege, dixit: Quod si talia fierent sicut in articulo continentur, nisi aliquæ Ecclesiæ de consuetudine hoc haberent, quod consuetudo est observanda, maximè ubi tale fieret sub salvo-conductu Curiæ & sine fraude. Et quod arrestatus non esset alicujus Prælati Clericus, nollent ea sustinere.

C (a) 7 Ad XVI qui loquitur de illis qui dicuntur Præpositi Clericorum, dixit: Quod tam de ratione quàm de jure & consuetudine, quilibet * Prælatus in quacumque parte suæ Diœcesis potest habere Officiales suos, & alias personas ad Jurisdictionem Ecclesiasticam exercendam, sive sit in civitatibus, sive in captionibus personarum Ecclesiasticarum, vel cognitione causarum quæ ad forum Ecclesiæ pertinent, & potest talibus illam quæ sibi videtur concedere potestatem, quare si tales juxta commissionem (sibi) (b) factam citationes faciunt, aut personas Ecclesiasticas capiunt delinquentes, sive cognitionem causarum assumant, seu alias quocumque modo Ecclesiasticam Jurisdictionem exercent, nulla fit injuria. Quilibet enim Dominus temporalis ubicunque in terra sua potest habere gentes & justitiarios suos, & eâdem ratione, spiritualis Judex. Sed si tales Commissarii abusi fuerunt in aliquo, seu etiam abutantur, parati erant Prælati tales abusus corrigere, & apponere remedium oportunum, vel si alicubi sit talium Commissariorum nimia multitudo, ipse de sufficienti numero

(a) *In Miniato, abscissa est nota cultello adæquatorio compactoris.*
(b) *Omittitur in Miniatio.*

providebunt.

providebunt. Cæterum ſi talis Commiſſarius juxta poteſtatem ſibi commiſſam arreſtaverit in caſu de jure licito bona mobilia Clericorum, nullus laïcus habet ſuper hoc materiam conquirendi. * Nam bona mobilia ſequuntur poſſidentis perſonam tam de conſuetudine quàm de jure, & hoc etiam in ſtatutis regni Franciæ continetur. 8

ACTES DE VIENNES. Ann. 1329.

Et per prædicta ad XVII & XVIII articulos eſt reſponſum. Quia ſpiritualis juriſdictio Clericorum & bonorum ſuorum mobilium captio in quacumque parte Diœceſis pertinet ad Prælatos. Et ad iſta induxit. 3. Regum. 7. c. ubi dicitur, quod Samuel Judex Iſrael ibat & circuibat Bethel, & Galgala, & Maſphat, & ad hoc etiam induxit extra de offi. ord. cum Epiſcopus. C

Ad XIX art. qui loquitur de aſſecuramento quod petitur in Curia Eccleſiaſtica, dixit dictus Epiſcopus: Quod tam de jure quàm de conſuetudine Clericus poteſt malefactorem ſuum, vel illum à quo veriſimiliter dubitat ſibi injuriam irrogari coram Eccleſiaſtico Judice convenire, * quia ſi per laïcum committeretur malefitium in perſonam Clerici, Eccleſia tanquam de ſacrilegio cognoſceret ſuper maleficio memorato, ergo fortiori ratione poteſt providere dando aſſecuramenta, nè in Eccleſia maleficia committantur, ſpecialiter in Eccleſiis, ubi de ſpeciali conſuetudine hoc habetur. Si autem hoc eſſet inter duos laïcos, debet conſuetudo ſervari, quæ etiam in hoc concordat cum jure communi, per quod Eccleſiaſtici Judices debent pacem apponere & peccata vitare: quia * melius eſt ante tempus peccatis occurrere, quàm culpam poſt exitum vindicare; & ad hæc probanda induxit jura ſupetius alleg. & extra de treuga & pace per totum tit. C 9 10

Ad XX art. qui loquitur de inventariis quæ fiunt de bonis laïcorum, dixit: quod tam de jure ſanctorum Patrum, quàm Imperatorum, & Regum, quilibet Prælatus in ſua Diœceſi eſt executor legitimus teſtamentorum, maximè elapſo certo termino expreſſo in jure. Unde ſi contingit quod executio teſtamenti venerit ad Prælatum, non eſt inconveniens, ſi ex quo ad eum pertinet principale, pertineat & bonorum ſic acceſſorium, ſive ſit in inventariis, ſive in aliàs faciendis, ſpecialiter in locis ubi de conſuetudine obſervatur, aliàs enim non poſſet legitimè fieri executio teſtamenti. Ad iſta verò probanda induxit. c. de Epiſc. & Cler. leg. Nulli in corp. auth. de Eccl. tit. §. ſi quis autem. col. 9. extra de teſtamentis. c. tua & c. nos quidem. & c. Joannes. c. de fideicommiſſis. authen. amplius hæc. A 11

Ad XXI art. qui loquitur de actionibus hypotecariis, dixit idem Epiſcopus, quod ſi hypotecaria procedit ex contractu, ubi ſit juramenti, vel fidei interpoſitio, & inde fiat directè petitio ſuper re obligata, talis petitio eſſet plus perſonalis quàm realis, & in hoc caſu nulla fieret injuria. Quantum ad hypotecarias quæ ſunt reales, debet conſuetudo ſervari; quòd ſi nulla fuerit conſuetudo, ſuper hoc A

dicebat idem Epiſcopus, jus ſcriptum eſſe in talibus ſequendum. Et
ACTES DE VINCENNES. ad hoc probandum allegavit. c. de præſcript. 30 vel 40 annorum l. cum notiſſimi : extra de jurejurando. c. ſi verò.

Ann. 1329. C Ad XXII art. qui loquitur de perſonis hoſpitalium, dixit quòd ſi tales perſonæ ſunt perpetuò devotæ hoſpitalium, ſeu domorum, ſunt de foro Eccleſiæ, & talium cognitio pertinet ad Prælatos. De illis verò quæ non eſſent talis conditionis, niſi jus, privilegium, ſeu conſuetudo aliud darent Eccleſiis, Prælatos de his non velle ſe intromittere aſſerebat.

B Ad XXIII art. qui loquitur de tonſuris dandis indignis, dixit: quòd quando plures ſunt digni in Dei ſervitio conſtitui, tantò melius poteſt divinum officium celebrari. Et bene cavebunt ſibi Prælati (Domino concedente) quòd non conferent perſonis inſufficientibus vel indignis. Nullis enim Prælatus bonæ conſcentiæ faceret ea quæ in dicto articulo continentur, & verè ſuper hujuſmodi tonſuris faciendis, Domini temporales plures & importunas requæſtas Prælatis facere conſueverunt.

A 12 Ad XXIV art. qui loquitur de viduis, pupillis & inteſtatis, dixit dictus Epiſcopus: quòd de jure divino & humano gardia * talium perſonarum, quantum ad violentias & ſaiſinas, pertinet ad Eccleſiam, & ſic etiam de conſuetudine obſervatur in Eccleſiis Gallicanis. Quantum ad bona inteſtatorum & pupillorum, dixit quod in Eccleſiis ubi eſſet conſuetudo ſuper hoc ſpecialis, debet eadem conſuetudo ſervari, ubi autem non eſſet, quantum tangit petitorium cognitionis, Eccleſia nolebat ſe intromittere, niſi haberet hoc ex privilegio aut conſuetudine ſpeciali. Et ad hoc induxit 24 quæſtione. 3. ſi quis. de potentibus: extra de foro competenti, ex tenore, & cap. ex parte: cum ibi notatis.

B 13 Ad XXV art. qui loquitur de impoſitionibus, quas Officiales faciunt laïcis ſuper fide, dixit quod hoc eſſet irrationabile ſi alicui tale crimen imponeretur malitioſè, prout in articulo continetur, ſed ubi * aliquis haberetur ſuſpectus ſuper articulis fidei, ad Eccleſiam in hoc caſu debet cognitio pertinere, & per conſequens ad inquæſtam, & alios proceſſus faciendos, oportet Judicem Eccleſiaſticum de perſona ſaiſitum eſſe, & latâ ſententiâ contra eum, expediri brachio ſæculari; quare in his nulla injuria irrogatur, maximè in locis, ubi ſic de conſuetudine obſervatur à tanto tempore quod in contrarium memoria non exiſtit.

A Ad XXVI art. qui loquitur de Officialibus currentibus, dixit quòd Prælati poſſunt habere in quacumque parte Diœceſis, tam de ratione quàm de jure ſcripto, & conſuetudine, Officiales ſuos ſecundùm quod ſuperiùs eſt oſtenſum, quare nulli fit injuria, dictos Officiales tenendo: dum tamen in nullo abutantur.

Ad XXVII art. qui loquitur de pœnis pecuniariis quas Officiales in ſuis monitionibus apponunt, dixit quod licitum eſt eis tales pœnas apponere, tam de conſuetudine quàm de jure, quia * ex quo licet ſententiam excommunicationis apponere quæ eſt major, licet ponere pœnam pecuniariam, quæ eſt minor. Item ex quo tali Judici Eccleſiaſtico ſubditi exiſtunt, & ſic eorum ordinarius Judex, ipſe poteſt in tali caſu eis imponere pœnam pecuniariam, vel aliam ſecundùm quod ſibi expedire videtur. Et ad hoc jus divinum & humanum concordat. Ad hoc probandum allegavit ext. de pœnis. ca. licet. ext. de officio or. dilectus 23. q. 2. c. ſi nos: 17. q. 4. quiſquis &c. ſi quis matr. Deus etiam pœnas infligebat tales aliquando, Levit. 3. 4. & 5. c. Exod. 23. c. ſi quis furatus fuerit, ad hoc facit 23. q. 5. prodeſt. Ann. 1329. A 14

Ad XXVIII art. qui loquitur de laïcis, qui vocantur ex officio ad ferendum teſtimonium, & non ſolvuntur eis expenſæ, dixit quod tales, quotieſcumque vocantur ad ſerendum teſtimonium, tenentur venire, aliàs poſſunt excommunicari de jure, * quia veritatem cælare eſſet peccatum mortale, eis tamen debent expenſæ reſtitui, ſalvis conſuetudinibus ſpecialibus, & ubi proceditur contra ſuſpectos in fide, vel aliis caſibus ſpecialibus, vel niſi aliud jus conſuetudo conferret. B 15

Ad XXIX art. qui loquitur de rebus furatis à Clerico, dixit quod cum ad Eccleſiam ſolùm pertineat cognoſcere de criminibus Clerici, laïci non poſſunt, nec debent ſe intromittere de rebus furatis, quia illi pertinet acceſſorium, cui pertinet principale, ſic enim laïci indirectè haberent cognitionem Clericorum, & multi poſſent fingere notorium quod non eſſet. Et ad hæc probanda induxit, extr. de dote, poſt divortium reſtitui. c. de prudentia. extra de regul. jur. cum principale. A

Ad XXX art. qui loquitur de Clericis non conjugatis captis in habitu laïcali, dixit quod tales Clerici non conjugati, pro eo quòd non deſerunt tonſuram, vel habitum Clerico congruentem, non amittunt privilegium cleticale. Unde ſi ſit notorium Judici Eccleſiaſtico talem eſſe Clericum, vel fama ſit publica ſuper hoc, idem Judex ſine cujuſcumque injuria poteſt ad reſtitutionem talis Clerici compellere juſtitiam ſæcularem: ſed ſi dubium eſſet talem eſſe Clericum, vel non eſſe, & captus fuerit in habitu laïcali, ad Eccleſiam pertinet cognitio, & detentio ad Judicem ſæcularem non pertinet, ſecundùm quòd jura aptè diſtingunt. extra de ſentent. excommunica. ſi Judex laïcus. lib. 6. c. de fabri. l. fi. c. de aquæ duct. l. ult. A

Ad XXXI art. qui loquitur de Clericis captis per laïcos, & redditis Officialibus, qui ſine punitione expediuntur, dixit quod malè fieret, ſi maleficia eis impoſita notoria eſſent, aut etiam probarentur, ſed com- B

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

muniter accidit, quod cum laïci capiunt aliquem Clericum, licèt non ſit eis licitum de jure, poſtquam Judici Eccleſiaſtico reddiderint, eum de nullo maleficio dictum judicem informabunt, propter quod cum cauſam rationalem detentionis ipſius non receperit ipſe Judex, non poſſet eum in bona conſcientia detinere.

C Ad XXXII art. qui loquitur de monitionibus quæ dantur contra ſpoliantes, & juramento quod exitur, dixit idem Epiſcopus quod tales monitiones non concedunt communiter Judices Eccleſiaſtici, niſi ſuper factis notoriis, vel in caſu ubi illi, contra quos tales monitiones dantur, eſſent ſuper aliquo crimine diffamati, unde quoties Judices memorati, aut eorum Commiſſarii, talibus ſic diffamatis injungunt quod ſatisfaciant, aut veniant ſe per juramentum ſuum coram eis ſuper impoſitis ſibi maleficiis purgaturi, & ipſi non obediunt Judicibus, aut eorum Commiſſariis in prædictis, nec allegant cauſam rationabilem quare ad hoc minimè teneantur, tales ſunt de ratione & de jure convicti, quare nulla fit injuria, maximè quia cauſa ſpoliationis probatâ violentiâ, debet juramento actoris ſuper deperditis fides plenarie adhiberi.

C Ad XXXIII art. qui loquitur de captionibus Clericorum, dixit ſicut in XXX art. ſuperiùs.

B Ad XXXIV art. qui loquitur de Clericis malefactoribus, quos Officiales Prælatorum de facili expediunt pro pœnis pecuniariis, dixit dictus Epiſc. quod hoc eſſet irrationabile ubi maleficium eſſet notorium vel manifeſtum, & tale vel tantum propter quod perpetua pœnitentia ei deberet imponi, ſi pro pœna pecuniaria tale maleficium
16 pertranſiret, * ſed nullum eſt inconveniens ſi pro juſta cauſa dicti Officiales pœnam corporis in pecuniariam convertant, quia hoc etiam jura volunt tam canonica quàm civilia.

C Ad XXXV art. qui loquitur de Clericis conjugatis, dixit quod ſi Clericus conjugatus deferat tonſuram & veſtem Clerico congruentem, & in tali habitu capiatur per Judicem ſæcularem, cum de jure ac conſuetudine notoria, tales Clerici, quantum ad delicta ſint de foro Eccleſiæ, Officiales prædicti nullam faciunt injuriam Dominis temporalibus, ſi compellant eos per ſententiam excommunicationis, vel aliàs ad deſiſtendum à cognitione talium delictorum, licèt delictum fuerit circa mercaturam commiſſum, quia quocumque modo delinquatur, cognitio pertinet ad Prælatos, & laïci offendunt exactionem, ſeu pœnam à talibus, licèt pecuniariam exigendo. De illis autem Clericis non conjugatis, dixit dictus Epiſcopus quod in nullo caſu talium cognitio pertinet ad Dominos temporales, ſecundùm quod jura declarant, ſalvâ conſuetudine ſpeciali in pluribus Eccleſiis regni Franciæ exiſtente.

C Ad XXXVI art. qui loquitur de aſſecuramentis laïcorum, & inhi-

bitione quam faciunt Officiales, pendente citatione aſſecuramenti, dixit quòd ſi tale fieret ad requæſtam laïci contra laïcum, maximè ubi Eccleſia hoc haberet ex conſuetudine ſpeciali, nulla fieret injuria ſi Eccleſia prohiberet etiam ſub pœna, nè pendente citatione faceret eum coram alio Judice conveniri, quia poſſet aliàs magnum ſcandalum exoriri. ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Ad XXXVII art. qui loquitur de citationibus quæ fiunt contra participantes cum excommunicatis, dixit quod non erat intentionis Prælatorum quod ea quæ continentur in articulo, debeant prout ſunt propoſita ſuſtineri, nec credunt quod eorum Officiales illo modo procedant, maximè quia aliqui Prælati in ſuis Diœceſibus ſtatuta ediderunt, per quæ talia fieri prohibentur. Et alii qui nondum fecerant ſalubriter ſuper his erant parati pro tempore providere, tamen debet de jure participatio cum excommunicatis abſque tamen populi injuſto gravamine per Judices Eccleſiaſticos prohiberi & puniri. B

Ad XXXVIII art. qui loquitur de impoſitionibus quas faciunt Officiales laïcis ſuper uſuris, dixit quòd ſi in his Officiales eorum aliàs quàm ſecundùm formam juris procederent, vel pro exactione injuſta à talibus exigenda, maximè ubi perſona contra quam proceditur non eſſet diffamata, nullus Prælatus vellet quoquo modo tali ſuſtinere. Et ſi quis in ſpeciali vellet conqueri ſuper iſtis, ipſi erant parati quod male actum eſſet facere juſtè, & debitè emendari. B

Ad XXXIX art. qui loquitur de adulteriis quæ laïcis per Officiales imponuntur, dixit quod nunquam talia faciunt, prout loquitur articulus memoratus, nec fieri debent, niſi ſuper factis notoriis vel manifeſtis, aut ubi tales contra quos procederetur eſſent publicè diffamati, ſeu in aliis caſibus à jure permiſſis, & nihilominus parati erant Prælati Officialibus ſuis præcipere, quod aliàs in talibus nullo modo procedant. B

Ad XL art. qui loquitur de multitudine Procuratorum, & abuſibus quos faciunt, dixit dictus Epiſc. quantum ad multitudinem, quod quilibet Prælatus in ſua Diœceſi debitè providebit: quantum ad abuſus, dixit quod ullo modo tales abuſus de cætero fieri permittent, quinimò illos qui abuſi fuerint, cùm ad eorum notitiam devenerit, juſtè punient, ſecundùm quod ad quemlibet pertinebit. B

Ad XLI art. qui loquitur de abuſibus Religioſorum in citationibus, dixit quod valde diſplicebat Prælatis ſi Religioſi prædicti faciunt aliquod indebitum vel injuſtum, & quod libenter apponent remedium in ſubditis ſuis, quilibet prout ad eum pertinebit. B

Ad XLII qui loquitur de uxoribus Clericorum conjugatorum, dixit dictus Epiſcopus quod in locis ubi de conſuetudine ſpeciali uxor Clerici eſſet de foro Eccleſiæ, quia etiam ad hoc jus Imperatoris concordat, nulla fieret injuria, ſi cognitionem talium mulierum

Eccleſia retineret, quantum ad cognitionem injuriarum inter laïcos,
ACTES DE VINCENNES. quia * emendæ injuriarum petuntur per viam actionis perſonalis, in
Ann. 1329. 3 art. ſuperius eſt reſponſum, & ad dicta probanda induxit. ff. de
juriſd. om. jud. l. pen. c. de interdictis, l. ultim. §. ad inimici. l. ea
17 quæ. c. de Epiſcop. & Cleri. l. 1.

B Ad XLIII art. qui loquitur de viduis trahentibus debitores ſuos ad Curiam ſæcularem, dixit dictus Epiſc. quod Prælati non intendebant dictum articulum, prout jacet, cum irrationabile eſſet ſuſtinere, niſi de conſuetudine ſpeciali, aut privilegio fuiſſet aliquibus Eccleſiis jus aliud acquiſitum.

C Ad XLIV art. qui loquitur de appellationibus volagiis, dixit dictus Epiſc. ſicut in XIV art. ſuperius fuit dictum.

C Ad XLV art. qui loquitur de captis in flagranti delicto Clericis & laïcis, dixit quod ſi ſint laïci qui capiantur in tali delicto, tales appellationes, de quibus fit mentio in art. ſupradicto, non eſſent per Eccleſiam admittendæ, niſi aliquibus Eccleſiis de conſuetudine, vel de privilegio eſſet jus aliud acquiſitum. Sed ſi in delicto hujuſmodi Clericus caperetur per juſtitiam ſæcularem, quia de his ad nullum poteſt, præter ad Eccleſiam, captio pertinere, Officiales poſſunt, imò debent procedere contra juſtitiam memoratam, aliàs enim privilegium Eccleſiaſticum perderetur, nec poſſunt etiam tales captiones fieri abſque ſententia excommunicationis à canone, propter hoc incurrenda.

B Ad XLVI art. qui loquitur de impoſitionibus quas Officiales faciunt laïcis ſuper uſuris, & de arreſtis corporum, dixit præfatus Epiſcopus, quod ſi talia fierent, prout in dicto articulo proponuntur, malè fieret, & Prælatis quàm plurimùm diſpliceret. Et ſi eſſet qui vellet eos in ſpeciali ſuper his informare, ipſi erant parati quæ malè acta eſſent facere corrigi, quantum ad eos pertineret. Sed ubi laïcus eſſet ſuper uſura publicè diffamatus, Officialis poteſt, & debet ad inquiſitionem contra talem diffamatum procedere. Et ſi requiſitus coram dicto Officiali contumaciter neglexerit ad oppoſita reſpondere, poteſt Officialis, donec ſufficienter reſponderit, ad arreſtum corporis procedere contra ipſum. Sed poſt reſponſionem factam debere fieri recredentiam corporis, niſi alia cauſa ſubſit rationabilis quare deberet ulterius detineri.

A Ad XLVII art. qui loquitur de captionibus Clericorum in terris
18 Baronum, dixit dictus Epiſc. quod * de jure divino, & humano, licitum eſt Prælatis, & eorum Judicibus, capere Clericos ſuos ubicumque, quia ſecundùm quòd ſuperius fuit dictum, non eſt dare locum, ubi non ſit juriſdictio ſpiritualis ſicut juriſdictio temporalis, unde talis captio Clericorum quæ eſt ſpiritualis, & de foro Eccleſiaſtico, poteſt & debet fieri per Judicem Eccleſiaſticum, & non

per alium quemcumque. Et niſi ita fieret, quod Clerici poſſent capi per Judices Eccleſiaſticos ubicumque, maleficia Clericorum remanerent impunita, cum per laïcos non poſſint capi abſque ſententia excommunicationis à canone, propter hoc incurrenda.

Ad XLVIII art. qui loquitur de laïcis capientibus Clericos qui excommunicantur, dixit * quod nulli Domino vel judici ſæculari licitum eſt in quocumque caſu Clericos capere. Quare ſi tales capientes Clericos declarentur per Judices Eccleſiaſticos ſententiam canonis incurriſſe, nulla fit injuria. Et contra illos ſpecialiter dicebat dictus Epiſc. eſſe gravius prodendum, qui Clericos, & Preſbyteros capiunt indifferenter malitiosè, ac in Dei & Eccleſiæ contumeliam & contemptum. A 19

Ad XLIX art. qui loquitur de tonſuris quæ dantur per Prælatos indignis perſonis, dixit quod ſi ita fieret, ſicut in articulo continetur, non eſſet utique ſuſtinendum, nec aliquis Prælatus vellet facere ea quæ proponuntur ibidem. Tamen in * quacumque ætate poteſt Prælatus perſonis litteratis, omni fraude & alio impedimento canonico ceſſantibus, tonſuras conferre. Sed illi qui hunc articulum fecerunt, deberent Prælatum qui talia fecit nominatim exprimere, & ipſe de facto proprio reſponderet eiſdem. Et ſi qui forſan hoc feciſſent (quod abſit) non deberet omnibus Prælatis imponi. B 20

Ad L art. qui loquitur de pœnis pecuniariis * quæ exiguntur ab excommunicatis, dixit quòd cùm ſententia excommunicationis feratur propter peccatum mortale, oportet quòd excommunicato, ſi petat abſolvi, injungatur pœna & pœnitentia pro peccato, quia non remittitur peccatum, niſi Deo & Eccleſiæ fiat condigna ſatisfactio, unde antequam mereatur abſolvi, talis excommunicatus debet ſatisfacere, pœnâ aut pecuniariâ aut etiam corporali. Et ſic in foro pœnitentiæ obſervatur ſpecialiter, quia in quibuſdam locis ſunt emendæ taxatæ, & in aliis arbitrariæ. C 21

Ad LI art. qui loquitur de hæreditagiis contentioſis poſitis ad manum laïcorum propter debitum partium, dixit quòd ſi duo ad invicem contendentes eſſent laïci, & fieret ſine fraude, & non pro impediendo Juriſdictionem Eccleſiaſticam, Prælati non proſequerentur articulum ſupradictum, niſi de conſuetudine vel privilegio aliquæ Eccleſiæ hoc haberent. Et ubi eſſent ambo Clerici, aut alter eorum, ſuperius eſt reſponſum. B

Ad LII art. qui loquitur de injuriis & gravaminibus illatis gentibus regiis per Officiales Epiſcoporum, dixit dictus Epiſcopus quòd Prælati ullo modo permitterent quòd per Officiales ſuos gentibus regis damnum laboribus, vel expenſarum, aut aliud incommodum inferretur. Nec eſt veriſimile quòd ſint vera quæ in dicto articulo proponuntur, quia ſemper Prælati habent in ſuis agibilibus ad regios C

Officiarios recurſum : tamen ſi quis vellet in ſpeciali aliquid ſuper iis declarare, Prælati parati erant que male acta eſſent facere corrigi & puniri, & paſſis injuriam debitè emendari.

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Ad LIII art. qui loquitur de hæreditagiis Clericorum poſitis propter debitum ad manum Judicis ſæcularis, dixit quòd ſi hæreditagia Clericorum ſine cauſa rationabili, aut maliriosè, aut pro impediendo Juriſdictionem Eccleſiaſticam, ponuntur ad manum Juſtitiæ ſecularis, ſpecialiter quando fit per violentiam, & de facto & ſine cauſæ cognitione, aut aliàs in caſu perſonalitatis, nulla fit injuria Dominis temporalibus ſi Eccleſia ſe ſuper iis intromittat. Nam aliàs laïci omnem Clericorum Juriſdictionem haberent, quia ubi non poſſent Clericos compellere, ipſi procederent ad captionem bonorum, & ſic quantum ad hoc, privilegium Eccleſiaſticum deperiret.

C

C 22 Ad LIV art. qui loquitur de neganda ſepultura uſurariis, dixit quod de jure, * uſurario manifeſto debet denegari Eccleſiaſtica ſepultura, quare nullam faciunt injuriam Officiales Prælatorum talibus ſepulturam denegando, maximè donec fuerit reſtitutum, vel cautio data ſufficiens de reſtituendo illud quod per tale peccatum per eos fuerat acquiſitum. Sed ſi pro exactione habenda dumtaxat falsò imponerent alicui tale crimen, & propter hoc interdicerent ei Eccleſiaſticam ſepulturam, Prælati nullo modo iſta fieri permitterent, ſi ad eorum notitiam pervenirent, nec eſt inconveniens ubi aliquis decedit uſurarius manifeſtus, ſi Eccleſiæ teneatur ſatisfacere ratione peccati manifeſtè commiſſi.

C Ad LV art. qui loquitur de reconciliatione cœmiteriorum, dixit dictus Epiſcopus, quod Prælati ad reconciliationem cœmiteriorum faciendam, cum expenſis proprüs, non tenentur; & ultra hoc poſſunt emendam exigere ratione violentiæ in cœmiterio commiſſæ, quare ſi decem libras exigunt, vel ultra quantum aſcendunt eorum expenſæ, non debet pro injuria reputari. Sed ubi ille qui violentiam commiſit, habet unde poſſit ſatisfacere de prædictis, non ſolùm ad emendam, ſed ad expenſarum reſtitutionem, & ſatisfactionem tenetur.

B Ad LVI art. qui loquitur de privilegiatis, quòd poſſint eligere Judices, & abuſus eorum, dixit quòd ſi tales quibus talia privilegia ſunt indulta eiſdem privilegiis, ſicut proponitur in dicto articulo abuterentur, Prælati nollent eos in aliquo ſuſtinere, imo eis tales abuſus immerito diſplicerent.

C Ad LVII art. qui loquitur quando laïcus citat Clericum ſuper cauſa hæreditatis coram Judice ſæculari, dixit quòd ſi ſuper actione perſonali, vel mixta, aut ſuper interdicto quod in parte perſonali exiſtit, Clericus fuerit coram Judice ſæculari vocatus, coram eo reſpondere non tenetur : ubi autem actio eſſet merè realis, de jure deberet

deberet ſuper hoc cujuſlibet conſuetudo Eccleſiæ ſervari, & ubi conſuetudo non eſſet, deberet jus ſcriptum in talibus teneri.

Ad LVIII art. qui loquitur de conjugatis Clericis mercatoribus, dixit quod niſi talis actio, ſeu petitio, veniat ex maleficio, vel delicto, Prælati nollent in talium cognitione laïcum turbare, niſi aliquibus Eccleſiis ex conſuetudine, privilegio, ſeu compoſitione jus aliud fuerit in contrarium acquiſitum. C

Ad LIX art. qui loquitur de interdicto apponendo in terra domini Regis, dixit dictus Epiſcopus quòd privilegia domini Regis vellent omnes Prælati integraliter ſervare, nec vellent aliquid facere contra ea, ſupplicantes eidem domino Regi, quòd placeret ei dictis Prælatis dum erant ad invicem, dicta privilegia exhibere, ita quòd ſuper eis poſſent certitudinaliter reſpondere. C

Ad LX art. qui loquitur de Baillivis, & præpoſitis Prælatorum qui ſunt Clerici, dixit quòd hoc licitum eſt Prælatis, tam de ratione quàm de jure, & cedit ad utilitatem Juſtitiæ, quia * jura melius ſciunt & poſſunt Juſtitiam tenere quàm laïci, qui litteras non noverunt. Hoc etiam ſæpe eis ex neceſſitate incumbit, quia non inveniunt ſæculares ad hoc ſufficientes qui velint eorum officia aſſumere, aliquoties propter timorem Dominorum temporalium, & aliquoties propter alias cauſas. C 23

Ad LXI art. qui loquitur de monitionibus quæ fiunt contra participantes cum excommunicatis in operibus faciendis, dixit dictus Epiſc. quòd hoc poſſunt, & debent fieri de jure, cum * participare cum excommunicato ſcienter ſit peccatum mortale, maximè poſt monitionem ſuper hoc ſibi factam, & hic eſt unus modus participationis operari, vel negotiari cum excommunicato. C 24

Ad LXII art. qui loquitur de illis qui citantur propter participationem, dixit quòd ſi talis citatio ad inſtantiam partis fuerit impetrata, & pars illa non poſſit contra tales citatos participationem probare, impetrator tenetur ad reſtitutionem expenſarum hujuſmodi citatorum. Præterea nunquam talis citatio conceditur, niſi talis citatus primò in generali, & ſecundò in ſpeciali fuerit monitus competenter: nè cum tali excommunicato ſcienter participare audeat: & cum hoc Officiales nunquam contra tantam perſonarum multitudinem tales citationes concedunt, niſi videant ex hoc grande periculum animarum, aut ſcandalum maximum exoriri; & ubi contra aliquos reperitur quòd ſpretâ monitione eis factâ ſuper hoc, & contra mandatum Eccleſiæ cum tali excommunicato participare præſumpſerunt, bene tenentur de jure ad ſatisfactionem Deo, & Eccleſiæ, quos propter ſuam contumaciam offenderunt, aut in pœna pecuniaria, aut in pœnitentia corporali. C

Ad LXIII art. qui loquitur de Officialibus qui faciunt jurare Ad-

vocatos nè dent conſilium contra Curiam, dixit dictus Epiſcopus;
Actes de Vincennes. Ann. 1329. quòd ſi talia fierent ſicut in dicto articulo proponuntur, Prælatis non immeritò diſpliceret: cùm debeant Officiales conſilium præſtare cuicumque in Curia litiganti, nec credunt quòd aliquis Judex ſpiritualis faceret hoc quod continet articulus ſupradictus, niſi eſſet de familiari, aut penſionario proprio, vel de alio qui teneretur eidem Judici ratione fidelitatis, aut juramenti præſtare conſueti pro aliquo honore, aut aliâ juſtâ cauſâ, adhuc tamen ubi litigans conſilium non haberet, deberet ei Curia providere.

C Ad LXIV & LXV art. qui loquuntur de executoribus, & inventariis bonorum teſtatorum, & inteſtatorum, dixit quòd, tam de jure ſcripto
25 quàm de conſuetudine * ſpeciali, Prælati ſunt executores legitimi teſtamentorum. Unde ſi executio venerit ad Prælatum, nulli facit injuriam bona inter hæredes diſtribuendo, & de eis inventaria faciendo. Et hoc idem dixit de bonis inteſtat. maximè in locis, ubi ſic de conſuetudine extitit obſervatum à tanto tempore quòd in contrarium memoria non exiſtit.

C Ad LXVI art. qui loquitur de approbationibus teſtamentorum, dixit dictus Epiſcop. quòd quando in præſentia alicujus Notarii Curiæ Archidiaconi, vel alterius minoris Judice ordinario civitatis aliquod conditur teſtamentum, quia multoties tales Notarii non ſunt magnæ autoritatis, vel ſi per aliquem Notarium Curiæ ſæcularis recipiatur hujuſmodi teſtamentum, habet conſuetudo ſpecialis plurium Eccleſiarum Regni Franciæ, & hoc etiam jura dicunt, quòd donec talia teſtamenta coram Judice principali, & ordinario, illius Diœceſis fuerint approbata, vel publicata, non adhibetur eis, nec debet fides aliqualiter adhiberi. Et ſi aliàs fieret fides, hoc eſſet in maximum populi detrimentum, quia poſſent in talibus multæ falſitates committi.

QUibus reſponſionibus ſic factis, per ſupradictum Epiſcopum fuit & petitum ex parte domini Regis quòd dictæ reſponſiones, prout dictæ fuerant, & propoſitæ, verbo tenus redigerentur, & traderentur in ſcriptis. Super quibus petitis, Prælati deliberationem invicem habuerunt diligentem, & tandem deliberaverunt inter ſe tradere loco reſponſionum prædictarum domino Regi ſchedulam infra ſcriptam in Gallico, licèt ſit in latinum tranſlata. Cujus ſchedulæ tenor ſequitur in hæc verba.

Schedula quæ tradita fuit in ſcriptis per Prælatos. ACTES DE VINCENNES.

1 SUpplicant Regiæ Majeſtati Prælati præſentes Pariſius ſe aliquo judicio minimè ſubmittendo, quòd placeat ei jura, libertates, privilegia canonica, conſuetudines, & ſaiſinas quæ & quas Eccleſiæ Gallicanæ habent, & habuerunt temporibus retroactis, eis defendere & ſervare, ſpecialiter ſuper cognitione actionum realium perſonalium, & mixtarum, necnon interdictorum, maximè inter laïcos. Ann. 1329.

2 Item, ſuper cognitione Clericorum, quando per laïcos aliqua fit eis petitio, aut quando Clerici ſuper violentia in bonis eorum illata per laïcos conqueruntur.

3 Item, ſuper cognitione contractuum initorum coram Judice ſæculari.

4 Item, quòd non impediantur, quin eorum Notarii contractus recipere valeant in quacumque parte ſuarum Diœceſum.

5 Item, quòd non impediantur ſuper inventariis faciendis de bonis defunctorum, quorum de jure, conſuetudine, vel compoſitione executores exiſtunt.

6 Item, quòd non impediantur ſuper cognitione hypotecariarum, quæ habent de conſuetudine vel de jure.

7 Item, quòd non impediantur ſuper cognitione viduarum nec pupillorum, nec ſuper bonis inteſtatorum, quantum ad eos pertinet de conſuetudine, vel de jure.

8 Item, quòd non impediantur quando in quacumque parte ſuæ Diœceſis, poſſint ſuos Officiales habere & eorum Clericos capere, & ab ipſis Clericis, necnon à laïcis emendas pecuniarias exigere debitas de conſuetudine vel de jure.

9 Item, quòd non impediantur ſuper cognitione rerum ſuratarum à perſonis Eccleſiaſticis.

10 Item, quòd tam ſuper captione quàm cognitione Clericorum non conjugatorum, & conjugatorum, eorum jura, & conſuetudines conſerventur & confirmentur eiſdem, quia vobis manifeſtè oſtenderunt quòd hæc debent fieri de jure divino & humano. (a)

11 Item, ſignificant Regiæ Majeſtati, quòd ſuper abuſibus quos aliqui conquerentes imponunt Officialibus & gentibus ſuis, dicendo quòd ipſi abutuntur imponendo laïcis crimina, ut redimant eos, & etiam emendas ac expenſas ab innocentibus exigendo, proferendoque ſententias excommunicationis pro una ſola citatione non peremptoria præcedente, ac ſuper eo quod propoſitum fuit contra ipſos Prælatos, quòd ipſi tonſuras indignis conferebant. Et quòd dicti

(a) *Hic explicit MS. codex brevioris.*

rum Officiales imponunt malitiosè laïcis pro extorsione pecuniarum
ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329. inde ab eis exigendarum, quòd ipsi sunt circa fidem suspecti, quòdque Clericos super maleficiis accusatos, etiam eis redditos, per justitiam sæcularem demittunt impunitos.

12 Item, quòd labores & expensas multis irrationabiliter inferunt prætextu participationum cum excommunicatis.

13 Item, quòd laïcis malitiosè usuras imponunt, ut redimant eos, & conjugatis, tam viris quàm mulieribus, quòd adulteria commiserunt.

14 Item, super abusibus quos dicuntur facere Procuratores eorum, ac super abusibus quos Religiosi faciunt in multis citationibus.

15 Item, super injuriis & gravaminibus quæ dicuntur Gentibus & Officiariis Regiis per eorum Officiales inferri. Item, super abusibus quos aliqui, ut dicitur, faciunt ratione privilegiorum & indultorum.

16 Item, super eo quod dicitur, quòd litigantes in Curia Ecclesiastica contra officium non inveniunt Advocatos: necnon super omnibus aliis in quibus eorum Officiales vel gentes invenirentur abusi fuisse, vel abuti, tam in prædictis quàm aliis, quæ si scirent non permitterent ullo modo, ipsi sunt parati corrigere, & facere corrigi, & emendari & pro futuris temporibus, tam per statuta provincialia & synodalia quàm per alia quæ poterunt bona remedia salubriter providere.

17 Super aliis verò articulis supplicant dicti Prælati quatenus jura Ecclesiæ, sive sint de jure, aut per privilegium, seu per compositionem, vel consuetudinem acquisita, placeat Domino Regi servare, defendere, ac etiam confirmare. Ubi autem in dictis articulis aliquid (esset) contra jus, privilegium, consuetudinem, vel compositionem, ipsi Prælati nollent ea aliqualiter sustinere.

18 Supplicantes eidem Domino Regi, ut pro Dei honore in statu in quo boni prædecessores sui tenuerunt Ecclesiam, ipse etiam teneat & defendat, nec ei faciat aliquam novitatem. Et placeat ei proclamationes, & inhibitiones factas, quòd nullus laïcus trahat alterum laïcum coram Judice Ecclesiastico revocare, quia hoc esset omnia jura Ecclesiarum tollere.

19 Et licèt in aliquibus locis, pro coloranda eorum malitia in talibus proclamationibus, seu inhibitionibus, verba quæ sequuntur apponant; videlicet quòd laïcus non trahat alterum laïcum coram Ecclesia super casibus pertinentibus ad Judices temporales, hoc est, propter jura Ecclesiæ usurpanda, quia multa pertinent ad forum laïcorum, quæ nihilominus pertinent ad forum Ecclesiasticum. Et sic jus & consuetudo tollerentur, per quæ in electione laïci est, quod possit alios laïcos in foro Ecclesiæ convenire.

20 Item, quia tales proclamationes, seu inhibitiones factæ, licèt

etiam eſſent benè generales, dant occaſionem Juriſdictionem Eccleſiaſticam omnimodè perturbandi, unde Reges Franciæ, quondam ſemper prohibuerunt tales proclamationes ſeu inhibitiones fieri, & factas faciebant penitus revocari, & ad nihilum reduci. ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

POſt hæc, die Veneris ſubſequenti, apud Vincennas venerunt Prælati coram Domino Rege ad audiendum reſponſionem ſuam, ubi dictus Dominus Petrus de Cugneriis propoſuit pro Domino Rege, ſic dicendo: Pax vobis, nolite timere, ego ſum. Et proſecutus eſt qualiter Prælati non eſſent turbati de aliquibus quæ dicta eſſent eis, quia Dominus Rex erat intentionis jura ſua ſervare Eccleſiis & Prælatis quæ habebant tam de jure quàm de conſuetudine bona & rationabili, & interſeruit inter primam & ultimam concluſionem, & probare voluit quòd cauſarum civilium non poterat ad Eccleſiam cognitio pertinere, quia talia erant temporalia, & temporalia debent pertinere ad temporales, & ſpiritualia ad ſpirituales. Et ultra rationes quas aliàs propoſuerat allegavit. 96. diſt. cum ad verum: allegavit etiam quòd propter hoc Clericis radebantur capita in ſignum ut temporalia abdicarentur ab eis. Et allegavit ad hoc. 12. qu. 2. duo ſunt genera. IV SESSIO.

Item, dicebat quòd de jure habebant Prælati cognitionem in certis caſibus in jure expreſſis. Unde iſti caſus faciebant regulam contra eos. Ad hoc allegavit de regulis juris. *Cap. 1. ff. de lega. 1. lib. Titiæ textores.*

Item, dicebat quòd ratione peccati non poterat ad Eccleſiam pertinere, quia decretalis Novit. loquebatur in facto Regis Franciæ qui ſuperiorem non habet, ſed in aliis dicebat ſecus. Tamen iſtis allegatis dixit & concluſit quòd Dominus Rex paratus erat audire informationem illorum qui vellent eum ſuper aliquibus conſuetudinibus informare, & illas conſuetudines de quibus eſſet informatus quæ eſſent bonæ, & rationabiles, faceret obſervari.

Quâ reſponſione auditâ, cùm non videretur ſufficere Prælatis, ſtatim dictus Epiſcopus Eduenſ. reſpondit pro Prælatis in modum qui ſequitur.

TRIPLICATIO EX PARTE PRÆLATORUM.

PRimò, commendans bonam reſponſionem generalem, dixit: Laudabitur Princeps populi in prudentia ſermonis ſui, Eccli. 9 cap. Et circa hoc commendavit quantum ad bonam & generalem reſponſionem Domini Regis propoſitum, & ſermonem prolatum.

Quantum verò ad alia quæ Dominus Petrus dixerat, quæ pariebant obſcuritatem, & poterant dare materiam aliis Dominis tem-

poralibus impediendi jura, & conſuetudines Eccleſiæ, & quia non erat clara reſponſio, ut videbatur Prælatis, dixit dictus Dominus Epiſcopus Eduenſis ſic:

ACTES DE VINCENNES. Ann. 1329.

Dixit mater ad filium, fili quid feciſti nobis ſic? Et proſecutus eſt admirativè, & curialiter conquerendo de reſponſione facta, & poſtea reſpondit ad ea quæ dixerat Dominus Petrus de Cugneriis.

Primò ad. id quod induxerat c. cum ad verum, dixit quòd ſuperiùs eſt reſponſum de diviſione iſta temporalium, quia poſſunt eſſe in eodem ſubjecto, ut ſuperiùs probatum eſt, nec obſtat quod dicebat idem Dominus Petrus quòd non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto, quia ea quæ ſunt diverſa, & ſunt ſub eodem genere, ut homo & aſinus, non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto, ſed ſi eſſent ſub diverſis generibus, ut albedo & dulcedo, in lacte bene poſſunt eſſe in eodem ſubjecto. Reſpondebatur quòd hoc dictum non erat verum, quia juſtitia & temperantia ſunt duæ diverſæ virtutes, & ſunt ſub eodem genere, & tamen ſunt in eodem ſubjecto. Præterea illæ diverſæ ſpecies, homo & aſinus non ſe compatiuntur aliquo modo, ſed aliæ de quibus agitur ſic.

Item, ad id quod dicebatur de abraſione capitis, quòd ubi ſunt corona & raſura, corona deſignat excellentiam & dominium, raſura ſignificat quòd non debent theſauriſare in temporalibus, ibi cor applicando, ſed temporalia debent eis ſubjici, non ipſi temporalibus. ut in d. c. duo ſunt, innuitur & probatur.

Item, ad illud quod dicebat de regula, reſpondebat dictus Epiſc. quòd regula eſt pro Eccleſia, ut ſupra per jura probatum eſt.

Item, conſuetudo facit regulam pro Eccleſia.

Item, jura ſemper excipiunt in quocumque dicto conſuetudinem, quare non obſtabat dictum ſuum.

Item, ad id quod dicebat de decretali Novit. reſpondebat dictus Epiſcopus, quòd licèt in dicta decretali, caſus fuerit in perſona Regis, tamen ibi expreſsè dicitur in textu, idem de quolibet Chriſtiano. Et licèt loquatur in Papa, idem eſt in aliis Epiſcopis in ſuis Diœceſis. 63. di. Valentianus. Quare concluſit dictus Epiſcopus quòd placeret Domino Regi magis claram & magis conſolativam reſponſionem facere Prælatis, nè ab ipſius præſentia recederent contriſtati, & nè daretur laïcis materia, jura & conſuetudines Eccleſiæ impugnare, quia de ipſius Domini Regis bona conſcientia nullatenus dubitabant. Et tunc fuit hic reſponſum ex parte Domini Regis, quòd non erat intentionis ſuæ conſuetudines Eccleſiæ de quibus ſibi conſtaret impugnare. Sic receſſerunt illâ die Prælati ab eo.

V SESSIO.

POſtmodum, die Dominicâ ſeqnenti, iterato venerunt Prælati ad Dominum Regem apud Vincennas, & propoſuit Dominus Senonen.

Ultima ſupplicatio facta per Prælatos, & ultima Reſponſio Domini Regis.

QUòd cùm Dominus Bituricen. ſignificaſſet Prælatis Dominum Regem dixiſſe quòd non timerent Prælati, quia ſuo tempore nihil perderent, & quòd defenderet eos in eorum juribus, & conſuetudinibus, quia nolebat tempore ſuo exemplum dare aliis Eccleſiam impugnandi. Quæ verba idem Dominus Rex aſſeruit ibi ſe dixiſſe; de quibus verbis dictus Dominus Senonenſ. nomine Prælatorum regratiatus eſt dicto Domino Regi. Secundò, dixit etiam idem Dominus Senonenſ. quòd quædam præconiſationes erant factæ in prejudicium Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, quas ſupplicabant revocari. Tunc Dominus Rex reſpondit de ore ſuo, quòd non erant factæ de ipſius mandato, nec aliquid ſciebat, nec eas reatas habebat. Tertiò, dixit quòd de aliquibus abuſibus de quibus temporales Domini erant conqueſti, ordinaverant Prælati taliter quòd Dominus Rex & omnes alii deberent eſſe contenti. Quartò, ſupplicavit ſibi quòd vellet eos conſolari de benigna ſua reſponſione clariori. Tunc reſpondit dictus Dominus Petrus pro Domino Rege, quòd placebat Regi, ſi Prælati emendarent ea quæ eſſent emendanda, & corrigenda, & quòd Dominus Rex expectaret hoc uſque ad Feſtum Nativitatis Domini proximò venturum, infra quod termini nihil de novo faceret. Et ſi infra dictum terminum Prælati non emendaſſent emendanda, vel corrigiſſent corrigenda, Dominus Rex apponeret tale remedium quod eſſet gratum Deo & populo. Et ſic Prælati receperunt licentiam à Domino Rege.

DISSERTATION
SUR LE SONGE
DU VERGIER (**).

DISSERTATION SUR LE SONGE DU VERGIER.

VOus me demandez, Monſieur, ce que je penſe ſur l'Auteur du *Songe du Vergier*. C'eſt une Enigme ſi fort au-deſſus de ma portée, que j'avois réſolu de vous dire, pour toute reponſe : je ne ſuis pas Œdipe, & je n'ai point chez moi le Sphinx, comme le

Plut. in apoph. Rom.

** Il ſeroit bien difficile après cette Diſſertation, de rien propoſer ſur la même matiere, qui pût fixer les eſprits ſur le véritable Auteur du Songe du Vergier. On en ſera toujours vraiſemblablement aux conjectures, & dans ce cas, tout ce qu'on peut faire de mieux, c'eſt d'en fournir ſur leſquelles un Lecteur puiſſe ſe livrer avec moins d'incertitude : ce n'eſt auſſi que dans ce ſens que nous donnons ici les obſervations de M. l'Abbé de Targny, interées par M. Heriſſant dans la reponſe dont il nous favoriſa, & rappellée dans notre Preface. Nous n'y ajouterons rien, ou que peu de choſe. Voici d'abord la lettre que nous eumes l'honneur d'écrire de Lyon, le 30 Juillet 1768, à cet eſtimable Juriſconſulte ; elle donnera au Public quelqu'idée avantageuſe de nos ſoins pour ſon ſervice.

MONSIEUR,

„ JE viens me recommander à votre „ zele pour le bien public. L'illuſtre „ Editeur de la Bibliotheque hiſtorique „ du P. le Long, nous a fait part des „ ſecours que vous lui aviez prêtes dans „ ſes immenſes recherches, ça été de „ ſa part une juſtice, qui, ſans lui rien „ faire perdre de notre admiration pour „ ſes talents, ne fait qu'augmenter notre „ eſtime pour les qualités de ſon cœur. „ Il nous apprend dans ſon 1er. volume „ pag. 471, n°. 6997, pag. 476, n°. „ 7055 d'une part, que *M. Prevot, fameux Avocat, mort en 1753, a laiſſé à la Bibliotheque de l'ordre des Avocats de Paris, des obſervations manuſcrites ſur cette nouvelle édition* „ (des Libertés de l'Egliſe Gallicane „ 1731,) *avec les titres d'un grand nombre de pieces qui y manquent. Les remarques critiques ſont fort courtes & roulent ſur les notes de M. Brunet.*

„ En ſecond lieu, qu'il y a, dans la „ Bibliotheque du Roi, un exemplaire „ du Songe du Vergier, avec des notes „ de M. l'Abbé de Targny.

„ Tout occupé de l'impreſſion d'un „ ouvrage conſidérable ſur les Libertés „ de l'Egliſe Gallicane, je n'ai que le „ déſir de le rendre toujours plus utile „ au Public. J'ignorois ces deux cir„ conſtances & je profite de la déco„ verte : vous voyez à quelle fin ! Je „ m'adreſſe donc à vous, Monſieur, & „ vous voudrez bien m'en excuſer ; „ premiérement pour ſavoir s'il eſt poſ„ ſible d'avoir ces notes de Mrs. Prevot

diſoit

diſoit Ciceron, en raillant l'Avocat Hortenſius. Neanmoins j'ai cru qu'il étoit plus à propos de vous faire connoître quelles ſont mes raiſons de douter, ou plutôt de ne pas croire que l'ouvrage ſoit de Philippe de Maizieres, comme on le penſe le plus communément.

„ & Targny, par quelle voie, par „ quels moyens! Le motif d'une pa„ reille grace me ſemble la rendre en „ quelque ſorte néceſſaire, & j'aime à „ croire que Mrs. les Avocats vos Con„ freres, ſe feront un plaiſir de me „ laiſſer prendre une copie des notes „ de M. Prevot, pour en faire un „ uſage qu'on devroit peut-être preve„ nir; car je ne penſe pas que de long„ temps on ait la même occaſion que je „ fourmis, pour les employer à l'avantage „ du Public & du Barreau..... A „ ces conſidérations votre zele ſe rani„ mera & vous coopererez à mes efforts „ qui en ſeront bien plus heureux. Si „ donc, Monſieur, ſans avoir l'honneur „ de vous connoître, j'oſois vous prier „ de voir M. le Bâtonnier de votre ordre, „ & le Bibliothécaire du Roi pour ces „ deux objets, ces demarches géné„ reuſes m'aſſureroient du ſuccès, & „ le Public vous en remercieroit bien „ plus dignement que je ne ſaurois le „ faire. Je laiſſe le tout à votre ſageſſe, „ éclairée par les plus vaſtes connoiſ„ ſances, eſt j'ai l'honneur d'être avec „ une parfaite eſtime,

MONSIEUR, &c.

Lyon, le 30 Juillet 1768.

RÉPONSE.

MONSIEUR,

„ Quoique je n'aye pas eu l'honneur „ de repondre plutôt à votre lettre du „ 30 Juillet dernier, ne doutez pas, je „ vous prie, de mon empreſſement à „ ſeconder, autant qu'il eſt en moi, „ votre zele & votre entrepriſe. L'union „ qui doit regner entre les Citoyens de „ la République des Lettres, les en„ gage à s'aider mutuellement, ſouvent „ même ſans ſe connoître. Mais vous „ n'étiez pas, Monſieur, dans le cas „ d'être ſervi comme inconnu; les pei„ nes que j'ai pu prendre dans cette „ occaſion, ſont, de ma part, un foible „ remerciment pour les avantages que „ j'ai déjà retirés de votre Dictionnaire „ Canonique.

„ Dès le moment où j'ai reçu votre „ lettre, je me ſuis adreſſé à M. Cap„ peronnier, Garde de la Bibliotheque „ du Roi, & à M. Drouet qui eſt à la „ tête de celle des Avocats. Ces deux „ Savants, dont j'ai l'avantage d'être „ connu, m'ont communiqué ce que „ je demandois avec cette politeſſe „ généreuſe qui les diſtingue l'un & „ l'autre. Vous trouverez ci-joint une „ copie que j'ai fait faire ſur le champ, „ des notes de M. Prevot, au ſujet de „ la nouvelle édition des Libertés en „ 1731; cette tranſcription ſeule à re„ tardé ma reponſe. M. Drouet m'a „ fait voir auſſi, parmi les manuſcrits „ de M. Prevot, deux morceaux que „ je n'ai point fait copier, mais dont „ j'ai l'honneur de vous donner avis. „ Ce ſont 1°. pluſieurs pieces extrai„ tes des regiſtres des Parlements, „ dont le but eſt de montrer que l'au„ torité de ces Cours ſupérieures a „ toujours concouru dans les affaires de „ police eccleſiaſtique, principalement „ dans ce qui regarde la reformation „ des Monaſteres. 2°. Une comparai„ ſon de l'édition des preuves des Li„ bertés de 1639, reimprimée à Rouen „ en 1651, avec celle qui fut faite à „ Paris dans la même année 1651 avec „ privilege. (Voyez notre Preface.) „ Quant aux notes de M. l'Abbé de „ Targny, la moiſſon ne ſera pas auſſi „ abondante que vous pouvez l'eſpérer. „ C'eſt d'après le Catalogue de la Bi„ bliotheque du Roi, art. Juriſprudence, „ qu'on en a parlé dans la nouvelle „ édition du P. le Long. Dans l'examen „ que j'ai fait de ce livre, je n'ai trouvé

DISSERTATION SUR LE SONGE DU VERGIER.

D'abord, pour vous mettre exactement au fait de tout ce qui a été dit touchant l'Auteur de cet ouvrage, j'ai en main un fragment d'une Lettre de feu M. de la Monnoye ; du moins cet Ecrit reſſent ſon ſtyle & ſon érudition. Vous me premettrez de l'inférer ici tout entier.

„ aucune note ſur le texte même du „ Songe du Vergier. Mais les feuillets „ volants que l'on met ordinairement „ au commencement & à la fin des „ livres, ſont dans celui-ci chargés de „ remarques curieuſes ſur l'Auteur de „ ce Songe fameux. Cette queſtion, „ comme vous ſavez, Monſieur, n'eſt „ pas encore bien decidée. M. Brunet (Auteur de cette diſſertation “) donne cet ouvrage à J. de Vertu, Sécretaire de Philippe le Bel, M. Lancelot à Raoul de Preſles, d'autres „ à Philippe de Maizieres, quelques „ uns à Charles de Louviers ; M. l'Abbé Ladvocat, ſans y penſer, l'a attribué à ces trois derniers dans differens articles de ſon Dictionnaire ; je „ ne ſai ſi les remarques de l'exemplaire dont je parle, ne termineront „ pas ce procès Bibliographique en faveur de Charles de Louviers.

„ Voici du moins ce qu'on lit à ce ſujet „ ſur une des pages blanches de la fin „ de cet exemplaire.

„ *In Autographo exemplari quod „ quondam fuit in Bibliothecâ Senonenſis Eccleſiæ, ſub finem ita ſcriptum erat.*

„ *Anno Domini* MCCCLXXVI, „ *die decimâ ſextâ menſis Maii, quâ „ etiam die illuſtriſſimus Princeps Rex „ Franciæ, duobus annis revolutis, interagentes in rebus domûs ſuæ, & „ in Conſiliarium me quamvis indignum motu proprio duxit eligendum.*

CAROLUS DE LOUVIERS.

„ Cette note latine eſt écrite de la „ main de Jacques Taveau, Avocat de „ Sens, mort en 1624. L'exemplaire „ de l'Abbé de Targny lui avoit appartenu ; M. de Targny frappé de la „ lecture de cette note, a écrit au-deſſous: „ ce témoignage eſt très-important ; „ outre qu'il ne laiſſe plus de doute ſur „ le véritable Auteur d'un ouvrage auſſi „ conſidérable, il peut encore ſervir à „ déterminer en quelle langue il a été „ premiérement écrit.

„ On trouve enſuite une citation de „ Gabriel Naudé, qui, dans ſon addition à l'hiſtoire de Louis XI, attribue „ auſſi le Songe du Vergier à Charles „ de Louviers ; une autre de Melchior „ Goldaſt, qui dit que l'Auteur eſt „ Philippe de Maizieres, enfin une „ troiſiéme de Duverdier, qui déclare „ de bonne-foi qu'il ne connoît pas „ l'Auteur de ce Songe, & qui ſe borne à en citer trois éditions. En parlant de la ſeconde, qui eſt celle de „ Galliot Dupré en 1516, il dit que „ le Songe du Vergier a été tranſlaté „ de François en Latin ; ce qui montre, „ ajoute l'Abbé de Targny, en ſe contredisant un peu, que l'original de „ ce traité eſt François. On lit enſuite, „ toujours de l'écriture de M. de Targny, que l'édition Françoiſe & originale de 1491 ſe trouve rarement. (Elle eſt imprimée dans le recueil des preuves, édition de 1731, & c'eſt ſur cet exemplaire qu'ont été étendus les Sommaires ſuivans en forme d'analyſe.)

„ La page ſuivante offre un nouveau „ témoignage en faveur de Charles de „ Louviers. C'eſt un paſſage de Jacques Leſchaſſier, Avocat célébre au „ Parlement de Paris, qui s'exprime „ ainſi, page 336 de ſes œuvres imprimées en 1649 in-4°. *& n'agueres „ on a touché au livre du Songe du Vergier, fait par Charles de Louviers, „ Conſeiller en la Cour, qui le dédia „ au Roi Charles V, ores que ce livre „ eut été imprimé en latin à Paris, par „ Arrêt du Parlement du 27 de Mai „ 1516.* „ (Mezerai, dans ſes Mémoires hiſtoriques & critiques, édition d'Amſterdam 1753, page 77, dit auſſi

FRAGMENT D'UNE LETTRE DE M. DE LA MONNOYE.

Le Songe du Vergier a toujours été fort eſtimé, comme on le peut voir par le grand nombre d'Auteurs qui l'ont cité avec éloge ; auſſi lui a-t-on donné le nom d'*Aureus de utraque poteſtate Libellus*, dans l'édition latine. Cependant aucun de ces Auteurs ne nous a pû

que *le Songe du Vergier fut fait par Charles de Louviers, Conſeiller en Parlement, qui le dédia à Charles VII pour Charles V.* Mais il eſt aiſé de reconnoître que ce qu'a dit Mezerai en cet endroit, touchant les Libertés de l'Egliſe Gallicane, n'eſt qu'un extrait des diſcours du même Leſchaſſier, & par conſéquent ſon opinion ſur l'Auteur du Songe du Vergier, peut être enviſagée comme une copie de ſon original.)

„ De cette remarque on paſſe à quel-
„ ques obſervations ſur la mépriſe de
„ Goldaſt, qui a publié le *Somnium*
„ *viridarii* ſous le nom de Philotheus
„ Achillinus. M. Lancelot à montré,
„ comme vous ſavez, que c'eſt un Poëte
„ Italien, dont Goldaſt a fait un Cano-
„ niſte. M. de Targny dit auſſi : il y a
„ bien de l'apparence que ce n'eſt là
„ qu'un nom ſuppoſé, à moins qu'on
„ ne veuille dire que cet Achillinus eſt
„ l'Auteur de la traduction latine du
„ Songe. Suit une petite diſcuſſion ſur
„ pluſieurs Auteurs Italiens, qui ont
„ porté le nom d'Achillini. „ (Mais voyez ce que dit ici M. Brunet de ce *Philotheus Achillinus.*)

„ Toutes les remarques que je viens
„ de tranſcrire, ſont celles qu'on lit à la
„ fin de l'exemplaire. Sur les feuillets
„ du commencement, on voit une
„ courte notice d'un manuſcrit de ce
„ Songe qui eſt à la Bibliotheque du
„ Roi. Cette copie fut faite pour le
„ Comte d'Angoulême en 1452, par
„ un Ecrivain de la Rochelle, qui n'a
„ manqué d'y joindre un aſſez long
„ *Proverbe* en vers, ou plutôt en lignes
„ rimées, telles qu'on en faiſoit dans
„ l'enfance de la Poéſie Françoiſe. Aprés
„ avoir raporté ce morceau tout entier,
„ M. de Targny renvoit au teſtamen-
„ de Jean de Melun, dit Clopinel, dans
„ lequel il eſt traité des mêmes matieres
„ que dans le Songe du Vergier.

„ Voilà, Monſieur, tout ce que j'ai
„ pu tirer de plus curieux de ces notes
„ de M. l'Abbé de Targny. Elles ne
„ ſont pas à négliger, comme vous
„ voyez ; mais ſi vous ne croyez pas
„ devoir faire uſage de cette lettre,
„ ſoyez du moins perſuadé de mon zele
„ à vous ſervir, & de l'empreſſement
„ que j'aurai toujours de vous renou-
„ veller les ſentiments ſinceres, avec
„ leſquels je ſuis, MONSIEUR, &c. . .

A Paris, le 13 Août 1768.

Du reſte M. Brunet nous apprend en ſa Diſſertation, que le Songe du Vergier fut compoſé vers l'an 1370, ou 1374, temps de la naiſſance du Schiſme qui s'éleva dans l'Egliſe entre Urbain VI & Clement VII, & qui, ſuivant Millet-tot, en ſon traité du délit commun, fut la cauſe de ce dialogue. Aparemment parce que, frappés alors des prétentions des Papes ſur les Couronnes des Rois, ou des fâcheux effets qu'elles avoient eu en divers Etats, on voulut en aſſurer l'indépendance contre les cenſures de celui des deux Papes dont on négligeroit l'obédience. Cependant il eſt beaucoup parlé dans cet ouvrage de l'exemption des perſonnes & des biens des Eccleſiaſtiques, de la Juriſdiction, des Privileges & même des Mœurs du Clergé en général ; ce qui me feroit plutôt penſer que cette diſcuſſion, faite quarante ans aprés les plaintes de Cugnieres, dont la fin du ſecond livre n'eſt, pour ainſi dire, que la copie, fut néceſſitée

DISSERTATION SUR LE SONGE DU VERGIER.

apprendre le nom de celui qui l'a compoſé. Papire Maſſon & du Verdier ont avoué qu'ils l'ignoroient. Le premier dans ſes Annales „ de France, dit: „ *Editus eſt, Carolo Rege, à neſcio quo Libellus „ de Regia & Pontificia poteſtate, cui titulus, Somnium Viridarii.* „ „ Le Vergier, dit le ſecond, eſt un ancien Auteur François, qui „ ne s'eſt voulu nommer, a écrit un Traité dedié au Roi de France „ Charles le Quint, & imprimé à Paris par Jacques Maillet en l'an „ 1491, & depuis a été tranſlaté de françois en latin, & imprimé à „ Paris *in folio* 1516, par Galiot du Pre, & encore réimprimé en „ françois par Jean Petit, *in folio* 1603.„ Il ſemble que du Verdier ait mis *le Vergier* pour un nom propre ſous lequel l'Auteur auroit voulu ſe déguiſer, faute que l'on attribue auſſi à l'Index *Expurgandorum* de l'an 1564 qui à la Lettre V met *Viridarii ſomnium de poteſtate Papæ.*

Avant de quitter ce paſſage de du Verdier, il eſt bon de remarquer une autre faute qu'a fait Bergoldenſis (*a*) dans ſa premiere

(*a*) C'eſt un nom ſuppoſé pour Philip. Andreas Ældemburger.

à peu près par les mêmes cauſes, & étendue aux principes ſur leſquels on fondoit la puiſſance du Pape, lequel entroit en ce temps là dans les affaires temporelles des Princes, & ſur un ton qu'on peut voir aux chap. 143 & ſuiv. du premier livre.

XI. Messieurs, vous avez en France ſous le nom du Roi la garde & la protection non-ſeulement de la liberté preſente, mais encore de l'ancienne, vraye, narutelle & canonique liberté de l'Egliſe, qui eſt le plus grand honneur qui puiſſe être en la main des Juges ſouverains, que de rendre à l'Egliſe la ſainteté de ſes anciens réglemens. Auſſi cela ſe peut-il plus aiſement faire par la voye inſenſible des atreſts, tamenans peu à peu l'ancienne diſcipline, que par ordonnances expreſſes des Rois, pout la réſiſtance & contradiction du ſujet. Cette protection des ſaints décrets anciens eſt deue par vous à l'honneur de l'Egliſe en général, elle eſt deue à la liberté de l'ordre de la Juſtice, en l'adminiſtration de laquelle ils ſont tous les jouts allegués devant vous, à ce qu'ils ſoient défendus contte ceux qui ne cognoiſſans ou ne voulans connoiſtre que les nouveaux, calomnient les anciens & les font ſonner mal aux oreilles des ignorans. Mais cette protection eſt encotes plus dûe à l'aſſeurance ſi néceſſaire en ce temps des Couronnes des Rois. Car comme il n'y a rien qui ſoit tant ami de leur ſeureté, que la pureté du droit Apoſtolique & Canonique premier; auſſi n'y a-t-il rien qui y ſoit ſi contraire, que la corruption & dépravation d'icelui, telle qu'elle ſe trouve aux droits qui lui ont depuis été ſubrogés. La contrarieté de ces codes, même en ce qui concerne la liberté ou ſervitude de l'Egliſe, ſeroit d'un trop long diſcours pour ce petit mémoire, qui vous eſt dedié, Messieurs, d'une ttès-humble & ſerviable affection, comme aux narutels & legitimes protecteurs du droit ancien; afin que tout ainſi que la vertu de vos predeceſſeurs a eſté admirée & honorée des Rois & Princes étrangers, vous auſſi ſoyez cheſs & ſerviez d'exemple à leurs Juges & Magiſtrats, en la conſervation & reſtabliſſement de l'ancienne libetté de l'Egliſe: vous reſſouvenant que ce qui a eſté dit autresfois de la république Romaine, ſe doit encote plus véritablement dite de l'Egliſe.

Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque.

Que

Que ſi la Juſtice ne releve & reſtablit ſa ſœur germaine la Pieté déchûe, il n'y a plus aucun ſecours humain de qui l'on puiſſe attendre ou eſperer la conſolidaſion de cette playe horrible, qui défigure & diffame l'honneur de la Chrétienté.

Discours de M. Leschassier. Ann. 1606.

PRIVILEGE DU ROI.

HENRY, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, Au Prevoſt de Paris & autres nos Bailliſs, Seneſchaux & Juges de ce Royaume, Salut. Notre cher & amé Jacques Leſchaſſier, Advocat en Parlement, nous a ſait voir un petit diſcours intitulé *De la liberté ancienne & Canonique de l'Egliſe Gallicane*, que nous avons AGRE'E' COMME UTILE A LA CHOSE PUBLIQUE DE NOTRE ROYAUME, nous requerant que lui permiſſions le faire imprimer par tel que bon lui ſembleroit, & pour le temps de ſix ans. A ces cauſes, inclinans à ſa requeſte, nous lui avons permis de le faire imprimer par tel qu'il voudra choiſir, pour le temps de ſix ans : défendans à tous autres de l'imprimer ou mettre en vente durant ledit temps, à peine de confiſcation des livres, & amende arbitraire. Si vous donnons en mandement de faire jouir icelui Leſchaſſier, ou le Marchand, ou Imprimeur auquel il donnera ſa permiſſion, de l'effet de ces preſentes. Car tel eſt notre plaiſir. Donné à Paris, le 22 jour de Février, l'an de grace 1606. Et de notre Regne le dix-ſeptiéme.

Par le Conſeil, DEPILEUR.

Contre ceux qui diſent que les Juges de ce Royaume doivent dire & compter quelles & combien ſont les Libertez de l'Egliſe Gallicane, & de quelle autorité elles ſont procédées.

CEUX qui ſont cette demande ne connoiſſent pas bien la nature des droits Civil & Eccléſiaſtique, quand ils eſtiment que l'on peut compter & nombrer ces droits en chacun pays.

Il faut commencer par le droit civil des Romains, qui eſt le plus vulgairement cogneu en la Chrétienté, & par l'exemple de celuy-là, deſcendre au droit Eccléſiaſtique.

On peut remarquer un certain nombre de titres au droit Civil de chaſcun pays, auſquels il ſe peut reduire, & ſous chaſcun

de ces titres il eſt facile auſſi d'obſerver des articles qui ont beſoin d'être reglez & décidez par un droit certain, en une façon ou en autre, ſans laquelle détermination les *affaires & fortunes des hommes ſeroient flotantes en incertitude, & de la déciſion deſquelles la vie humaine ne ſe peut paſſer.

DISCOURS DE M. LESCHASSIER. Ann. 1606.

Pour exemple, en la famille & maiſon de chacun, il eſt néceſſaire qu'il y ait certains articles de droit, décidez & reglez entre le Mari & la Femme, ſous le titre des droits appartenans à gens mariez: comme quel droit a le mari ſur les biens de le femme, quel droit a la femme ſur les biens du mari, ſi la femme eſt maitreſſe de ſes biens, ſans que le mari en puiſſe diſpoſer; ſi elle ſe peut obliger ſans l'authorité & conſentement de ſon mari; ou ſi elle eſt en telle façon ſujette à la puiſſance de ſon mari, qu'elle ne ſe puiſſe en tout ou en partie obliger ou eſter * en jugement ſans luy.

* comparoître *eſtare.*

Sous le titre auſſi de la puiſſance paternelle il y a certains articles à décider, à ſavoir ſi les enfans ſont en telle puiſſance de pere qu'ils lui acquierent le bien qui leur advient, ou s'ils ſont capables d'avoir des biens eux-mêmes, & quelles ſortes de biens.

Hors la maiſon, comment ſe font les tuteurs ou curateurs & défenſeurs des mineurs, quelle eſt la limitation du pouvoir d'iceux ſur les perſonnes & ſur les biens des mineurs, à quel âge finit cette puiſſance.

Sous le titre des teſtamens, à quel âge l'on peut teſter, de quels biens, juſques à quelle quantité, ou ſi indéfiniment, ſous quelle forme il faut que les teſtamens ou autres dernieres volontez ſoient faites.

Sous le titre des ſucceſſions *ab inteſtat*, par quel ordre des lignes ou dégrez les parens ſe ſuccedent par mort les uns aux autres, en quel cas la repréſentation a lieu, ſi en toutes ſortes de biens les plus proches ſuccedent, ou avec diſtinction de biens paternels ou maternels; ſi l'on ſuccede par ſouches ou par têtes; ſi les dettes du défunt ſe payent par les héritiers entierement, ou juſques à la concurrence des biens du défunt.

Par ces exemples on peut reconnoître qu'il y a pluſieurs titres ou matieres, dans les livres des droits écrits ou coutumiers de chacun pays, qui ont beſoin de déciſion générale en pluſieurs articles, pour la commodité de la ſociété civile. On voit ces titres dans les édits des Preteurs Romains, dans les Inſtitutes de Juſtinian, & quelques-uns dans les coutumiers de France.

Les titres & les articles d'iceux ſeroient en petit nombre, en un peuple neuf, ayant à vivre dans la premiere ſimplicité de nature, & du tout vuide d'autres droits civils qui s'introduiſent

avec la fuite des ans : la concurrence deſquels multiplie les articles qui ſont de neceſſaire déciſion en chacune matiere, comme l'on voit dans le corps du droit Romain, & encore dans les coutumiers de France.

Or la puiſſance de faire ces déciſions aux articles neceſſaires, paſſe ordinairement avec le temps en diverſes autoritez ou puiſſances : comme à Rome, outre ce que la nature & le droit des gens en avoit premierement dicté, les dix hommes ont fait les loix des douze tables ; puis tout le peuple Romain aux grands Etats en a fait, apres le menu peuple, puis le Sénat, les Preteurs & autres Magiſtrats, en dernier lieu les Empereurs y ont ajouté leurs conſtitutions, ſans ce que l'uſage non écrit y introduiſoit encore.

Le Juriſconſulte Caius faiſant un abregé du droit Romain, a été ſoigneux d'obſerver ſous chacun titre ou matiere ce qui étoit de la nature ou droit des gens, puis ce que cette loy-cy, ou celle-là du peuple Romain y avoit mis, ou le Senat, ou le Preteur, ou les Empereurs, ou bien ce que la coutume non écrite y avoit fait entrer.

Pour exemple, ſous le titre des teſtamens, il dit les autheurs des Puiſſances qui ont ordonné la forme exterieure d'iceux : le droit civil, dit-il, y requiert la preſence de ſept témoins citoyens Romains, le Preteur y deſire les ſceaux des témoins, les conſtitutions des Empereurs veulent encor les ſeings du teſtateur & des témoins : ainſi par tout Caius fait une grande diligence de diſtinguer les authoritez qui ont fait entrer quelques regles ou déciſions ſous chacun titre.

C'eſt une des choſes en quoi excelle l'inſtitute de Juſtinian, priſe pour la plus-part de celle de Caius.

Or ſi apres que le temps a fait beaucoup de changemens, les livres perdus, & avec eux la mémoire de ces origines de droits, & le corps du droit compilé de l'authorité de Juſtinian, on venoit à demander de quelle authorité & puiſſance ſeroient dérivées infinies déciſions qui ſont récitées ſans mention de leur origine & obliger les hommes à dire plus particulierement ce qui eſt de nature, ou du droit des gens, & non des douze tables, ce qui eſt des douze tables & non des autres loix, & ainſi conſéquemment à quelle authorité & puiſſance il faudroit attribuer chacune déciſion : l'on ne pourroit répondre autre choſe, ſinon que cela eſt du corps du droit civil des Romains, tel que Juſtinian l'a laiſſé.

Qui ſeroit la même demande des articles & deciſions de chacun titre qui ſe trouve ès coutumiers des provinces de France, l'on ne pourroit avoir autre reponſe ſinon qu'ils ſont du corps

Discours de M. Leschassier Ann. 1606.

des us & coutumes d'un tel pays. Il faudroit un bon Juriſconſulte pour reconnoître dans le droit que nous gardons, ce qui eſt du droit Romain, & ce qui eſt du droit François ; & encore en ce qui eſt du droit François, il faudroit plus de mémoire de l'antiquité qu'il ne nous en reſte, pour dire de quelle authorité chacun article auroit été introduit.

Du droit civil plus vulgairement connu en chacun pays, paſſons au droit Eccléſiaſtique de chacun Royaume, & particulierement de celuy de France, & par l'exemple de l'un faiſons jugement de l'autre.

Il eſt certain que la police de l'Egliſe de France a pris ſon fondement ſur le droit des Apôtres, compris en leurs écrits, puis les Conciles y ont ajoûté beaucoup d'articles, dont les uns ſont dans le code canonique premier, autres dans le ſecond, autres dans le troiſiéme, qui eſt celuy de Gratian : les conſtitutions des Empereurs prédéceſſeurs des Rois de France en la ſeigneurie ſouveraine de la Gaule en ont introduit quelques-uns, retenus par les Rois de France leurs ſucceſſeurs en leur authorité ſur la police de l'Egliſe : les codes particuliers des anciens Conciles de France, aprouvez par les Rois, y ont auſſi contribué, comme auſſi ont fait les capitulaires des Rois, leurs pragmatiques, leurs ordonnances, leurs concordats, les arreſts de leurs Cours ſouveraines, & puis l'uſage non écrit, la pratique & le ſtile des ſieges de leurs juſtices.

Comme les reſtes du droit Romain gardez en France, s'appelloient par les anciens François les us & coutumes Romaines de France ; ainſi tout ce qu'un corps de la police de l'Egliſe Gallicane, compoſé de la contribution des ruiſſeaux ſuſdits qui y ſont entrez, s'appelle les us & les coutumes du Royaume en la police de l'Egliſe, ſans que l'on ſe ſouvienne plus de quelle puiſſance chacun article ait tiré ſon origine, ni ſans que l'on puiſſe comprendre ce corps dans un certain nombre d'articles, pource que cela eſt comme infini ; ainſi que les Juriſconſultes Romains diſoient à ceux qui leur demandoient le nombre & les noms des contracts des conventions des hommes, *plura ſunt negotia quàm vocabula.* Ce que j'ay dit du Royaume de France peut être entendu de tous les autres.

Suivant ce langage, nos Rois dans leurs ordonnances ſur des chefs particuliers des libertez ou franchiſes du Royaume en la police de l'Egliſe, diſent ordinairement ces paroles ou autres ſemblables, *Nous prohibons & reprouvons telle choſe comme contraire aux us & coutumes anciennes & louables de notre Royaume, ou aux ſaints decrets reçus en iceluy, ou aux ordonnances de nos predeceſſeurs, & arreſts de nos Cours ſouveraines.*

Louis XI en parle ainſi en l'ordonnance faite par lui contre les pretentions du Pape, qui vouloir prendre la moitié du revenu des benefices incomparibles. Ce même langage auſſi ſe void en infinis lieux des droits & hiſtoires de France.

DISCOURS DE M. LESCHASSIER Ann. 1606.

Car c'eſt une façon de parler accoutumée aux anciens François, d'appeller us & coutumes toutes ſortes de droits écrits, pratiquez & recus par uſage ; & les Rois faiſans des ordonnances & établiſſemens, diſent par iceux qu'ils font des coutumes qu'ils veulent être gardées.

Partant ceux qui demandent que l'on leur compte l'une après l'autre ces libertez du Royaume, ou ſaints decrets receus en icelui, ou les us & coutumes d'iceluy en la police de l'Egliſe, ou de quelle origine & puiſſance ces droits ont été derivez ne ſçauroient mieux ſe montrer parfaitement ignorans en la ſcience des droits dont ils parlent, qu'en faiſant telles demandes.

CONSULTATIO**.

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. Ann. 1606.

ACCEPI tuas litteras, vir clariſſime, quibus me rogas, ut de controverſia quæ eſt inter ſanctitatem Pauli quinti & ſereniſſimam Rempublicam veſtram tibi reſpondeam, cujus controverſiæ tria narras eſſe præcipua capita. Primum, de coërcitione criminum quæ à Clericis admittuntur. Secundum, de decreto Senatus, quo prohibuit ne loca venerabilia deinceps ſine ejus voluntate exſtruentur. Tertium, de prohibitione laïcis facta, ne res ſoli in Eccleſias ſine ejuſdem Senatus aſſenſu tranſferent. Cùm autem, ut tibi obſequerer, me paro, allatus eſt ad nos liber patris Pauli Theologi & religioſi viri Ordinis Servorum, de ea re doctiſſimè ſcriptus, quem ab omnibus populis & Principibus viris legi, Reipublicæ Chriſtianæ maximè interesſe puto. Quare operâ illius elegantiſſimâ præventus, ad te tantum ea ſcribam quæ ex auctorum noſtrorum libris deprompta, ejus ſcriprioni addi poſſe ſenſero, ſequutus ordinis noſtri hominum libertatem hactenus non abrogatam, & utiliſſimum publico morem, quo rogatis illis licet licuitque ſemper de controverſiis quæ inter Principes de ſummis etiam rebus oriuntur, ex boni & æqui ſcientia reſpondere. Sed antequam dicere incipio de tribus capitibus controverſiæ, videndum eſt quo jure Italia regatur, quæ res communi bono cùm Pontificis tum Principum Italiæ ceſſura eſt, & illius legitimam & canonicam auctoritatem, horum verò libertatem confirmatura. In primis Italiæ cum omnibus Chriſtianis gentibus hoc commune eſt, ut in rebus Eccle-

** Voyez ci-devant la Note, ou Sommaire du premier Diſcours.

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. ANN. 1606.

fiæ regatur jure divino quod ſacris Scripturis continetur, cui juri neque Reges, neque Pontifices, neque tota Hierarchia Eccleſiæ derogare poſſunt. Quòd ad Reges attinet, ſic eſt ſancitum *Can. non licet, diſtinct. 10. Non licet Imperatori neque cuiquam pietatem cuſtodienti, aliquid contra divina mandata præſumere, nec quidquam quod Evangelicis, Propheticis aut Apoſtolicis regulis obviet, agere.* Pontificum verò nomine par eſt non alium reſpondere quàm Papam. Is erit Urbanus *Can. ſunt quidam, 25 q. 1. Sciendum eſt*, inquit, *ſummopere, quia inde novas leges condere poteſt (Romanus Pontifex) unde Evangeliſtæ aliquid aut Prophetæ nequaquam dixerunt. Ubi verò apertè Dominus, vel ejus Apoſtoli & eos ſequentes ſancti Patres ſententialiter aliquid definierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quòd prædicatum eſt, uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli, deſtruere (quòd abſit) niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare convinceretur.* Hierarchiæ verò Eccleſiaſticæ nomine reſpondebit Concilium univerſale Nicænum ſecundum, Can. 2. *Subſtantia noſtræ Hierarchiæ*, inquit, *ſunt ſermones à Deo traditi, divinarum ſcilicet ſcripturarum ſcientia vera.* Hanc regulam Concilium Nicænum ſecundum ſumpſit ab Epheſino, quod Epiſtola ad Pamphiliæ ſynodum ſcripta, his verbis illi præcipit, *Omnia facias cum conſilio ſacræ Scripturæ quæ divinitus eſt inſpirata.* Dein Italia regitur Jure Romano Juſtinianeo cujus pars eſt Codex Canonum Eccleſiæ veteris Catholicæ ab ipſo jure Imperatorio confirmatus. Quam libertatem Italia ſummâ curâ & vigilantiâ ſibi defendit, non tantùm Pontificibus Romanis teſtibus, ſed & propugnatoribus acerrimis cùm in rebus temporalibus tum in Eccleſiaſticis: quòd per ſeriem temporum mihi demonſtrandum eſt. Ante tempora Juſtiniani Imperatoris ad Theodoricum Gothum Regem Italiæ Papa Gelaſius ſcribit *Can. certum. diſtin 10*, in hæc verba, *Certum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorum Principum quas in negotiis hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa reverentiam beati Petri Apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento velle ſervari.* Gothis verò Italia pulſis à Juſtiniano, impetravit ab eo Papa Vigilius Pragmaticam ſanctionem, quâ forma Italiæ receptæ data eſt. Ejus pragmaticæ initium ſic eſt: *Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Epiſcopi quædam diſponenda eſſe cenſuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noſcuntur.* Deinceps articulo decimo ſic ait, *Jura inſuper vel leges codicibus noſtris inſertas quas jam ſub edictali programmate in Italiam dudum miſimus, obtinere ſancimus, ſed & eas quas poſtea promulgavimus conſtitutiones, jubemus ſub edictali programmate vulgari, & ex eo tempore quo ſub edictali programmate vulgatæ*

fuerint, etiam per partes Italiæ obtinere, ut unâ volente Deo, ſactâ republicâ, legum etiam noſtrarum ubique prolatetur auctoritas. Poſtquam verò Imperatores Occidentis Italiam in poteſtate & ditione habuerunt, Papa Leo IV eandem rem poſtulavit à Lothario Auguſto, quæ petitio illius habetur *in Can. veſtram, diſtinct. 10. Veſtram*, inquit, *flagitamus clementiam, ut ſicut hactenus Romana lex viguit abſque univerſis procellis & pro nullius hominis perſona reminiſcitur eſſe corrupta: ita nunc ſuum robur propriumque vigorem obtineat.* Quod quidem jus Juſtinianeum publicè prælectum eſt Romæ Imperatorum auctoritate qui poſt Juſtinianum regnârunt, ut & Beryto & Conſtantinopoli, quibus tantùm in locis ab ipſo jure permiſſum ut publicè doceretur. Auctoritate Imperatorum in Italia imminurâ, & repertis in Amalphitana urbe Digeſtis, quæ diu latuerant, Irnerius, juſſu comitiſſæ Mathildis, Juſtinianeum jus publicè docuit Bononiæ, quo munere ſucceſſores ejus in eadem urbe Pontificum Romanorum ornari ſtipendiis & privilegiis functi ſunt. Pontificum exemplum totius Italiæ Principes maximèque ſereniſſima Reſpublica ſummo ardore ſequuta eſt. Hinc factum eſt ut Honorius ſecundus Papa de jure reſpondens *cap. 1. ex. de Juram. calum.* his verbis utatur: *Decernimus*, inquit, *& auctoritate imperiali irretractabiliter definimus.* Definiebat autem & reſpondebat de jurejurando Clericorum ex Codice Canonum primitivæ Eccleſiæ ab Imperatorio jure confirmato. Quod eò magis ab hominibus harum rerum peritis eſt obſervandum, quia inter Pontifices Gregorii ſeptimi ſucceſſores ſedit Honorius ſecundus, qui omnes hæreditatem odii creverunt, quo Gregorius ſeptimus Imperatores & eorum jura regia, dignitatemque omnium regum ſunt proſequuti. Quare tota Italia in hoc jure quod coluit, libertatem ſuam eſſe poſitam ſemper exiſtimavit. Nec verò ſolùm ſecularium rerum cauſa tanto ſtudio laborarunt Pontifices Romani in hoc jure retinendo, ſed etiam ut Eccleſiaſticæ controverſiæ ſecundùm illud dirimerentur, ſupra quas Eccleſiæ cauſas eminet reverentia beati Petri Apoſtoli quam ex hoc jure ſervari poſtulabant à Theodorico Rege Gothorum. Nec enim definitiones factæ ab hoc jure de rebus Eccleſiaſticis in Italia ſola religioſè obſervabantur, verùm etiam in toto orbe Chriſtiano: Cujus rei teſtis eſt locupletiſſima *Can. de illicita 24, q. 1*, Synodus Pariſienſis ſub Ludovico Pio habita, quæ ait ab univerſa Eccleſia ſervari conſtitutionem à Juſtiniano factam de excommunicationibus quæ ab Epiſcopis præter cauſas Canonicas fiunt. Quæ conſtitutio à Juliano anteceſſore Latinè litteris mandata eſt cum cæteris Novellis Juſtiniani, quarum ex ejus interpretatione cognitionem jampridem habuit Italia. Juliani hæc ſunt verba, *Nemo Epiſcopus, nemo Preſbyter excommunicet aliquem antequam cauſa probetur, propter quam Eccleſiaſtici*

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. Ann. 1606.

canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus ea excommunicaverit aliquem, ille qui excommunicatus eſt, majoris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat: is autem qui non legitimè excommunicavit, in tantum tempus abſtineat ſanctâ communione, quantum majori ſacerdoti viſum fuerit, ut quod injuſtè fecit, ipſe juſtè patiatur. A Juſtiniano autem, poſt omnes, qui eum anteceſſerunt Chriſtiani Imperatores, probatus eſt & confirmatus Codex Canonum Eccleſiæ Catholicæ qui omnium manibus tenebatur, & ſecundùm quem Synodi univerſales ipſæ de controverſiis Eccleſiaſticis ſententias ferebant. Sub hoc jure nata eſt ſereniſſima Reſpublica veſtra Chriſtiana, Catholica, ſui juris, libera: ab hoc alita, inſtituta, aucta, & ſummam dignitatem meritò conſecuta: ad ejus præſcriptum vixit, & Italiæ maximam partem viventem vidit. ** Cùm hæc ita ſint, innovanda mihi eſt & inſtauranda Codicis Canonum Eccleſiæ primitivæ memoria, & è tenebris oblivionis quibus jam diu ſepulta fuit, excitanda. Quod neceſſe eſt diſceptanti mihi controverſiæ capita quæ propoſuiſti: ſimul etiam ut ex hac reſtitutione fiant manifeſta tam quæ erant in eo codice quàm quæ non erant, quæque tamen vulgò ſolent illi falſo tribui confirmandæ & tuendæ cupiditati & ambitioni quorundam, quaſi ex auctoritate ſanctorum Canonum veteris Eccleſiæ. Neque enim exiſtimare debemus ſanctiſſimos & ſapientiſſimos Patres illos veteres Eccleſiam jure incerto, ſine regularum & definitionum collectione certa rexiſſe, vel Canones quibus illa regeretur habuiſſe ſparſos, vagantes, nullius collectionis corpore concluſos, ut pro libidine cujuſque licuiſſet per falſi crimen ſuppoſititios Canones Eccleſiæ obtrudere, qui mos ſemper fuit ambitionis & cupiditatis humanæ, quod libuiſſet auctoritati Eccleſiæ univerſæ tribuere. Poſtulant à nobis Patres illi, ut de ſua pietate & prudentia potius ita ſentiamus, voluiſſe illos Eccleſiam habere corpus certum regularum ſui juris, quas ex certis Conciliis collegerint, & Concilia certo ordine diſpoſuerint, certoque & immutabili numero Canones illorum complexi ſint, cui neque addi neque detrahi à quoquam poſſet, ut hoc quaſi vallo & muro ſeptum juris corpus adverſus falſi crimen undique tutum eſſet. Neque tantùm ut falſum prævenirent ſolebant veteres jura ſua in certa corpora colligere, ſed etiam ut vim omnem juribus extra collectiones publicâ auctoritate factas vagantibus & diſperſis adimerent. Ob eaſdem cauſas Theod. Imp. *Novellâ de confirmatione corporis ſuarum Novellarum*, ait ſe in corpus unius codicis conſtitutiones præceſſorum ſuorum redegiſſe: ne aliter niſi ex ipſo codice in judicio proferrentur. Eandem rationem & conſilium ſequutus Juſtinianus codicem

** Ici commence l'Extrait employé ſous l'art. 41.

ſuum

ſuum fecit, conſtitutiones in multa volumina diſperſas in unum corpus colligendo, quod ipſe teſtatur, *l. un. C de emendatione codicis Juſtiniani*, unde jura extravagantia poſteritas appellavit, quæ non in corpore Codicis, ſed extra corpus divagarentur, ut Juſtiniani verba uſurpem, quibus eodem loco uſus eſt. Ea fuit primum, antequam componeretur codex Theodoſianus, providentia & vigilantia patrum Eccleſiæ Catholicæ, quæ collectionem ſuam corpus codicis Canonum nuncupavit, quemadmodum & Imperatores corpus codicis conſtitutionum ſuarum dixerunt. Quare etiam in more habebat Eccleſia alia jura quæ illi obtrudebantur codice ſuo non comprehenſa, velut notha & adulterina nulliuſque auctoritatis rejicere, quod Gallicani Epiſcopi factitarunt, teſte acerrimo auctoritatis Romanæ defenſore Nicolao primo Papa, qui in Epiſtola quam ad illos ſcripſit relata in codicem Gratiani, *Can. ſi Romanorum, diſtin. 19*, hæc illorum verba recenſet, *Quanquam*, inquit, *quidam veſtrum ſcripſerint haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto corpore codicis Canonum inveniri deſcripta.* Sed quis melius nos docuerit hanc mentem & providentiam Eccleſiæ Catholicæ quàm eadem ipſa, quæ cùm conveniſſet in Concilio Calcedonenſi, quod quatuor primorum œcumenicorum poſtremum eſt, actione octavâ cognoſcens de controverſia mota de Epiſcopatu, nonageſimum quintum & nonageſimum ſextum Canones citat corporis ſui Canonici, & ex eorum jure de controverſia pronuntiat, cujus actionis octavæ verba ſunt hæc: Glorioſiſſimi judices dixerunt, Legantur hi Canones. Leontius reverendus Epiſcopus Magneſiæ ex codice legit regulam nonageſimam quintam. *Si quis Epiſcopus vacans ſuper Eccleſiam vacantem ſemetipſum injiciens ſubripuerit ſedem præter perfectum Concilium, hunc expellendum eſſe, licèt omnis populus quem arripuit, eum elegerit. Perfecta verò Synodus illa eſt, cui intereſt & Metropolitanus Epiſcopus.* Idem reverendus Leontius ex eodem codice legit regulam nonageſimam ſextam. *Si quis Epiſcopus ordinationem acceperit Epiſcopatus & populo præeſſe decretus non acquieverit ordinationi, neque ei perſuaſum fuerit proficiſci ad Eccleſiam ſibi commiſſam, hunc excommunicatum eſſe, donec coactus acquieſcat aut quidquam de eo Epiſcoporum provinciæ Synodus perfecta definiat.* Hi duo Canones reperiuntur hodie in Concilio Antiocheno, quod libro continetur, qui vulgariter appellatione Canonum Apoſtolorum & Conciliorum inſcribitur; ſuntque illi duo Canones, alter ſextus-decimus, alter ſeptimus decimus Concilii Antiocheni. Horum numerorum ope adjuti, & eo ordine quo Canones illi collocati fuerunt in codice Canonum antiquo, & illo quo reperiuntur hodie in Concilio Antiocheno, nos viam & rationem, ſi qua eſt, reperire debemus, quâ codicem antiquum quo Eccleſia Catholica in

Concilio Calcedonenſi uſa eſt, reſtituamus. Ita enim compoſitum codicem antiquum eſſe oportuit, ut Canones illi duo, nempe ſextus-decimus, item ſeptimus-decimus Concilii Antiocheni, reperiantur, alter nonageſimus-quintus, alter verò nonageſimus-ſextus in ſerie Canonum totius illius codicis antiqui. Quod ut fiat, primùm obſervandus nobis eſt ordo, quo collocata fuerunt Concilia in codice antiquo, initium à Nicæno facientes. Qui quidem ordo invenitur hodie in locis quinque veteris memoriæ qui ad noſtram uſque ætatem conſervati ſunt. Primus locus reperitur in Concilio Conſtantinopolitano in Trullo Can. ἰντιστραγίζοπτω ubi hoc ordine recenſentur. Concilium Nicænum, Ancyranum, Neocæſarienſe, Grangrenſe, Antiochenum, Laodicenſe, Conſtantinopolitanum, Epheſinum & Calcedonenſe, quod actione octavâ citat Canones nonageſimum v & vi hujus codicis. Eodem ordine diſponuntur in codice Canonico Græco Eccleſiæ Orientalis, Lutetiæ Pariſiorum edito, diligentiâ Joannis Tilii Engolimenſis, qui poſt editionem quam Cardinali Turnonio dicaverat, Epiſcopus Meldenſis factus eſt. Codex autem ille Græcus per omnia convenit cum codice Photii Latinè tantùm apud nos edito, & ſolâ linguâ alter ab altero differt. Hâc eâdem ſerie collocantur in codice Moguntino editus eſt anno 1525, quem Moguntinum codicem dicunt eſſe qui veterem Romanum ii qui recognoverunt codicem Gratiani juſſu Gregorii XIII in præfatione recognitioni ſuæ præfixa. Servavit eum ordinem Pontifex Romanus Leo quartus in enumeratione quam facit horum Conciliorum ſcribens ad Epiſcopos Britanniæ, Can. *De bellis, diſtin.* 20. Horum quinque teſtimoniorum tria prima ſeruntur ab Eccleſia Orientali, duo poſteriora Roma nobis conſervavit, locus accidentis omnium celeberrimus. Quare certiſſima ſunt hæc teſtimonia ab Eccleſia univerſa lata de ordine Conciliorum in codice Canonico, quem in manibus habebat illa in Concilio Calcedonenſi. Imo tanta fuit Eccleſiæ religio in compage corporis Canonum conſervanda, ut cùm ordinem temporis non ſervaſſet in collocatione Conciliorum Ancyrani & Neocæſarienſis quæ Nicænum Concilium poſterius tempore ſequuntur collectionis ordine, lectores monuerit ira factum propter reverentiam quæ debetur Nicæno, quod primum omnium œcumenicum ipſa celebravit. Quod ſuum conſilium præfixum eſt initiis Conciliorum Ancyrani & Neocæſarienſis inſcriprione quæ etiamnum in codicibus Græcis ſervata eſt, cujus inſcriptionis ratio vulgo ignoratur, & videtur hodie ſine ullo uſu his Conciliis præfixa, ſoluto corpore codicis antiqui, & vagis & diſperſis ſingulis extra ſuum corpus Conciliis per volumina, quæ ubique eduntur, Conciliorum. Poſt ordinem quem habuerunt in codice antiquo ſingula Concilia obſervatum, enumerandi ſunt Canones illius codicis, initium à primo Canone Nicæni Concilii ſumentes, neque cùm ad finem cujuſque Conci-

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE Ann. 1606.

lii pervenerimus, à dinumeratione tamen ceſſandum eſt, ſed continuâ nec interruptâ numerorum ſerie utendum, quâ numerandi formâ uſum eſt· Concilium Calcedonenſe. Eâ cùm pervenerimus ad Canonem ſextum & decimum Concilii Antiocheni à Concilio Calcedonenſi citatum, qui Canon incipit in codice Orientali τῆς ἐπιδούσης χειρότονίαν & in codice Romano Moguntiæ edito, *ſi quis Epiſcopus vacans*, reperiemus illum Canonem eſſe nonageſimum ſextum codicis Orientalis quem dedit Tilius, at verò eſſe nonageſimum-quartum codicis Romani Mogunriæ editi. Nam in codice Orientali viginti Canones Concilii Nicæni, quinque & viginti Ancyrani, quindecim Neocæſarienſis, viginti Gangrenſis, ſexdecim Antiocheni, hi, inquam, omnes numeri conjuncti ſex & nonaginta efficiunt. At in codice Romano viginti Canones Concilii Nicæni, quatuor & viginti Ancyrani, quatuordecim Neocæſarienſis, viginti Gangrenſis & ſexdecim Antiocheni, hi, inquam, conjuncti numeri quatuor & nonaginta efficiunt. Rurſum ab his duabus rationibus differt ratio Concilii Calcedonenſis. Nam ratio codicis Romani Canonem ſextum & decimum Concilii Antiocheni efficit quartum & nonageſimum codicis Canonici antiqui: ratio Concilii Calcedonenſis eum facit quintum & nonageſimum: at ratio codicis Orientalis ſextum & nonageſimum. Quòd verò attinet ad contextum & verba codicum Orientis & Romani, planè conſentiunt, neque plus verborum eſt in hoc quàm in illo. In hoc ſolo differunt quòd in Conciliis Ancyrano & Neocæſarienſi Canon quidam in uno ex illis codicibus, in alio diviſus eſt in duo membra, & ex uno duo facti ſunt Canones. At componendæ huic parvæ codicum controverſiæ, obſervanda eſt antiqua ratio quæ proculdubio fuit in uſu Concilio Calcedonenſi, ſicque certiſſima fides codici Canonico antiquo reſtituetur. Initium faciam controverſiæ codicum componendæ à Concilio Ancyrano. Hoc quinque & viginti Canonibus conſtat in codice Orientis, at quatuor & viginti tantùm in codice Romano: hoc ideo quia quartus & quintus Canones hujus Concilii in codice Orientis, unicum Canonem efficiunt qui quartus eſt in codice Romano. Præſtat autem ratio codicis Orientis, eâque veteres uſi ſunt. Nam Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus ubicumque in Nomocanone citat Concilium Ancyranum, hanc rationem ſequitur. Theodorus quoque Balſamo, libro ſecundo commentariorum, dividit Concilium Ancyranum in quinque & viginti Canones. Harmenopulus judex Theſſalonicenſis eandem ſequutus eſt rationem in tota Epitome ſanctorum Canonum, & ſectione quintâ tituli quarti diſtinctè & diviſim citat Canones quartum & quintum Concilii Ancyrani, qui in codice Romano pro uno habentur. Sed & diſertè citat Canonem quintum & vigeſimum hujus Concilii ſectione quintâ tituli tertii. Ex Latinis Ferrandus Diaconus Eccleſiæ Carthaginenſis ſe-

quitur & hanc rationem in breviarii capitibus centeſimo quadrageſimo octavo, & deinceps uſque ad centeſimum quinquageſimum quintum, & aliis item capitibus. Hæc dicta ſint de rationum differentia Canonum Concilii Ancyrani quæ eſt inter codices. Concilium verò Neocæſarienſe tot Canones habet in codice Orientali quot & in codice Tiliano, nempe quindecim. At in codice Moguntino, qui vetus Romanus eſt, quatuordecim Canones habet. Hæc verò differentia ex eo nata eſt, quòd tertius & decimus Canon codicis Orientis Tiliani qui incipit ἐπιχόρια item quartus & decimus incipiens εἰ δὲ χωρεπίσκοποι pro unico Canone duabus partibus ſive periodis conſtante citantur in Photii Nomocanone. Ambo citantur ab eo pro unico decimo tertio, ſcilicet, prior pars ejus Canonis titulo tertio, capite quarto, & poſterior titulo primo, capite vigeſimo nono. Balſamo verò Photii commentator, libro ſecundo, diviſit hunc decimum tertium Canonem Concilii Neocæſarienſis ex duabus periodis compoſitum in duos Canones, quibus diviſum & ſeparatum commentarium ſubjunxit. Quæ res effecit ut unicus Canon in duos Canones diviſus habeatur in codice Orientis quem Tilius publicavit. Inde quoque factum eſt ut Canon proximè ſequens hujus Concilii, qui eſt decimus-quartus in Nomocanone Photii, titulo primo, capite trigeſimo, apud Balſamonem pro quinto decimo numeretur. Codex Romanus vetus Moguntiæ editus, & Criſconius cum Photio conveniunt. Quare ſecundùm antiquam rationem, quam ſequutum eſt Concilium Calcedonenſe, Ancyranum conſtat quinque & viginti Canonibus, & Neocæſarienſe quatuordecim: qui numeri conjuncti cum viginti Canonibus Concilii Nicæni, viginti Gangrenſis, ſexdecim Antiocheni, efficiunt quinque & nonaginta, qui numerus tribuitur à Concilio Calcedonenſi ſextodecimo Canoni Antiocheni Concilii: ut illum fuiſſe oporteat quintum & nonageſimum Canonem codicis Eccleſiæ primitivæ univerſalis. Atque hic eſt codex Canonicus vetetis Eccleſiæ Catholicæ, ſive Conciliorum quatuor œcumenicorum veterum, in quo reſtituendo & in lucem è tenebris revocando veritatis amans hanc operam collocavi. Conſtabat omnino novem Conciliis. Primum omnium erat Nicænum, quòd duo Diœceſeon Concilia, quamvis tempore priora, conſequebantur propter ejus dignitatem, ut codex ipſe antiquus docet: poſtea collocata erant tria Diœceſeon Concilia, Gangrenſe, Antiochenum Calcedonenſi actione octavâ citatum, & Laodicenſe: compagem claudebant tria poſteriora Concilia œcumenica, Conſtantinopolitanum ſcilicet, Epheſinum & Calcedonenſe. Hic verò codex ſummâ veneratione ab Eccleſia colendus videtur tanquam ſuum inſtrumentum, à corpore ſacræ ſcripturæ & auctoritate & antiquitate ſecundum:**

** Fin de l'Extrait.

Quamvis autem hujus codicis jure univerſa Eccleſia regeretur, tamen Italia ſibi eum, velut proprium, vindicavit, quòd illum ſui Imperatores confirmaverant, & Pontifices Romani, ut ejus auctoritas in Italia illæſa ſervaretur, frequentibus poſtulationibus impetraverant à Principibus qui ſunt in Italia rerum potiti. Fuit enim in more poſitum Eccleſiæ veteri Catholicæ, quæ honore & obſequio ſuos Imperatores colebat, ut cùm conveniſſet eorum mandato in Concilia œcumenica, quibus & illi per ſe vel legatos glorioſiſſimos magiſtratus & judices præerant, definitiones ſuas cum litteris ad Principes mitteret, quibus Canones ſuos eorum poteſtati ſubjiciebat, illorumque confirmationem petebat. Hujus generis Epiſtola Concilio Conſtantinopolitano primo præpoſita eſt cum ejuſdem ſententiæ brevi argumento. Eadem quoque inſcriptio præfixa eſt Concilio Conſtantinopolitano in Trullo, ut credere fas ſit hanc fuiſſe ſolemnem omnibus veteribus Conciliis formulam. Sed & poſt omnes Imperatores Juſtinianus, Novella 131, de quatuor œcumenicis Conciliis, & iis quorum auctoritas ab illis erat confirmata, ſic ſtatuit, *Sancimus vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas quæ à ſanctis quatuor Conciliis expoſitæ ſunt aut firmatæ. Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata ſicut ſanctas Scripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſervamus.* Quòd ait, firmatæ, regulas intelligit priorum Conciliorum, ſecundùm quas de controverſiis ipſæ Synodi generales judicabant, & codice antiquo Eccleſiæ continebantur. Sed & Novella 6 ſtatuit ut Epiſcopi ordinandi in mediis ordinationis ſolemnibus publicè jurejurando promitterent ſe Canones Conciliorum ſervaturos. Secundùm eam Pontifices Romani ordinandi jusjurandum præſtabant ad formulam conſtitutionis Juſtiniani de Eccleſiaſticis regulis, cujus formulæ verba Gregorius pronuntiat *Can. ſicut. diſtin. 16. Sicut ſancti Evangelii*, inquit, *quatuor libros, quatuor Concilia ſuſcipere me & venerari fatcor.* Imo etiam hæc ſe ſervaturum uſque ad unum apicem jurat Papa, *Can. ſancta, diſtin. 16.* Quam veteris formulæ jurisjurandi Pontificii partem eſſe Cardinalis Deuſdedit affirmat in ſua Canonum collectione, quam haberi in Bibliotheca Vaticana narrant ad Canonem *ſancta*, Romani recognitores codicis Gratiani. Non poteſt igitur Pontifex Romanus jure contendere ſe Canonibus illis Conciliorum ſuperiorem eſſe, niſi ſibi ſupra quatuor Evangelia poteſtatem arroget. Cujus veritatis teſtes ſunt antiquiſſimi Pontifices Romani antequam in eam temporalem poteſtatem quam deinceps ſibi compârarunt, deveniſſent. Jurijurando enim quod præſtare debent convenientiſſima eſt ingenua Zozimi Papæ confeſſio, quâ *Can. contra ſtatuta 25 q. 1*, ad Epiſcopos Galliæ ſcribens Canonibus Conciliorum inferiorem, & ſubditam eſſe Romanæ Sedis poteſtatem agnoſcit. *Contra ſtatuta*, inquit, *Patrum condere aliquid vel mutare*

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. [Ann. 1606.

nec hujus quidem Sedis poteſt auctoritas. Apud nos enim inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cui ſtatuta Patrum ſanxere reverentiam. Quare codex Canonum Eccleſiæ Catholicæ qui ex Conciliis œcumenicis prioribus & cæteris quæ ſunt ab illis confirmata, compoſitus eſt, pars eſt juris Juſtinianei, & cum illo perfectè conveniens, qualis eſt partis cum toto ſumma conſenſio: & in eo jure, cui à Romano Pontifice derogari non poteſt, poſita eſt Eccleſiæ & omnium Principum & populorum Italiæ libertas. Neque hæc ideo aſſero ut omnem auctoritatem poſterioribus Conciliis œcumenicis abrogandam eſſe exiſtimem. Cum primùm enim à Principibus ſuſcepta ſunt, ſervanda quoque ſunt, ſub hac tamen exceptione generali Eccleſiæ Catholicæ, quæ continetur *Can.* 28, *diſtin.* 50. *Can. hoc ipſum* 33 *q.* 2. quorum Canonum verba ſunt hæc, *Quotieſcunque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius Concilii magis teneatur ſententia, cujus aut antiquior extat auctoritas.* Inſtitutio quoque juris Canonici Pontificum Romanorum mandato ſcripta, *lib.* 1, *tit.* 3, ſic habet: *Alia verò Concilia quæ ductu Spiritus ſancti congregata & celebrata fuerint, proximum ab iſtis (quatuor primis) ſibi locum vindicant. Quòd ſi quando inter ea diſcors ſententia inveniatur, illius ſententia magis eſt tenenda, cujus antiquior & major eſt auctoritas.* Ex hac regula potior eſt auctoritas Concilii Œcumenici quàm Concilii Diœceſeos, hujus quoque quàm Concilii Provinciæ, & hujus quàm Concilii civitatis. Sed cùm duo Concilia Œcumenica inter ſe diſcordantia comparantur, vincit auctoritas antiquioris, in his ſcilicet rebus quæ ad fidem pertinent, & in præcipuis regulis quæ quaſi fundamenta ſunt & columnæ libertatis & diſciplinæ cum ipſa Eccleſia natæ, non in cæteris levioribus, quæ pro varietate locorum & temporum poſſunt immutari. Quam diſciplinam & libertatem Eccleſia Catholica in Concilio Epheſino *Can.* 6, ſcriptis Apoſtolicis, ſtatutis Patrum & antiquâ conſuetudine comprehendi prædicat, quam attentari ullus Eccleſiæ paſtoris auſu vel conatu nefas eſt, *ne ſortè*, ait Concilium, *ſub ſpecie adminiſtrationis rerum ſacrarum, typhus potentiæ in Eccleſiam ſeſe inſinuet, ſenſimque imprudentes libertatem eam amittamus, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus omnium liberator ſuo ſanguine pretioſo nobis largitus eſt.* Hæc eſt itaque generalis Eccleſiæ definitio Canonibus antiquis comprehenſa, priores Canones derogare poſterioribus in rebus Fidei & præcipuis regulis diſciplinæ cum Eccleſia natæ: ſecus ac in rebus civilibus fieri ſolet, in quibus jura poſteriora prioribus derogant. Secundum hæc, admiſſiones Conciliorum poſteriorum à quibuſdam Principibus factæ interpretationem recipere debent, ut intelligantur admiſſa Concilia ſalvâ Eccleſiæ Catholicæ perpetuâ definitione, quæ ineſſe ſemper, etiamſi non ſit expreſſa, intelligatur. Sic Epiſ-

copi Galliarum qui fidem Imperatori Ludovico Pio datam ſervabant, neque in partes conjuratorum filiorum cum Papa adverſus Imperatorem tranſiverant, contra nova quædam jura exceptione utebantur his verbis concepta, ni aliter ſe habeat antiquorum auctoritas Canonum. Quæ exceptio expreſſa etiam eſt beati Ludovici Regis Francorum Pragmaticâ ſanctione, quæ in omnibus editionibus Pragmaticæ Caroli ſeptimi, illi ſubjecta eſt. Eâ ſanctione ſtatuit Ludovicus ut Eccleſia Canonibus Conciliorum Eccleſiæ Dei regeretur, illis nimirum quos veteres ſancti Patres feciſſent. Cùm ergo naturalis libertas Italiæ poſita ſit in ſacra Scriptura, in codice Canonum antiquo Eccleſiæ Catholicæ, in jure Juſtinianeo, & in poſterioribus Conciliis, quæ veteribus non adverſantur neque in fide neque in regulis libertatis cum Eccleſiæ natæ, ſupereſt ut diſceptatio ſiat controverſiæ inter ſanctitatem Pauli quinti & ſereniſſimam Rempublicam ortæ ex juribus illis Italiæ, quæ de hac tanquam legitimi & æqui judices pronuntiare debent.

Ut verò dicam de primo controverſiæ capite, quod eſt de foro criminali Clericorum, repetenda eſt paulo altius diſtinctio facta in Imperio Romano duorum vitæ generum, Civilis & Eccleſiaſtici. Subditi Imperio Romano in milites & paganos diſtincti fuere, unde nata diviſio negotiorum, delictorum, pœnarum, judicum civilium & militarium. At Religione Chriſtianâ ſuſceptâ alia duo genera hominum facta ſunt, Clericorum & Laïcorum, Clerici ſunt militibus comparati, ſcilicet milites Chriſti militibus ſeculi. *Paulus 2. Tim. 2, Labora*, inquit, *ſicut bonus miles Jeſu Chriſti : nemo militans implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probavit.* Cum jure Romano Paulus conſentit. Militares viros, ait lex, civiles curas ſuſcipere prohibemus *l. militares. C. de re milit.* Sequutus Paulum eſt Imperator, cum ait *l. reperita. 42, C. de Epiſc. & Cler.* abſurdum, imò etiam opprobrioſum eſſe Clericis, ſi ſe peritos velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium. Sequutus eſt etiam Apoſtolum Pontifex Romanus, qui Clericos, operam juri civili dare prohibet *cap. ult.* ne Clerici ſecularia negotia tractent. Sine cujus juris cognitione nullus judex ſatis peritus eſſe poteſt cognitionis rerum ſecularium, ſive civiles ſint ſive criminales. Diſtant enim inter ſe maximè hæc duo corpora, Reſpublica & Eccleſia, civile etiam vitæ genus & Eccleſiaſticum. Quæ differentia diſtinctionem quoque fecit inter negotia, delicta, pœnas, judices civiles & Eccleſiaſticos. Et ut Apoſtolus vetat, ne Clerici curis ſecularibus ſe immiſceant, ſic etiam rerum Eccleſiaſticarum eos par eſt curam habere. Cùm ſit enim fides in Jeſum Chriſtum, & ex fide nata credentium Eccleſia & ſocietas ſua diſciplina conſtans, etiam Regibus invitis, ex præcepto Apoſtoli in his rebus Deo potius quàm hominibus obediendum

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE Ann. 1606.

eſt. Ipſe quoque Paulus hanc eandem ſervat differentiam rerum humanarum ſive civilium aut ſecularium, & Eccleſiaſticarum ſive ſpiritualium. Quantum ad cauſas civiles attinet, omnes Chriſtianos hortatur ut controverſiæ de iis rebus inter eos ortæ arbitrio eorum quos partes elegerint, qui non ex Presbyteris ſumantur, ſed ex peritis juris humani, dirimantur: earum enim rerum cognitione Clericos abſtinere jubet. Quod attinet ad criminales cauſas de quibus arbitri non accipiuntur, duo ſunt inſignia Apoſtolica præcepta, alterum Petri, alterum Pauli, conjuncta à Gratiano ſub *Can. magnum z z, q. z*, quia illis locis duobus unum & idem præceptum continetur. Hoc præcepto jubentur omnes mortales ut ſe ſubjiciant poteſtati gladii, quam dedit Deus principibus & poteſtatibus ſupremis, ait Paulus, Regi ut ſupremo, ait Petrus, ad coercitionem facinoroſorum. Adjicit Petrus libertatem omnem huic juſſo contrariam fore velamen malitiæ, aſylum ſcilicet & protectionem quandam ſcelerum, Paulus laſciviam fore carnis. Vera enim libertas Chriſtianorum, inquit Petrus, eſt ſervire Deo, & huic mandato quo Regum gladio ſubjici illis præcipitur. Cùm Juriſconſultis Romanis hi Apoſtoli, maximè verò Paulus natus civis Romanus, planè conſentiunt. Primum aiunt Ἀρχὴν ὑπερέχειν, Magiſtratum ſupremum, quem Ariſtoteles ἀρχὴν κυριωτάτην τῶν πάντων, Dominum omnium vocat. Ait Paulus, hic Magiſtratus διαταγὴ θεοῦ ἐστι, conſtitutio Dei, Petrus κτίσις ἀνθρωπίνη conſtitutio humana. Verba Juriſconſultorum ſequitur Paulus, ſervitus eſt conſtitutio juris gentium. Sic Apoſtoli, Regia poteſtas eſt conſtitutio rerum humanarum à Deo facta. Dein dicunt Apoſtoli, Magiſtratum ſupremum habere ἐξουσίαν τὴν μαχαίραν εἰς ἐκδίκησιν τῶν κακοποιῶν. Juriſconſulti verò poteſtatem gladii ad animadvertendum in facinoroſos homines. Ait Paulus, Magiſtratum ſupremum geſtare gladium coercitionis cauſa, hoc, fortè, ideo quia Princeps ſolus & quædam maximæ poteſtates, ut Præfectus Prætorio, & qui Vicariam præfecturam adminiſtrabant, ſedebant in cognitionibus habitum militarem induti, & cingulo militari cincti. Tum etiam quia poteſtas gladii & omnis coercitio criminis, legis fuit apud Romanos, non juriſdictionis neque Magiſtratus aiunt Apoſtoli, laudi bonorum non tantùm coercitioni improborum: Sic Juriſconſulti, bonos, inquiunt, non tantùm metu pœnarum, ſed præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Aiunt Apoſtoli omnem animam ſubjici. Gratianus ſub *Can. magnum z z, q. z*, ait omnibus Clericis præceptum eſſe à Petro: atqui Petrus ipſe initio Epiſtolæ ait ſe ſcribere ad omnes ſanctificatos in Chriſto. Aut ergo ex illis non ſunt Clerici, aut hoc præcepto continentur. Paulus dicit ſe omnibus ſanctis qui Romæ erant, ſcribere, id eſt Eccleſiæ Romanæ, quare aut ſanctorum appellatione non

cenſentur

cenſentur Clerici, vel illis quoque præceptum eſt ab Apoſtolo. Sed ingenuè agnoſcit Pelagius Papa ad Childebertum Regem Francorum, Clodovei filium, ſcribens: *Regibus* inquit, *nos eſſe ſubditos Sacræ Scripturæ præcipiunt. Can. fatagendum 23, q. 1.* De ſua & Pontificum Romanorum perſona loquebatur, cum ait Sacræ Scripturæ, hæc Apoſtolorum præcepta intelligit notiſſima, & quæ in omnium Chriſtianorum ore verſabantur. Longe ſecus ac Romani ſcriptores hujus ætatis qui publicè profitentur, Clericos non eſſe Regibus ſubditos. Secus etiam ac libellus aphoriſmorum Romæ probatus, qui aſſerit Clericos committere non poſſe crimen læſæ-majeſtatis in Principes temporales, quòd illis non ſint ſubditi. Quæ doctrina eſt peſtis & everſio rerum publicarum, quas cùm ex juſtitiæ regulis ſunt conſtitutæ, gratiſſimas eſſe Deo agnoſcunt etiam pagani ſolo lumine naturali edocti; quod illuceſcit omni homini venienti in hunc mundum. Quare ex Apoſtolorum duobus locis conjunctis, Regia, vel ſuprema poteſtas nihil aliud eſt quàm conſtitutio Dei, quâ omnes mortales juriſdictioni Regum ſubjiciuntur, in eam rem ut boni laudentur, improbi coerceantur. Hæc ſunt quæ ex jure divino ſumpta pertinent ad primum caput hujus controverſiæ. Codex Canonicus veteris Eccleſiæ veſtigia Apoſtolorum ſequutus eſt. Quòd enim Paulus Chriſtianos hortatur ut controverſiæ eorum, ſententiâ arbitrorum judicentur, id vetus Eccleſia tranſtulit in Clericos. Nec tantum id comprehenditur codice Eccleſiæ Catholicæ, ſed & codice veteri Romano. Hi duo codices præcipiunt ut à litibus inter ſe abſtineant Clerici: Si quæ oriantur, ad Epiſcopum eant, cujus ſuaſu arbitros eligant, quorum ſententia quod æquum & bonum ſit de controverſia eorum ſtatui, diſcant, antequam jure in foro congrediantur. Hoc præcipitur *Canone 9* Concilii Calcedonenſis, qui habetur utroque Codice & Eccleſiæ, & veteri Romano. Canonis verba Latina ſunt hæc in Codice Romano, *Si quis Clericus adversùs Clericum habet negotium, non deſerat Epiſcopum proprium, & ad ſecularia convolet judicia: ſed prius actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certè Conſilio ejuſdem Epiſcopi apud eos quos utraque pars elegerit, quæ ad litem pertinent, diſcutiantur. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correctionibus ſubjacebit. Quòd ſi Clericus habet cauſam adversùs Epiſcopum proprium, vel adversùs alterum, apud Synodum Provinciæ judicetur. Quòd ſi adversùs ejuſdem Provinciæ Metropolitanum Epiſcopus vel Clericus habet querelam, petat Primatem Diœceſeos, aut Sedem Regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & apud eum judicetur.* Hoc Canone jubentur Clerici de controverſiis inter eos natis, ad Epiſcopum ire. Nec tamen hoc Canone ulla fit imminutio Juriſdictionis Magiſtratus, ut docetur hâc voce, prius, quam ſi ex hoc Canone auferas, falſam ei aſſinges ſententiam & menti Eccleſiæ contrariam,

ut faciunt qui nihil ex hoc Canone citant præter hanc partem. *Si quis Clericus adversùs Clericum habet negotium, non deferat proprium Episcopum, & ad seculatia percurrat judicia.* Liberum itaque relinquit hic Canon de controversiis tantùm inter Clericos ortis factus, illis post sententiam arbitri, si ei stare noluerint, judicio coram Magistratibus contendere sine pœna & sine appellationis necessitate: quanto magis libertatem non adimit laïcis, de quibus nihil statuit, Clericos coram Magistratibus conveniendi. Hic Canon qui comprehensus est & codice Canonum Ecclesiæ universæ, & codice veteri Romanæ Ecclesiæ, usum Ecclesiæ Catholicæ nos docet usque ad codicem Gratiani. Burchardi enim & Juonis collectiones omitto, quia privatæ fuerunt, nec ex illis sunt unquam citati Canones. Hæc de actionibus civilibus quæ in Clericos exercentur, dicta sint. In criminalibus, codex Ecclesiæ primitivæ separavit etiam accusationes & crimina Ecclesiastica Clericorum à civilibus, *Can. 6 Concilii Constantinopolitani*, quod inter priora quatuor œcumenica secundum est. Hic canon summa cum prudentia constituit qui admitti ad accusationem Clericorum debeant, & qui rejici: simul etiam cognitionem de criminibus Ecclesiasticis Clericorum tribuit Episcopis, neque aliam præterea. Ejus sunt hæc verba: *Quoniam multi qui Ecclesiasticum ordinem confundere & evertere volunt, causas aliquas odiosè & calumniosè adversùs gubernatores Ecclesiæ orthodoxos Episcopos confingunt, nihil aliud molientes quàm ut existimationem de sacerdotibus impuram faciant, & tumultus in populis pacificis excitent: hac de causa placuit sancto Concilio Episcoporum qui Constantinopoli convenerunt, accusatores non recipi absque aliqua inquisitione, neque omnibus permittere ut Ecclesiæ gubernatores accusent, neque etiam omnibus prohibere. Si igitur aliquis privatam querelam adversùs Episcopum moverit, quòd ab eo fraudatus aut aliquid præter jus passus sit in hujusmodi accusationibus, non inquiratur neque de persona neque de Religione accusatoris. Oportet enim conscientiam Episcopi liberam esse, & eum qui se injuriâ affectum dicit, suum jus consequi, cujuscumque Religionis fuerit. Si autem crimen (ἐγκλημα) cujus accusatur Episcopus, fuerit Ecclesiasticum, tum accusatorum personas æstimare ac censere oportet.* Dein enumeratis personis quæ ab accusatione Clericorum repelluntur, sic ait: *Si verò aliqui neque aliquorum criminum accusati, neque damnati neque hæretici neque excommunicati fuerint, dicant autem se habere accusationem (κατηγορίαν) Ecclesiasticam adversùs Episcopum, hos sancta Synodus jubet instituere primùm accusationem coram omnibus provinciæ Episcopis, & coram illis arguere crimina Episcopi delati. Si verò Episcopi provinciæ crimina quæ intendantur, dijudicare non potuerint, tum accedant accusatores ad majorem Synodum Episcoporum*

illius Diœceſeos, qui hac de cauſa convocati fuerint. Accuſationem autem non inſtituant antequam ſcripto pari periculo ſe ſubjiciant, ſi inveniantur in accuſatione calumniosè egiſſe. Si verò ſpretis his quæ eo quo judicavimus modo, ſtatuta ſunt, auſus fuerit regias aures obtundere, & judicia Principum ſecularium, vel Synodum œcumenicam turbare, contumeliosè contemnens omnes ejus Diœceſeos Epiſcopos, hic omnino ad accuſandum non ſuſcipiatur, utpote qui injuriam infert Canonibus, & ordinem Eccleſiaſticum perturbat. Canon hic clarè accuſationes criminum Eccleſiaſticorum quæ à Clericis admittuntur, à cæteris diſtinguit, earumque cognitionem Synodo Epiſcoporum tribuit, neque quidquam ſtatuit de criminibus quæ cauſam continent publicorum judiciorum, ex quorum cauſa accuſandi unicuique ex populo poteſtas permiſſa eſt, & quibus publicis judiciis ſalus reipublicæ maximè continetur. Ait Canon Eccleſiaſticum (ἐγκλημα) crimen more juriſconſultorum qui dicunt delictum militare *l. 2. ff. de re militari*, cujus ſunt hæc verba: *Militum delicta ſive admiſſa aut propria ſunt, aut cum cæteris communia: unde & perſequutio aut propria aut communis eſt. Proprium militare eſt delictum quod quis uti miles admittit. Et in l. 6. ff. eo. Omne delictum eſt militis quod aliter quàm diſciplina communis exigit, committitur: veluti ſegnitiæ crimen, vel contumaciæ, vel deſidiæ.* Eandem loquendi formam ſequitur Concilium, & crimen Eccleſiaſticum vocat, quod contra diſciplinam Eccleſiæ committitur. Eadem eſt pœnarum differentia, aliæ enim Eccleſiaſticæ ſunt ſeu ſpirituales, aliæ verò temporales, illæ in Canonum, hæ in legum ſunt poteſtate. Criminibus Civilibus Canones non irrogant pœnas præter eas quas vocant pœnitentiales, ad forum Dei ſolummodò pertinentes, quamvis leges Principum qui nutritii, prætores, protectores, paſtores & Epiſcopi exteriores Eccleſiæ à Deo conſtituti ſunt criminibus Eccleſiaſticis pœnas ſtatuant, eo jure quo de rebus cæteris Eccleſiæ, leges facere poſſunt, adjuvandi, exequendi, defendendi juris divini & Canonici cauſa, cujus cuſtodia illis eſt à Deo mandata. Epiſcopi judices ſunt criminum Eccleſiaſticorum quæ pœnis Canonicis coercent. Quòd ſi gravitas criminis pœnam Canonicam ſuperet, degradatum reum Epiſcopus Magiſtratui tradit, pœnis legitimis quæ pares ſint crimini præterea puniendum, velut conſtituit Heraclius. Ut autem crimina & accuſationes Eccleſiaſticas diſtinguit Calcedonenſe Concilium à cæteris: Ita & Juſtinianus *Novella 83*, §. *ſi ramen*, quæ conſtitutio in codice Gratiani relata eſt *Can. ſi quis 11. q. 1.* Eâ conſtitutione Juſtinianus criminum Civilium & Eccleſiaſticorum differentiam ſequutus, in eadem genera dividit judices & pœnas, civiles ſcilicet & Eccleſiaſticas. Crimina civilia civitatem vel Rempublicam lædunt, ut furtum, homicidium, quorum criminum exquutio Ma-

gistratibus Reipublicæ data est. Ecclesiastica disciplinam Ecclesiæ laedunt, & eorum cognitio in Clericos administros Ecclesiæ pertinet, ut unusquisque de re sua cognoscat, ab aliena abstineat. Italia Novellas Justiniani cognovit ex interpretatione Juliani antecessoris, qui eas Latinas fecit. Sic autem hanc de qua loquor, constitutionem reddidit: *Si quis cum Clerico de criminali causa litigium habuerit, crimen autem sit civile, tunc competentes judices in hac civitate vel in provinciis interpellati, consentaneum legibus terminum causis imponant. Sin autem crimen Ecclesiasticum est: tunc secundum Canones ab Episcopo solo causæ examinatio & pœna procedat.* Coercet hæc Novella Episcopi jurisdictionem intra certos fines, ut cognoscat de crimine Ecclesiastico quod admisisse dicitur Clericus pœnâ Canonicâ puniendus. Quare ut cognitio criminalis Episcopi Canonibus conveniat, necesse est ejusdem generis sint judex, reus, crimen, pœna, scilicet hæc omnia Ecclesiastica esse debent. Accusationum verò criminum privatorum, quæ ab iis instituuntur qui suum dolorem suamve injuriam persequuntur, Concilium Constantinopolitanum parte primâ Canonis sexti meminit, sed earum cognitionem præcisè Synodo non tribuit. Mens enim & sententia Concilii cum jure Romano concordat, quo hujusmodi accusatores accusationes coram Episcopis instituere possunt, sed inviti non coguntur. Quòd refert constitutio Græca Justiniani *lib. Διεπέμψαν μοι α C. de Episc. aud.* quæ de foro Clericorum qui accusantur facta, ferè per omnia imitatur Canonem 6 Concilii Constantinopolitani tam in gradibus Episcoporum & Synodorum constituendis, quàm in distinctione criminum Ecclesiasticorum à civilibus. Hujus legis §. ταῦτ δὲ αἰτιάσεως hæc sunt verba: *Has autem actiones si quidem ad Ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore jubemus ut à solis Religiosissimis Episcopis, aut à sacris Synodis, aut à sanctissimis Patriarchis cognoscantur. Si verò sit civilium rerum controversia, volentes quæstionem apud antistites instituere patiemur, invitos tamen non cogemus, cum judicia civilia sint, si ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere.* Ostendi ex jure divino, ex Canonibus primitivæ Ecclesiæ, & constitutionibus Justiniani, cognitionem rerum secularium Clericis non competere, item criminum Ecclesiasticorum, quorum Clerici accusantur, cognitionem Episcopis esse Canonibus & legibus tributam, cognitionis verò de criminibus privatis Clericorum, Episcopos non esse competentes judices, nisi ex consensu accusatorum. Criminum autem publicorum, de quibus mihi restat dicendum, cognitionem nulla lex, nullusque Canon vetus tribuit Episcopis. Hoc enim contra rationem juris Romani fuisset, quia nulli judices, nullæ pœnæ, nullique accusatores horum criminum in foro Ecclesiastico reperiuntur, quod mihi sigillatim probandum est. Primùm

quod attinet ad judices, ſi quis eſt qui exiſtimet criminum publicorum quibus in Rempublicam peccatur, coercitionem Epiſcopis datam fuiſſe, quam ne quidem Magiſtratibus ſuis ut Magiſtratibus committebant, ei certè non ſatis eſt perſpecta Romanorum veterum ſapientia. Solebant enim ex ſapientum præceptis, in criminum coercitione maximam poteſtatem legi, minimam verò Magiſtratibus tribuere. Duo ſunt coercitionum genera : aliud mulcta dicitur, quæ eſt in judicantium arbitrio, aliud pœna quæ legitima eſt. Primùm nec mulctæ ipſius dictio olim aliis quàm Conſulibus data eſt, lege Atinia Magiſtratibus urbanis communicata fuit. Republicâ in principatum versâ, mandatis Principum data fuit Magiſtratibus provincialibus & municipalibus. Sed & hodie ex jure Juſtinianeo plures Magiſtratus limitatam non plenam habent mulctæ dictionem, teſte titulo Codicis de modo mulctarum quæ à judicibus infliguntur : pœnæ verò omnes capitis, famæ, pecuniæ, legitimæ fuerunt. Quare mulcta dicitur & infligitur à judice : pœna dicitur à lege, irrogatur ab eo cui criminis ſive delicti exequutio competit *l. 131. l. 244. ff. de verb. ſignif.* Sed & Magiſtratus qui cognoſcit de crimine, de facto tantùm cognoſcit, an Titius Mævium occiderit, de pœna non pronuntiat : quòd ſi pronuntiet, inanis eſt illa pronuntiatio, pœna enim irrogabitur legis non ſententiæ auctoritate. Nam ut Papinianus ait, *facti quidem quæſtio eſt in arbitrio judicantis, pœnæ autem perſequutio non ejus voluntati mandatur*, ſed legis auctoritati reſervatur. *l. 1. §. quorum ff. ad SC. Turpil.* Quare etiam à pœna non appellatur, à lege enim, quæ de pœna pronuntiat, provocatio non eſt. Quòd ſi Magiſtratus cognoſcens, de pœna ſtatuere non poteſt, quo jure Epiſcopus de ea pronuntiabit? Hodie quoque ex jure Juſtinianeo pœnæ capitales quibus vita, libertas, civitas amittitur, à lege conſtitutæ, immutari arbitrio judicantium non poſſunt, *l. ordo. ff. de publicis judiciis.* Confiſcandi etiam poteſtas non niſi maximis judicibus data eſt *tit. cod.* ne injuſſu Principis liceat certis judicibus confiſcare. Pœnæ quoque non capitales, arbitrariæ quidem ſunt, non tamen plenum illarum & liberum arbitrium habent judices, ſed legitimæ pœnæ quodammodo adſtrictum. Cùm enim plures gradus ſint pœnarum, eæque pœnæ omnino temporales, capitis, famæ, damni pecuniarii : omnes ſunt extra poteſtatem liberam Magiſtratus : qui ſi à legitima recedat, proximas legitimæ eligere debet, ſive ad ſeveritatem ſivè ad lenitatem declinans. *Hodie*, inquit Juriſconſultus, *licèt ei qui extra ordinem cognoſcit de crimine, quam vult ſententiam ferre vel graviorem vel leviorem, ita tamen ut utroque modo rationem non excedat. l. hodie. ff. de pœnis.* Sed & alibi Juriſconſultus ſic ait, *in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento ſubſe-*

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. ANN. 1606.

qui. l. perſpiciendum, ff. de pœnis. Hoc verò arbitrarium diſcedendi à legitima pœna, & aliam ex proximis pœnis eligendi, ad eum tantùm pertinet cui legitimæ irrogatio competit, cùm ſit illud arbitrium electio unius ex pluribus pœnis temporalibus, quarum nulla eſt in arbitrio Epiſcopi. Nec tantùm in pœnis lex ita dominatur, verumetiam cognitio ipſa facti quæ à lege datur, non datur Magiſtratui ut Magiſtratui, ſed ut cuilibet, cum etiam privato dari poſſit: Definitio enim juris Romani eſt, criminum publicorum coercitionem non eſſe juriſdictionis neque Magiſtratus, ſed legis quæ dat eam non ut partem Juriſdictionis Magiſtratus, ſed ut merum imperium quod commiſſionem forenſi verbo nuncupamus. *L. 3. ff. de Juriſdict. omn. jud. Cujacius Obſervat. lib. 21. cap. 30.* Quòd ſi ſola facti cognitio de crimine publico quod Clericus admiſit, non eſt pars juriſdictionis Magiſtratus, quâ ratione pars cenſebitur miniſterii Epiſcopalis? Quòd ſi criminum publicorum coercitio eſt in poteſtate legis ſolius, quæ unquam conſtitutio vel gratia & ambitione impetrata contra Canones Eccleſiaſticos, ut Imperatorum verbis utar, Clericos ſolvit legibus & poteſtate Principis? Quare nullus eſt judex in foro Eccleſiæ cui poteſtas data ſit coercendi crimina publica, ſed nec ullæ ſunt pœnæ in eo foro quæ illis criminibus coercendis conveniant. Epiſcopi enim ſecundùm Canones judicare debent, & pœnas Canonicas infligere. Neque verò codice primitivæ Eccleſiæ, neque codice veteri Romano ulla pœna eſt conſtituta criminibus publicis quibus Reſpublica violatur, ſed quæ ſunt iis codicibus pœnæ comprehenſæ, delictis Eccleſiaſticis ſolùm imponuntur. Pœnas ſanè Concilium Ancyranum *Can. 15. & 16.* impoſuit quibuſdam criminibus publicis, ſed pœnitentiales qui auctoritati Magiſtratuum derogare non poſſunt, ut nec juriſdictio quæ dicitur pœnitentialis confeſſarii dati morte damnato, ſententiæ exequutionem impedire poteſt. Sed nec ullus accuſator criminum publicorum in foro Eccleſiaſtico invenitur: accuſationes enim & crimina aut publica aut privata ſunt. Publicas accuſationes inſtituere olim cuique ex populo poteſtas data eſt, unde publicorum judiciorum nomen deſcendit. Nunc verò hoc munus datum eſt in foro ſeculari, procuratori Regio vel fiſcali, quale nullum eſt munus in foro Eccleſiaſtico conſtituturn. Nam qui Promotor dicitur, utilitatis Cleri vel diſciplinæ Eccleſiæ defenſor eſt, non juris Reipublicæ, cujus defendendæ munus ei non dedit Epiſcopus, nec verò dare potuit. De Republica enim ſtatuere Regum eſt, non Epiſcoporum. Ideo Promotor ab Epiſcopo conſtitutus jus Reipublicæ in judicium deducere non poteſt, cujus utilitatis potiſſimum ratio haberur in accuſarionibus quæ ex cauſa publicorum judiciorum deſcendunt, cùm etiam Reſpublica omnium princeps & domina in foro ſuo & coram ſuis Magiſtratibus de ſuo jure litigare debeat.

Digitized by Google

Quare in foro Eccleſiaſtico nec judex, nec pœna, nec accuſator publicorum criminum reperitur, quæ omnia ſunt ad eorum coercitionem neceſſaria. Hæc de accuſationibus publicis. Privatarum meminit prima pars Canonis ſexti Concilii Conſtantinopolitani, quem ſupra retulimus. Eas volentes accuſatores in Clericos inſtituere, poſſunt in foro Epiſcopi, ut & actores actiones civiles, nec poſſunt cleri accuſati vel vocati, fori præſcriptionem objicere, *Can. 15 Concilii Carthaginenſis.* Hic Canon codice veteri Romanæ Eccleſiæ continetur, ex quo codice majores noſtri quandoque Canones citaverunt: & ſic habet, *item placuit ut quiſquis Epiſcoporum vel Presbyterorum & Diaconorum ſeu Clericorum, cùm in Eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel civilis actis fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia locum ſuum amittat, & hoc in criminali actione: in civili verò perdat quòd evicit ſi locum ſuum obtinere maluerit.* Hujus Canonis ſanctiſſima mens eſt quæ mihi aperienda eſt, ne quis hoc Canone ad imminuendam auctoritatem Magiſtratuum civilium abutatur. Ait Seneca latiorem eſſe officii quàm juris regulam; huic ſententiæ addi poteſt, latiorem eſſe officii Eccleſiaſtici quàm cujuſvis alterius regulam: majorem enim ſanctitatem & Innocentiam Clerici in contractibus ſuis & tota vita præſtare debent, quàm Laïci, ex jure divino & Canonibus. Quòd crimen non eſt pagano, pro crimine habebitur in milite ſeculi. Juriſconſultus ait, *quædam delicta pagano aut nullam aut leviorem pœnam irrogant: militi verò graviorem: nam ſi miles artem ludicram fecerit, vel in ſervitutem ſe venire paſſus eſt, capite puniendum. Menander ſcribit l. quædam 14. ff. de pœnis.* Quare in foro ſeculari ex legibus civilibus abſolvendus Clericus, in foro Eccleſiæ quæ ex lege divina judicat, damnari debebit. Idcirco in cauſa criminali vel civili vocatum Clericum ad forum Eccleſiæ reſpondere jubet Synodus, quamvis actor ver accuſator in eo agere vel accuſare non cogatur. *L. διατάξομεν unde vex C. de Epiſcop. aud.* Sed nec reus Clericus in cauſa civili, poſt arbitri inter Clericos accepti ſententiam, prohibetur jus publicum invocare & ad Magiſtratum ire, ex Canone nono Concilii Calcedonenſis, qui ſupra relatus eſt. Quare concordantia ſunt inter ſe jus Canonicum veteris Eccleſiæ Catholicæ, & Juſtinianeum, quorum de foro Clericorum accuſatorum hæ ſunt definitiones certiſſimæ: Accuſationum Eccleſiaſticarum Epiſcopos eſſe competentes & neceſſarios judices: civilium privatarum incompetentes eſſe, niſi ex conſenſu accuſatorum: publicarum prorſus & omnino eſſe incompetentes. A temporibus Juſtiniani latæ ſunt de ea re duæ conſtitutiones, altera Heraclii Imperatoris quæ in collectione juris Orientalis habetur, altera Federici Imperatoris in Occidente, quæ in codicem

Juſtiniani relata eſt. Heraclii conſtitutio ad Sergium Patriarcham Conſtantinopolitanum ſcripta, duo capita præcipua continet. Priore actionum civilium earum quæ ſunt pecuniariæ (χρηματιστικαι) adversùs Clericos motarum cognitionem Epiſcopis tribuit, quo in loco pecuniæ verbum propriâ & ſtrictâ ſignificatione accipitur. Cujus capitis ratio eſt quòd earum controverſiarum quæ merè perſonales ſunt putavit Heraclius judicium facilius eſſe, neque juris civilis cognitione admodum indigere, cujus perfecta cognitio Epiſcopo non eſt ſatis conveniens. Quòd etiam ſervatum fuiſſe tempore Gratiani arguit, quòd ipſe ex prædiorum poſſeſſionibus Clericos Imperatorum poteſtati ſubjicit 2. *parte* 1. *q.* 2. ex ſententia Auguſtini *Can.* 1. *diſtin.* 8. quam à majoribus acceptam regulam Carolus Quintus Rex Francorum, qui Sapiens cognominatus eſt, retulit in librum juſſu ejus factum, & *Somnii Viridarii* nomine inſcriptum, qui olim decreto Curiæ Pariſienſis Julii ſecundi Pontificis temporibus typis excuſus eſt : hiſque verbis concipitur regula, Eccleſiam Gallicanam in temporalibus Regi ſubeſſe. Huic juri Heraclii convenit & conſtitutio Franciſci primi Regis Franciæ qui edicto lato 1535, Clericos ad forum Epiſcopi remitti jubet in actionibus merè perſonalibus, hoc eſt pecuniariis nihil realitatis habentibus, ut forenſi verbo utar. Altero capite conſtitutionis Heraclii, quod eſt de foro Clericorum accuſatorum, limes ille poſitus Canonibus & legibus inter utrumque forum, qui ſeparat crimina Eccleſiaſtica à civilibus, non eſt ſublatus neque motus verbis vel ſententia conſtitutionis : ſed tantùm Patriarchæ Conſtantinopolitani jus auget, & aliorum Epiſcoporum minuit. Statuit enim ut de Clericis qui Conſtantinopoli reperientur, & rei fient criminum, cujuſcumque fuerint illi diœceſeos, cognoſcat Patriarcha Conſtantinopolitanus, & eos pœnis Canonicis coerceat ; quæ ſi pares criminibus non fuerint, Clericos depoſitos magiſtratui tradat pœnis legitimis puniendos. Non omnium criminum dicit accuſatos Clericos ad forum Patriarchæ Conſtantinopolitani pertinere, ſed ſimpliciter criminum accuſatos, quòd intelligendum ſecundùm regulam utriuſque juris, eorum ſcilicet de quibus cognoſcit Epiſcopus. Quare neque expreſsè neque tacitè limes utriuſque fori motus fuit. Expreſſis autem verbis in tanta re & tam magna juris mutatione, opus fuiſſet. Dein jubet ſecundùm Canones reum judicari quibus nullæ criminibus civilibus ſunt impoſitæ pœnæ, ut dictum eſt. Si Eccleſiaſtici criminis gravitas pœnas Canonicas ſuperet, ut interdum accidere poteſt, judici ſeculari tradi jubet reum depoſitum, ut ſecundùm leges, quæ pœnas irrogant criminibus civilibus & Eccleſiaſticis, coerceatur. Federici verò Imperatoris conſtitutio jus novum non facit, imò vetus confirmat. Vetat enim ne Clerici, tam in cauſa civili quàm in criminali, ad forum ſeculare

ſeculare trahantur contra Canonicas ſanctiones & Imperiales conſtitutiones. Itaque nullo modo veteri juri Canonico & Juſtinianeo quòd factum eſt, de foro accuſatorum Clericorum derogatum eſt vel Heraclii Orientis, vel Federici Occidentis Imperatorum conſtitutionibus. Nunc dicendum mihi quo colore Epiſcopi ab antiquis temporibus ordinem judiciorum ſecularium in his cognitionibus turbarunt. Quæſitus fuit color ab exauctoratione Clericorum damnatorum quam facere ſolebant Epiſcopi. Qui mos neque ex codice primitivæ Eccleſiæ Catholicæ, neque ex veteri codice Romanæ Eccleſiæ deſcendit. Sed ex conſtitutionibus Imperatorum exauctoratio militatis in Eccleſiam eſt propagata. Quibuſdam pœnis coerceri milites non poterant niſi exauctorati, *l. pœnæ l. proditores. ff. de re militari.* Eundem honorem conſequuti Clerici ſunt, quem Juſtinianus illis conſervat, Novellâ 83, ſed ita ut Clerici jam damnati darentur Epiſcopo exauctorandi. Eâ re factum ut cauſa non cognita exauctorationem renuerent Epiſcopi, ni probationum criminis inſpiciendarum potéſtas eis fieret, quibus editis acta minus ſolemniter facta interdum cauſabantur, & criminum coercitio eludebatur. Cui malo ut mederetur Juſtinianus, conſtituit Novellâ 131, ut Magiſtratus ante condemnationem Clerici, acta cauſæ Epiſcopo ederet, qui ſi ea minus ſolemnia eſſe diceret, uterque & judex & Epiſcopus ad eum de cauſa litteris referrent, ut quòd illi æquum eſſet viſum, ſtatueret. Hæc eſt poſtrema Juſtiniani conſtitutio de ea relata, ſub cujus obſervatione nata Sereniſſima Reſpublica libera & ſui juris, hoc jus primum vidit, & deinceps perpetuò ſervavit. Nam ſublatis Magiſtratibus Imperii Romani, delectis nobilibus viris mandavit ut vocato cùm opus eſſet Epiſcopo, cognoſceretur de criminibus Clericorum, & eo præſente cognitionis ipſius acta fierent, ut ad jus Juſtiniani quàm proximè accederet. Quamvis & illud gratiâ & ambitione datum Epiſcopis contra Canones videri potuiſſet, ut Imperatorum verbis utar, in *l. privilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ. Pragmaticas*, inquit, *ſanctiones quæ contra Canones Eccleſiaſticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ ſunt, robore ſuo & firmitate vacuatas ceſſare præcipimus.* Quare jus illud Juſtiniani potius abrogatum oportuit ut ſancti Canones primæ Eccleſiæ planè vigerent, quibus prohibitum eſt, ut & jure divino, ne Epiſcopi rebus ſecularibus, ſivè civiles ſivè criminales ſint, ſe immiſceant. Neque enim Juſtinianus hâc Novellâ diſtinctionem criminum Eccleſiaſticorum & civilium ſuſtulit, imò potius conſervavit. Nam eâdem Novellâ permittit Epiſcopos ipſos ex auctoritate tamen Principis, ad Magiſtratus ſivè civiles ſive militares produci, & coram illis exhiberi. Quod non niſi, quantùm ad crimina attinet, in civilibus criminibus fieri debet. Hujus capitis verba apud Julianum anteceſſorem ſunt hæc: *Nullus Epiſcopus neque pro civili neque pro*

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. Ann. 1606.

criminali cauſa apud quemvis judicem ſivè civilem ſive militarem producatur vel exhibeatur, niſi Imperialis juſſio præceſſerit. Quam conſtitutionem Italia cognovit ex Juliani interpretatione, dein ex codice Juſtinianeo, in quem Irnerius eam tranſtulit. Neque Italiæ neceſſe fuit eam cognoſcere ex falſo quod perpetravit in ea Gratianus, vel is quem Gratianus ſequutus eſt, *Can. 8. 11. q. 1.* ubi hæc verba (*niſi Imperialis juſſio præceſſerit*) conſtitutioni adimuntur. At Gregorius XIII Pontifex Novellam reſtituit conſtitutione ſuâ recognitioni Romanæ præpoſitâ, quæ ſic ait, *Jubemus ut quæ emendata & repoſita ſunt omnia, quàm diligentiſſimè retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur aut imminuatur.* Reddita verò eſt Novellæ integritas ſua, cùm Gregorius juris peritiſſimus in ora libri lectorem remittit ad codicem Juſtiniani, ubi integra legitur. Eodem modo reſtitutionis uſus eſt ad *Can. 5. 11. q. 1.* in ſananda depravatione reſcripti Imperatorii ad Præfectum auguſtalem, quod cùm de foro Clericorum factum ſit, integrum hic adjiciam, *Continuâ lege ſancimus nomen Epiſcoporum, vel eorum qui Eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ne ad judicia ſive ordinariorum, ſive extraordinariorum judicum pertrahatur: habent illi ſuos judices, nec quiſquam his publicis commune cum legibus, quantum ad cauſas tamen Eccleſiaſticas attinet, quas decet Epiſcopali auctoritate decidi. Quibuſcumque igitur mota fuerit quæſtio quæ ad Chriſtianam pertineat ſanctitatem, eos decebit ſub eo judice litigare qui præſul eſt in ſuis partibus omnium ſacerdotum, Optate chariſſime & jucundiſſime. Quare laudabilis auctoritas tua arbitrio temperato quidquid negotiorum aliunde incidet terminabit, habituro Pontificium ſacræ diſceptationis Timotheo Epiſcopo, quem ſibi omnes etiam ſuo judicio prætulere.* Quare reſtitutiones harum conſtitutionum à Gregorio XIII Papa factæ teſtes ſunt æquitatis quam ſereniſſima Reſpublica coluit in retinendo jure antiquo, quod & ipſi Papæ integritati ſuæ dum reddunt ſimul etiam probant & quodammodo ejus uſum reſtituunt. Nec verò jus illud antiquum Italiæ proprium, ſed illi cum Gallia commune fuit. Utebatur illa codice Alarici Regis Gothorum auctoritate collecti, ſubjecta ſingulis legibus interpretatione Aniani, ut ipſe Alaricus teſtatur in commonitorio quod codici præpoſuit cum hac inſcriptione: *Incipit lex Romana:* quo commonitorio monet ſuum codicem ab Epiſcopis ipſis & cæteris Provincialibus probatum & receptum. Subjecerat ſingulis legibus Anianus interpretationem, & ubi nihil habuit quod diceret, hæc verba legi ſubjunxit: *Hæc lex interpretatione non indiget.* His notis diſcerni poſſunt leges illius codicis à cæteris codicis Theodoſiani in novis editionibus quæ illas ſimul cum cæteris codicis Theodoſiani legibus complectuntur. Separatim editus fuit hic codex Alarici Baſileæ anno 1528, ſub nomine Codicis Theodoſiani. Quòd

pars Galliæ uteretur hoc Codice, jamdudum dicta eſt patria juris ſcripti. Sed tota Eccleſia Galliarum hoc jure utebatur teſte Ripuariorum Francorum veteri lege, quæ ait Eccleſiam Romanam lege vivere, teſte etiam Hincmaro Epiſcopo Rhemenſi, qui citans Romanam quandam legem, hæc verba ſubjungit, hæc lex interpretatione non indiget: quod argumentum eſt eum legem ex codice Alarici citare. Comprehenditur hoc codice Valentiniani Novella de foro Clericorum, cui Anianus ſubjecit hæc verba: *Si quis laicus Clericum ſive in civili ſive in criminali negotio per auctoritatem judicis ad publicum provocaverit, pulſatus ſine dilatione reſpondeat. Epiſcopus etiam & Presbyter ſive pro pervaſione rei alicujus, ſive pro quibuſcumque gravibus injuriis ad judicium fuerint provocati, licèt in criminalibus cauſis per alium nulli liceat reſpondere, Epiſcopis tamen & Presbyteris hâc lege teſtatur, ut in talibus cauſis miſſo procuratore reſpondeant, ſine dubio ut ad eos redeat ſententia judicati. In reliquis verò criminalibus cauſis ubi de ſcelere perſona convincenda eſt, ſuam in judicio præſentiam exhibere procurent. Quòd ſi tertio conventi per exequutorem ad judicium venire noluerint, ſententiam excipient contumacis.* Commonitorio Alarici codici præfixo ſubjungitur, hunc codicem denuo publicatum fuiſſe, ut ex illo jus diceretur anno vigeſimo Caroli Regis Francorum & Longobardorum, Patricii Romanorum. Quare ut Italia & Gallia eodem imperio continebantur, eodem quoque jure utebantur, quantùm pertinet ad forum Clericorum accuſatorum. Hoc autem jus idem erat cum jure Canonum primitivæ Eccleſiæ univerſalis Juſtinianeo, cui in hac re non eſt derogatum codice veteri Romanæ Eccleſiæ, quo jure Eccleſiæ ſuburbicariæ Romano Epiſcopo ſubjectæ uſæ ſunt uſque ad codicem Gratiani, qui agit de foro Clericorum undecimæ cauſæ quæſtione primâ. A qua quæſtione ſi detrahas ea jura quæ gentibus exteris tribuuntur, & ad Italiam non pertinent, falſa jura rejicias, depravata emendes, ſecundùm juſſum Gregorii XIII, nihil ſupererit juri antiquo contrarium. Maximè verò ſi Canonem ſextum Concilii Conſtantinopolitani, qui codice primitivæ Eccleſiæ continetur, addas huic quæſtioni, qui omiſſus eſt ab Eccleſia Romana duabus de cauſis. Prior eſt quia cognitionem criminum Eccleſiaſticorum tribuit Synodis provinciarum, quam cognitionem Pontifex Romanus ſibi vindicat. Poſterior quia ſummam judiciorum poteſtatem tribuit Synodis Diœceſeon ſecundùm antiquam Eccleſiæ conſuetudinem quam refert Juſtinianus *l. διατίζομεν μόνον. C. de Epiſcop. aud.* à majoribus, ſcilicet, traditum eſſe à Patriarchis Diœceſeon non appellari, à quibus appellari ſe debere Papa contendit, quo jure hodie utimur. Quæ ſequutæ ſunt Gratianum decretales Epiſtolæ, non recipiuntur, quantùm attinet ad forum Clericorum à Princi-

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. Ann. 1606.

pibus qui eas rejecerunt, vel contrario uſu vel contrariis conſtitutionibus. Quare rectè Venetia retinuit jus vetus quo publicorum judiciorum, etiam in accuſationibus contra Clericos inſtitutis, Epiſcopi non ſunt judices competentes.

Venio ad ſecundum caput controverſiæ quæ eſt inter ſanctitatem Pauli quinti & Sereniſſimam Rempublicam. Illud eſt de Senatusconſulto quo prohibitum eſt ne novæ Eccleſiæ ædificentur ſine Senatus aſſenſu. Quæ quæſtio ab alia tanquam ſuperiore pendet, utrum Clerici ordinari poſſint ſine electione & conſenſu Eccleſiæ totius, Magiſtratuum & ſummi Principis. Si enim hoc fieri prohibent Canones, ſimul etiam ſequetur multò minus novas ſocietates, corpora, Collegia Clericorum ordinari poſſe vel creari in civitate ſine eorum conſenſu, vel foris ordinata & compoſita in alienam civitatem & Rempublicam mitti. De qua quæſtione mihi differendum eſt eo quem propoſui ordine, ex jure divino, Canonico veteris Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Juſtinianeo. Quòd ad jus divinum attinet, ſatis conſtat ex actis Apoſtolorum, electionem Clericorum ordinandorum, Eccleſiæ fuiſſe, conſecrationem verò Epiſcopi & totius Presbyterii. Hoc obſervari poteſt in electione quam fecit Eccleſia, Apoſtoli, Presbyterorum in unaquaque civitate, & Diaconorum, quos locos Scripturæ omnibus notos non recenſebo. Ab hoc tam ſancto jure non receſſit Canonicum, quòd etiam teſtimoniis Pontificum Romanorum probari poteſt. Imperium Romanum diviſum erat in civitates & Reſpublicas, quarum territoria, ut Geometrarum verbis utrar, totum ſolum Imperii complebant ut nihil præterea ſupereſſet. Unaquæque civitas ſuam habebat Eccleſiam, ſuum Presbyterium cui præerat Epiſcopus. Quare regula eſt juris Apoſtolici, unamquamque civitatem ſuum Presbyterium habere debere, quæ deinceps in Canonibus Eccleſiæ & conſtitutionibus Imperatorum his verbis eſt concepta: unaquæque civitas Epiſcopum ſuum habeto. Conſtabat verò civitas ex pluribus ordinibus, primùm ordine Decurionum ſive curialium cui præerant Magiſtratus municipales, judices ſcilicet civitatis, ordine honoratorum, id eſt, eorum qui honores in civitate geſſerant, dein tribus ordinibus in quos etiam hodie multarum gentium populi dividuntur, ii ſunt Clerus, poſſeſſores, & plebs. Nobiles enim eſſe quos poſſeſſores jura vetera vocant, indicant plures Epiſtolæ Gregorii primi ad poſſeſſores Siciliæ ſcriptæ. Hi ordines varie collocati modo Rempublicam ſub Magiſtratibus municipalibus, modo Eccleſiam ſub Epiſcopo efficiunt. Nulla ſanctior actio in politia Eccleſiæ celebratur præter conventus Eccleſiæ, ordinandorum Clericorum cauſa ab Epiſcopo convocatæ. Statо tempore & ſolemni, poſt publicas ad Deum preces & jejunia, ordines Eccleſiæ conveniebant: ii quorum jam nomina palam fac-

ta, quique jam à viris peritis examinati erant, proponebantur. Orationem habebat ad Eccleſiam Epiſcopus, quâ ordines hortabatur ad electionem ordinandorum ſincerè tanquam Deo coram, teſte & judice metuendo faciendam, cujus rei formulam exhibuit Clemens octavus Papa in Pontificali Romæ edito. Sententias de ſingulis qui proponebantur cooptandi, ordines Eccleſiæ dicebant. Sed prima fuit ſententia ordinis Magiſtratuum & Decurionum, qui ſimpliciter in jure ordo dicitur. Ex omnium ordinum conſenſu ſeu conniventia decretum totius Eccleſiæ de admittendis ad ordinationem pronuntiabatur, electionem conſecratio ſequebatur, poſtremò gratiis Deo actis, comitia dimittebantur. Hæc ſorma ordinationis ex variis juris locis colligitur, unico contentus ero, qui eſt in codice Gratiani, *Can. 6, diſtin. 24*, ejus verba ſunt: *Epiſcopus ſine Concilio Clericorum Clericos non ordinet, ita ut civium aſſenſum & conniventiam quærat.* Conniventia verò eſt conſenſus ejus qui non contradicit. Verbum hoc, cives, & alibi, populus, non eſt ὄχλος, turba, *Can. 23.* Concilii Laodicenſis, quo abutuntur qui laïcos ab electionibus Clericorum ejiciunt. Populus in ſacris Canonibus & in jutis locis eſt civitas ſeu Reſpublica quæ ſine Magiſtratibus nec eſſe nec intelligi poteſt, cùm primum locum in civitate teneant. *Populus*, ait Cicero in libris de Repub. referente Auguſtino, *lib. 19 de Civitate Dei, cap. 21. Eſt cœtus multitudinis, juris conſenſu & utilitatis communione ſociatus.* Magiſtratus, qui primi ſunt in civitate & populo primam ſententiam ferunt, quia mores ordinandorum magis ſcire & cognoſcere poſſunt. Hi Magiſtratus Principis perſonam ſuſtinent qui per eos eligit ordinandos. Noviſſimum jus hanc formam electionis etiam agnoſcit, ut ex oratione Epiſcopi ad ordines manifeſtum ſit, quæ eſt in Pontificali Clementis octavi. Hæc eſt igitur Eccleſiæ univerſalis regula à Leone primo Papa pronuntiata in Epiſtola ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, quæ eſt in codice Romano veteri: Sic autem concepta eſt, Nullus invitis & non petentibus detur Epiſcopus, ille omnibus præponatur, quem Cleri plebiſque conſenſus concorditer elegerint. In codice quoque Gratiani, Papa Nicolaus primus ad Epiſcopum Ravennatem, *Can. 13, diſt. 63*, ſic ait: *Epiſcopos non conſeceres niſi poſt electionem Cleri & populi: & Can. 26, diſtin. eâdem*, Cæleſtinus Papa ad Epiſcopos Galliæ ſic ſcribit, *Cleri, plebis, & ordinis conſenſus & deſiderium requiratur in ordinatione Sacerdotum.* Iterum Leo I Papa, in codice Gratiani, *Can. 27, diſtin. 63. Vota civium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum, in ordinationibus Sacerdotum expectantur. Per pacem & quietem Sacerdotes qui præfuturi ſunt, poſtulentur, teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis.* Hoc verbum (ordo) eſt Decurionum qui eſt Senatus civitatis, cujus principes ſunt Magiſtratus ſeu Duumviri. Atqui hæc

CONSULTATION POUR LA REPUBLIQUE DE VENISE. Ann. 1606.

regula non eſt ſpecialis de electionibus Epiſcoporum, ſed generaliter ad omnes ordinationes Clericorum pertinet, quæ his verbis Leonis Papæ ſic concipitur, *Nullus invitis & non petentibus detur Clericus.* Nec verò tantùm in electionibus Clericorum ſingulorum Princeps per Magiſtratus conſenſum adhibebat, verumetiam generalibus conſtitutionibus, quos rejici vellet, ſtatuebat. Superius dixi unamquamque civitatem ſuum habuiſſe Senatum qui ſimpliciter ordo dicebarur, cæteri nomine plebis ſeu populi compreheníi aut cives erant origine, non tantùm domicilio, & hi propriè cives ſeu municipales dicebantur, aut domicilio ſeu incolatu ſolo, qui incolæ dicuntur, teſte titulo ad municipales & de incolis. Ex his Conſtantinus ſanctiſſimus Imperator quos repelli vellet ab ordinationibus, conſtituit duabus legibus quæ in codice Theodoſiano habentur, una ad Baſſum, altera ad Ablavium Præfectos prætorio. Primùm curiales, id eſt, Senatores civitatis repellit, dein eos qui origine cives erant ſive divites ſive pauperes, tum etiam incolas divites, ſolos incolas pauperes ad ordinationes admittit, quia aliorum perſonæ & fortunæ muneribus perſonalibus & patrimonialibus civitatum neceſſariæ erant. Hæc ſunt jura ſupremorum Principum in electionibus & ordinationibus Clericorum. Sub Imperatoribus Occidentis hoc jus conſervatum eſt. Anſegiſus enim Archiepiſcopus Senonenſis, qui ſecundus Papa Galliæ & Germaniæ dictus eſt, ob legationem Romanæ Sedis, quâ in his regionibus fungebatur, conſtitutiones Caroli magni collegit, quarum una eſt quâ prohibetur ne quis Clericus vel Monachus fiat ſine ejus conſenſu, non abſimilis Sereniſſimi Ducis Veneti, & Senatus decreto. Ejus conſtitutionis verba ſunt hæc: *De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut prius hoc non faciant, quàm à nobis licentiam poſtulent, hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam ex cauſa devotionis hoc feciſſe, quàm pro exercitu ſeu pro alia regali functione fugienda. Quoſdam verò cupiditatis cauſâ ab his qui res illorum concupiſcunt, circumventos audivimus, & hoc ideo fieri prohibemus.* Cùm ait ſervitium Dei, idem cum antiquis Imperatoribus dicit, qui ſub his verbis, λατρείᾳ θεῦ intelligunt Clericatum & Monachiſmum. *l.* διατάξομεν *53.* §. πρὸς τούτοις. C. *de Epiſ. & Cler.* Atqui conſtitutiones Caroli magni in Italia ſervabantur, teſte Leone quarto Papa ad Lotharium Auguſtum ſcribente, *Can. de capitulis, diſtin.* 10. Omittere verò non poſſum conſtitutiones Imperatorum quibus jubent ut Clerici ordinandi ſumantur ex eadem civitate, imò ex eodem vico in cujus Eccleſia ſunt collocandi, *l. in Eccleſiis. 21. C. de Epiſc. & Cler.* nec etiam tot Novellas Juſtiniani præterire poſſum quibus ſtatuit ut determinatus ſit numerus Clericorum, quarum legum plurimæ factæ ſunt adverſùs typhum Epiſcoporum, qui hoc immenſo Clericorum numero dignitatem & potentiam ſe augere putabant, ut ait Zoſimus

Papa in Epiſtola ad Epiſcopum Salonitanum, quæ eſt in codice veteri Romano, cùm ait *Epiſcopos ex hujuſmodi ordinationum numero pompam multitudinis quærere, & putare ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri.* Si verò hæc omnia jura ſunt Principum ſupremorum, maximè verò Italicorum, ut nec ordinationes hominum ſingulorum ſine eorum aſſenſu fieri poſſint : quantò magis ne novum plurium perſonarum Collegium, Univerſitas, Eccleſia ſine eorum voluntate conſtituatur. Si Clerici ex eadem civitate eodemque vico ſumendi ſunt, in quo ſervire Deo debent, atque hoc jus ab illis conſtitutum ſervandum eſt, quantò magis prohibendi jus habent ne Collegium ſoris inſtitutum in eorum provincias immittatur ex Clericis fortè compoſitum, qui habeant in ſinu aphoriſmos confeſſorum inter quos relatum eſt Clericos crimen majeſtatis admittere non poſſe, quia non ſint ſubditi Principi temporali. Adversùs quod genus belli neque Principum fortitudo, neque cuſtodum corporis, neque arces, neque exercitus eos ſatis commodè tueri poſſunt. Si verò Clericis imperata eſt ſtabilitas, ne poſſint ab una civitate in aliam transferri, ut relatum eſt à Gratiano, *diſtin. 71*, & in Canonibus codicis primitivæ Eccleſiæ : quantò magis Principibus liberum eſſe debet à finibus ſuis arcere hominum extraneorum Collegia vaga & inſtabilia, & ad libitum alterius quocumque terrarum peregrinantia. Sanè agnoſcendum eſt Romanum Pontificem Eccleſiæ caput eſſe & principem Epiſcopalis coronæ. At ſanctis Canonibus ſancitum eſt ut unaquæque Eccleſia ſibi ſuos Clericos eligat, ut neque civitas in civitatem, neque Diœceſis in Diœceſim, imperium & poteſtatem ſibi tribuat. Sunt enim quatuor genera Epiſcoporum, quot & Conciliorum Canonibus ſacris, Epiſcopi ſcilicet civitatum, Metropolitani Provinciarum, Patriarchæ ſeu Primates Diœceſeon, & Patriarchæ œcumenici. Sic enim præcepit *Can.* ſecundus Concilii Conſtantinopolitani, qui & codice Eccleſiæ antiquæ Catholicæ, & codice veteri Romano continetur, de Diœceſeon finibus regundis factus (eſt autem Diœceſis multitudo Provinciarum.) *Qui ſunt*, inquit, *ſuper Diœceſim Epiſcopi, nequaquam ad Eccleſias, quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos, accedant, ne eas hâc præſumptione confundant. Non vocati autem Epiſcopi ultra ſuam Diœceſim, accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias diſpenſationes Eccleſiaſticas.* Itaque hæc jura quæ ſunt ordinariæ poteſtatis civitatum, Provinciarum, Diœceſeon confundi non debent, neque ſuperior in inferiorem quidquam ſibi arrogare præter definitiones Canonum Eccleſiaſticorum. Poteſtatis ordinariæ Pontificis Romani ſunt, quæ ei *Canon. 6* Concilii Nicæni tribuuntur intra ſuburbicarias Eccleſias, ait Ruffinus Venetus & Presbyter Aquileienſis, Concilii Nicæni mentem referens. At Ruffino bellum indicunt

ſcriptores Romani hujus temporis, neſcientes quæ ſint illæ Eccleſiæ, quas primæ & ordinariæ poteſtati Papæ ſubjectas intelligit Concilium Nicænum: Ruffinus verò Eccleſias intellexit ſuburbicariarum Provinciarum vel regionum, quæ ſunt quatuor, prima Romana intra Præfecturæ urbanæ terminos, ſive, quòd idem eſt, intra centeſimum ab urbe milliarium lapidem & tres aliæ quibus ipſa cingitur, Campania tota, Picenum ſuburbicarium, & Tuſcia ſuburbicaria, quarum ſæpius meminit notitia Imperii Romani. Sed huic rei explicandæ opus eſſet longiore oratione & deſcriptione quâdam Geographiæ politicæ & Eccleſiaſticæ Imperii Romani. Magnitudo enim tanta eſt hujus argumenti, ut ſi dignitatis ejus oratio ſerviret, majorem in modum excreſcerer hæc Epiſtola. Ab illo antiquiſſimo tempore Italia diviſa eſt, quòd ad civilem adminiſtrationem attinet, in duas Diœceſes, alteram urbis Romæ, ad quam regiones extra Apenninum poſitæ pertinent, alteram citra Apenninum, ejus jugis & Alpibus clauſam, in qua ſita eſt Venetia regio. Juribus etiam Diœceſeon ſucceſſere regna, quæ diſſoluto imperio Romano nata ſunt. Quare nulla juris Canonum ratio patitur, ut in Venetia regione extra ſuburbicarias provincias ſita Summus Pontifex Collegia nova Clericorum inſtituat, vel foris inſtituta in Venetiam & Reipublicæ Sereniſſimæ ſubjectas provincias immittat ſine ipſius auctoritate & conſenſu.

Supereſt ut de tertio capite controverſiæ propoſitæ differam, in quo agitur de Senatuſconſulto, quo laïcis vetitum eſt, ne res ſoli in Eccleſias transferant ſine Senatus voluntate. De quo mihi reſpondendum eſt eo quo propoſui ordine, ex jure divino, ex jure Canonico Eccleſiæ veteris Catholicæ, & Romano Juſtinianeo. Hæc verò quæſtio ab aliis duabus quæſtionibus quæ illi ſunt præjudiciales, pendet: prior eſt, quis de rebus Eccleſiæ ſtatuendi jus habeat: poſterior, in quos uſus res Eccleſiæ ſint impendendæ. Quod attinet ad priorem, ſic dicitur in Actis Apoſtol. *Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, & poſſeſſiones vendebant, & diſpertiebant ea omnibus prout cuique opus erat.* Omnes, ait, credentes diſpertiebant: ergo tota Eccleſia. Codex Canonicus veteris Eccleſiæ Catholicæ earum rerum poteſtatem, quæ prius totius Eccleſiæ fuerat, committit ſenatui Clericorum, cui præeſt Epiſcopus Canone ultimo Concilii Antiocheni, qui Canon non ſolum codice Eccleſiæ Catholicæ, ſed & codice veteri Romano & novo quem Gratianus collegit, continetur. Ejus Canonis verba ſunt hæc: *Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam ſuis quàm fratrum qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus, profuturis: ita*

ut

ut in nullo quâlibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: habentes victum & tegumentum, his contenti ſimus. Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, convertat autem res Eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos & ejus commodo, vel agrorum fructus non cum conſcientia Presbyterorum & Diaconorum pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis aut propinquis, aut fratribus filiiſque committat, ut per hujuſmodi perſonas occultè cæteri lædantur Eccleſiæ, Synodo Provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus aut Presbyteri qui cum ipſo ſunt, quòd ea quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi verò & blaſphemiis, tam ſermo prædicationis, quàm hi qui diſpenſant taliter, exponatur, & hos oportet corrigi, ſancta Synodo id quod decet, approbante. Cùm ait Canon Latinè redditus in codice veteri Romano, Epiſcopum de rebus Eccleſiæ decernere debere cùm conſcientia Presbyterorum & Diaconorum, intelligendus eſt appellatione conſcientiæ non ſcientiâ, ſed ſententiâ Cleri. Græcus enim Canon habet Αὐτὸς γνώμης Itaque omnis Clerus civitatis de ea re decernere debet, non ſolus Epiſcopus. Nihil hic dicitur de ordinibus laicorum: Principi enim, qui eorum vice fungitur, vetus Eccleſia, ut jam dictum eſt, Canones ſuos commendabat, ut eos probaret & eorum cuſtodiam haberet. Quate etiam Juſtinianus Novellis alienationem prohibet bonorum immobilium Eccleſiæ, ne pretia eorum, ut ait, abſumerent Clerici in proprios uſus, & pro Eccleſiæ totius utilitate contra Epiſcopos & Clericos, non pro Clero contra Eccleſiam hæ conſtitutiones factæ ſunt. Ut verò in civitate bene morata & conſtituta alii de rebus civitatis decernunt ſecundùm ipſius leges, alii ex decreto illorum pecunias publicas colligunt & expendunt, accepti & expenſi rationem reddituri: ſic in Eccleſia olim bene conſtituta factum eſt. Decernebat autem vel tota Eccleſia ex jure divino, vel totus Clerus ex jure Canonum de rebus Eccleſiæ: ejus verò œconomus decreta exequurioni mandabat, rationem adminiſtrationis redditurus. Illius œconomi fit mentio *Can. 8* Concilii Gangrenſis. Cùm verò ſenſim Epiſcopi per ſe res Eccleſiæ adminiſtrare cuperent, ut liberum arbitrum in quos vellent uſus, eas abſumendi uſurparent, hoc illis *Can. 28* Concilii Calcedonenſis prohibitum eſt. Hi duo Canones reperiuntur quoque in codice veteri Romano. Juſtinianus etiam *Novellâ 123*, œconomorum uſum in Eccleſia conſervat, & ab iis Epiſcopi quæ ſibi neceſſaria ſunt ut recipiant, conſtituit, dum prohibet œconomos impenſas Epiſcopis ſolvere qui in comitatu præter ejus conſtitutionem morantur. Dictum eſt ex jure divino, Canonico, & Juſtinianeo, vel totam Eccleſiam vel Clerum totum de rebus ejus decernere debere, & ex decreto, œconomos res eas adminiſtrare, rationem

adminiſtrationis reddituros. Secunda quæſtio eſt in quos uſus expendi debeat. Conſentiunt omnia jura, Divinum, Canonicum, & Juſtinianeum bona Eccleſiæ in alimenta pauperum abſumi debere, ſive Clerici ſint, ſive monachi, ſive laïci: Sed & in Miniſtrorum & Paſtorum Eccleſiæ uſus neceſſarios earenus ut ſe frugaliter & ſine luxu tueri poſſint. Victum enim & veſtitum ſolum eis decernit Paulus, quâ appellatione veniunt res omnes ad vitam cum modeſtia & frugalitate neceſſariæ. Codex Canonum primitivæ Eccleſiæ decretum Pauli repetit Canone quem jam retulimus, neque præterea quidquam eis decernit. Si quid amplius ſibi vendicent Epiſcopi & Clerus, id in fraudem pauperum fieri ait Concilium, & occaſionem de Eccleſia tota & Clero malè ſentiendi præbere. Juſtinianus cum jure divino & Canonico conſentit, cùm impenſas vetat ſolvi Epiſcopo in comitatu ſine cauſa morantı. Nec tantùm fructus rerum, ſed & earum pretia in uſus pauperum abſumi jubent Apoſtoli & Patres. Qui enim eorum ætate liberales in Eccleſiam eſſe volebant, potuiſſent res ſuas Eccleſiæ dicare & fructuum pretia ſingulis annis Apoſtolorum pedibus offerre in uſum pauperum. At id in more non fuit Eccleſiæ, ſed res ipſas vendebant & pretia offerebant. Sed & à Conſtantino ad Theodoricum Regem Italiæ & Juſtinianum libera fuit Eccleſiæ poteſtas res ſuas immobiles vendendi, *Can. 15* Concilii Ancyrani, qui Canon codice primitivæ Eccleſiæ Catholicæ, & iterum codice veteri Romano continetur: quod eodem veteri jure res omnes ſuas in pauperes erogabat, victu & veſtitu miniſtrorum ſuorum exceptis. Cui juri proximum eſt Juſtinianeum, qui pro Eccleſia contra Clerum, non pro Clero contra Eccleſiam conſtitutionem fecit, quâ vetat ne res ſoli ad Eccleſias pertinentes vendere liceat, ne Clerus pretia rerum venditarum in fraudem Eccleſiæ ſibi uſurpet. Quare hæ duæ regulæ ex adverſo opponuntur. Prior & antiquior quâ Eccleſiæ res ſoli venire debent neque retineri. Altera quâ Eccleſia res ſoli ſibi habere nec vendere poteſt. Utra fuerit Eccleſiæ utilior, uſus eventûs docuit. Cùm enim in uſus pios res omnes Eccleſiæ abſumebantur, excitabatur in animis Chriſtianorum erga Eccleſiam liberalitas, & quo plura Eccleſia erogabat, plura tanquam ex perenni ſcaturigine in Eccleſiam pietas effundebat, ut erogationem liberalitas, liberalitatem erogatio ſubſequeretur, & perpetuâ ſucceſſione divitum bona in pauperes tranſirent. Atque eâ ratione pauperibus ex paupertate emergendi poteſtas dabatur, ut bonis artibus divitias ſibi compararent, quæ deinceps in pauperes totæ conſumerentur. Quod jus ſi ſervaretur, uſus edoceret, quanta felicitas hominibus oboriretur ex diſciplina legum Religionis Chriſtianæ. Contraria conſtitutio quæ Eccleſias res ſoli ſibi retinere permittit, & vendere vetat, mala prioris legis bonis adverſaria peperit. Nam rebus Eccleſiæ non abſumptis in pios uſus, donandi quo-

